PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXVII.

S. ATHANASIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT

VEL QUÆ EJUS NOMINÈ CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ETC., NECNON AD COMMELINIANAS LECTIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, PRÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA : NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, ONOMASTICO, ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA, OPERA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI,

NOVISSIMIS NUNC CURIS EMENDATIORA, ET QUARTO VOLUMINE AUCTA ;

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 45 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXVII CONTINENTUR

S. ATHANASIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS

OPERUM PARS TERTIA. — EXEGETICA.

Ex typis MIGNE, Petit-Montrouge.

ADMONITIO

IN SEQUENTEM AD MARCELLINUM EPISTOLAM

DE INTERPRETATIONE PSALMORUM.

(Opp. S. Athan. ed. Venet. 1777, t. III.)

—

Textus Græcus sumptus est ex Prolegomenis tomi IV Veteris Testamenti juxta versionem septuaginta Interpretum, quam ex codice Alexandrino accurate edidit Joannes Ernestus Grabe, qui inter alia hæc de eadem epistola admonet : *Cæterum licet in pluribus S. Athanasii editionibus, ac in postrema celeberrimi Montfauconi, omnium optima, tom. I, part. II, pag.* 982 *usque* 1003, *iste ad Marcellinum libellus Græce ac Latine sit excusus ; eum tamen in antiquissimis ac S. Patri fere coævis membranis nostris haud parum correctiorem ac pleniorem, ut conferenti patebit, hic denuo edere placuit, absque Latina tamen versione.* Versio igitur Latina sumpta a me est ex laudata Patris Montfauconi editione Operum S. Athanasii; ad textum autem Græcum codicis Alexandrini, ubi ei non respondebat, pluribus in locis accommodata. Hac autem versione antiquiorem aliam edidit clar. mem. card. Thomasius in libro cui titulus : *Psalterium juxta duplicem editionem*, etc., et in Præfatione ad lectorem : *Hanc*, inquit, *Latinam repertam in libro ms. licet non admodum vetusto bibliothecæ Vallicellanæ proferimus, ad Græcum tamen exemplar utrumque recensitam et emendatam.* De hac epistola idem clarissimus cardinalis : *Celebre*, ait, *apud veteres omnes opusculum beati Athanasii episcopi Alexandrini* De libro Psalmorum, *quod beatus Hieronymus appellare videtur in* Catalogo scriptorum ecclesiasticorum : *De psalmorum titulis.* Sed cum adhuc lateret in tenebris, et in publicam lucem editum non fuisset verum opus B. Athanasii *De titulis psalmorum*, quod modo in publicum emittimus, haud mirum est, si doctissimus vir cum aliis pluribus deceptus est ac erravit, ratus idem opus esse librum *De titulis psalmorum* ac *Epistolam* seu *Libellum ad Marcellinum.* Quod sane cum animadvertissent Patres Benedictini, in Admonitione quam præposuerunt eidem *Epistolæ ad Marcellinum*, ita præfati sunt : *Opinantur nuperi scriptores quidam*, Epistolam ad Marcellinum *esse illud opus* De titulis psalmorum, *quod ab Hieronymo inter Athanasiana scripta enumeratur : at cum de titulis seu inscriptionibus psalmorum ne verbum quidem hac in epistola compareat, propalam nobis est, alium ab Hieronymo laudari librum*, etc. De præstantissima hac epistola præter synodum Nicænam secundam, ita meminit Cassiodorus in libro *De institutione divinarum litterarum*, cap. 4 : *Legendus est etiam libellus Athanasii Alexandrinæ civitatis episcopi, quem Marcellino post ægritudinem in locum refectionis dulcissimæ destinavit, qui inscribitur :* De libro Psalmorum ; *ubi diversa commonens, virtutem operis ipsius minutissima discussione patefecit, diversos hominum casus cum suis remediis suaviter introducens.* Argumentum ejusdem epistolæ laudati Patres Benedictini paucis verbis exhibent in hunc modum : *Primo id ponitur discriminis Psalmos inter et alios Scripturæ sacræ libros, ut qui alios legit, verba non ut sua, sed eorum, quorum libri sunt, vel eorum, qui loqui exhibentur, proferat ; qui autem Psalmos recitat, verba proferat quasi sua, et ad se proprie pertinentia. Hinc dividuntur Psalmi in varia genera, orandi scilicet, confitendi, et his similia : deindeque indicatur quo quisque psalmus casu, qua conditione, qua opportunitate cani debeat. In hisce tota versatur epistola.*

—

SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI AD MARCELLINUM IN INTERPRETATIONEM PSALMORUM.

1. Miror tuum in Christo propositum, dilecte Marcelline. Nam et præsentem tentationem, quamvis plurima in ea passus, probe toleras, et ascesin, seu exercitationem non negligis. Sciscitatus enim ex tuo tabellario qua ratione post ægritudinem versaris, didici te omnibus quidem divinis Scripturis vacare, potissimum tamen Psalmorum librum evolvere, maximeque studere ut cujusque psalmi veram sententiam assequare. Quamobrem te summopere laudo, cum magno eumdem librum totamque Scripturam studio prosequar. Hoc itaque modo affectus, incidi olim in quemdam senem studiosissimum, voloque tibi, quæ mihi ille de sacro Psalterio, quod manu tenebat, sermocinabatur, perscribere : habent enim quamdam gratiam, et probabilitatem cum enarratione verisimillima conjunctam. Ita enim locutus est :

2. Omnis nostra, o fili, Scriptura, cum vetus tum nova, divinitus inspirata utilisque ad doctrinam est, ut scriptum habetur. Attamen Psalmorum liber quædam observatu digna habet iis, qui attendere voluerint. Quilibet enim liber suum, quod præfert, argumentum tractat et prosequitur : verbi gratia Pentateuchus mundi originem, gesta patriarcharum, exitum Israelis ex Ægypto, et legis traditionem; Triteuchus, sortium distributionem, judicum acta, Davidis genealogiam; libri Regum et Paralipomenorum, gesta regum; Esdras, captivitatis solutionem, reditum populi, templi et urbis constructionem; Prophetæ, prophetias de adventu Salvatoris, de præceptis servandis monita, prævaricantium reprehensiones, prophetias de gentibus. At liber Psalmorum, omnium reliquorum fructus quasi insitos in se continens, cantus edit, et proprios insuper cum ipsis inter psallendum exhibet.

3. Nam quæ Genesin spectant psallit psalmo decimo octavo : *Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum*; et psalmo vicesimo tertio : *Domini est terra, et plenitudo ejus : orbis terrarum, et universi qui habitant in eo. Ipse super maria fundavit eam.* Quæ vero ad Exodum, Numeros, Deuteronomium pertinent, pulchre canit in septuagesimo septimo, centesimo decimo tertio, his verbis : *In exitu Israel de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro, facta est Judæa sanctificatio ejus,*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΡΜΗΝΕΙΑΝ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ.

A α'. Ἄγαμαί σε τῆς ἐν Χριστῷ προαιρέσεως, φίλε Μαρκελλῖνε. Καὶ γὰρ καὶ τὸν παρόντα πειρασμὸν, καίτοι πολλὰ παθὼν ἐν αὐτῷ, καλῶς φέρεις, καὶ τῆς ἀσκήσεως οὐκ ἀμελεῖς. Πυνθανόμενος γὰρ τοῦ κομίσαντος τὴν ἐπιστολὴν, πῶς ἄρα καὶ μετὰ τὴν νόσον διάγεις· ἔμαθον πρὸς μὲν πᾶσαν τὴν θείαν Γραφὴν ἔχειν σε τὴν σχολὴν, πυκνότερον δὲ μάλιστα τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν ἐντυγχάνειν, καὶ φιλονεικεῖν τὸν ἐν ἑκάστῳ ψαλμῷ νοῦν ἐγκείμενον καταλαμβάνειν. Καὶ διὰ τοῦτο τοίνυν ἀποδέχομαί σε, πολὺν ἔχων εἰς αὐτὴν τὴν βίβλον κἀγὼ πόθον, ὥσπερ καὶ εἰς πᾶσαν τὴν Γραφήν. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχων, συνέτυχόν τινι φιλοπόνῳ γέροντι, καὶ βούλομαι καί σοι, ἅπερ ἐκεῖνος κατέχων τὸ Ψαλτήριον περὶ αὐτοῦ μοι διηγήσατο, γράψαι· ἔχει γάρ τινα χάριν καὶ πιθανότητα μετ' B εὐλόγου τοῦ διηγήματος. Ἔλεγε γὰρ οὕτως·

β'. Πᾶσα μὲν, ὦ τέκνον, ἡ καθ' ἡμᾶς Γραφὴ, παλαιά τε καὶ καινὴ, θεόπνευστός ἐστι καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, ὡς γέγραπται· ἔχει δέ τινα πιθανὴν παρατήρησιν τοῖς προσέχουσιν ἡ τῶν Ψαλμῶν βίβλος. Ἑκάστη μὲν γὰρ βίβλος τὸ ἴδιον ἐπάγγελμα διακονεῖ καὶ ἀπαγγέλλει· οἷον ἡ Πεντάτευχος γένεσιν κόσμου καὶ τῶν πατριαρχῶν τὰς πράξεις, τήν τε ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ Ἰσραὴλ ἔξοδον, καὶ τὴν τῆς νομοθεσίας διάταξιν· ἡ Τρίτευχος τὴν κληροδοσίαν, καὶ τῶν κριτῶν τὰς πράξεις, καὶ γενεαλογίαν τοῦ Δαβίδ· αἱ Βασιλεῖαι καὶ Παραλειπόμεναι βασιλέων πράξεις· καὶ ὁ μὲν Ἔσδρας ἀπόλυσιν τῆς αἰχμαλωσίας καὶ ἐπάνοδον C τοῦ λαοῦ, καὶ οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως· οἱ δὲ Προφῆται προφητείας περὶ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος, ὑπομνήσεις τε περὶ τῶν ἐντολῶν, καὶ μέμψεις κατὰ τῶν παραβαινόντων, καὶ προφητείας τοῖς ἔθνεσιν. Ἡ δέ γε βίβλος τῶν Ψαλμῶν, ὡς παράδεισος τὰ (1) ἐν αὐτῇ φέρουσα μελῳδεῖ, καὶ τὰ ἴδια δὲ πάλιν μετ' αὐτῶν ψάλλουσα δείκνυσι.

γ'. Τὰ μὲν γὰρ τῆς Γενέσεως ψάλλει ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ· *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα*· καὶ ἐν τῷ κγ'· *Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ· αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν.* Τὰ δὲ τῆς Ἐξόδου καὶ τῶν Ἀριθμῶν καὶ τοῦ Δευτερονομίου ᾄδει καλῶς ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ, καὶ ἐν τῷ ἑκατοστῷ τρισκαιδεκάτῳ ψαλμῷ, λέγων· *Ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου*

(1) Τῶν πάντων ed.

Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου, ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, Ἰσραὴλ εἰς ἐξουσίαν αὐτοῦ. Ψάλλει δὲ καὶ ταῦτα ἐν τῷ ἑκατοστῷ τετάρτῳ· Ἐξαπέστειλε Μωϋσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ, Ἀαρὼν, ὃν ἐξελέξατο αὐτόν· ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ καὶ τῶν τεράτων αὐτοῦ ἐν γῇ Χάμ. Ἐξαπέστειλε σκότος, καὶ ἐσκότασε, καὶ παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ. Μετέστρεψε τὰ ὕδατα αὐτῶν εἰς αἷμα, καὶ ἀπέκτεινε τοὺς ἰχθύας αὐτῶν. Ἐξῆρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βατράχους ἐν τοῖς ταμείοις τῶν βασιλέων αὐτῶν. Εἶπε, καὶ ἦλθε κυνόμυια καὶ σκνῖφες ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῶν. Καὶ ὅλως ὅλον τε τὸν ψαλμὸν τοῦτόν τε καὶ ἑκατὸν πέμπτον περὶ τῶν αὐτῶν ἔστιν εὑρεῖν γεγραμμένον. Καὶ τὰ μὲν ἱερατείας καὶ τῆς σκηνῆς ἀναφωνεῖ ἐν ἐξοδίῳ σκηνῆς ἐν τῷ κη' ψαλμῷ· Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὺς κριῶν, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν.

δ'. Τὰ δὲ τοῦ Ναυῆ καὶ τῶν Κριτῶν ἐμφαίνει πως ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἕκτῳ, λέγων· Καὶ συνεστήσαντο πόλεις κατοικεσίας, καὶ ἔσπειραν ἀγροὺς, καὶ ἐφύτευσαν ἀμπελῶνας. Ἐπὶ γὰρ τοῦ Ναυῆ διαδέδοται αὐτοῖς ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας. Λέγων δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ συνεχῶς· Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς· σημαίνει τῶν Κριτῶν τὴν βίβλον· τότε γὰρ κραζόντων αὐτῶν ἤγειρε κατὰ τὸν καιρὸν κριτὰς, καὶ ἔσωζε τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν θλιβόντων αὐτούς. Καὶ τὰ τῶν Βασιλειῶν ψάλλει πως ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ, λέγων· Οὗτοι ἐν ἅρμασι καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα. Αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσαν, ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν καὶ ἀνωρθώθημεν. Κύριε, σῶσον τὸν βασιλέα, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσώμεθά σε. Τὰ δὲ τοῦ Ἔσδρα ἐν τῷ ἑκατονεικοστῷ πέμπτῳ τῶν ἀναβαθμῶν ᾄδει· Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν, ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακεκλημένοι· καὶ πάλιν ἐν τῷ ἑκατονεικοστῷ πρώτῳ· Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι· Εἰς οἶκον Κυρίου πορευσώμεθα. Ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου, Ἱερουσαλήμ. Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομουμένη ὡς πόλις, ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό· ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαὶ, αἱ φυλαὶ Κυρίου, μαρτύριον τῷ Ἰσραήλ.

ε'. Τά τε τῶν Προφητῶν σχεδὸν ἐν ἑκάστῳ σημαίνει. Περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, καὶ ὅτι μὲν Θεὸς ὢν ἐπιδημήσει, οὕτως φησὶν ἐν μὲν τῷ τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ· Ὁ Κύριος ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· ἐν δὲ τῷ ἑκατοστῷ ἑπτακαιδεκάτῳ· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου Κυρίου· Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. Ὅτι δὲ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Πατρὸς Λόγος, οὕτως ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἕκτῳ ψάλλει· Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. Ὁ γὰρ ἐρχόμενος Θεὸς αὐτός ἐστι καὶ Λόγος ἀποστελλόμενος. Τοῦτον δὲ τὸν Λόγον εἰδὼς ὄντα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ᾄδει φωνὴν τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ· Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου Λόγον ἀγαθόν· καὶ πάλιν ἐν τῷ ἑκα-

A *Israel potestas ejus.* Ea ipsa psallit in centesimo quarto : *Misit Moysen servum suum, Aaron, quem elegit ipsum : posuit in eis verba signorum suorum, et prodigiorum in terra Cham. Misit tenebras et obscuravit, et exacerbaverunt sermones suos. Convertit aquas eorum in sanguinem : et occidit pisces eorum. Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. Dixit : et venit cœnomyia et ciniphes in omnibus finibus eorum.* Atque integrum omnino psalmum istum, et centesimum quintum de iisdem rebus conscriptum esse deprehendere est. Quæ vero sacerdotium tabernaculumque spectant, refert in exitu tabernaculi, vicesimo octavo psalmo : *Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum, afferte Domino gloriam et honorem.*

B 4. Res vero Jesu Nave et Judicum tangit psalmo centesimo sexto, sic : *Et constituerunt civitates habitationis, et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas.* Nam sub Jesu Nave tradita illis fuit terra promissionis. Cum autem in eo ipso psalmo frequenter dicat : *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos:* librum Judicum indicat. Tum enim ipsis clamantibus, variis temporibus judices excitabat, liberabatque populum ab iis qui ipsum affligerent. Regnorum quoque historias quodammodo canit in decimo nono dicens : *Hi in curribus, et hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Ipsi impediti sunt, et ceciderunt; nos autem surreximus, et erecti sumus. Domine, salvum fac* C *regem, et exaudi nos in die qua invocaverimus te.* Quæ porro Esdram spectant in centesimo vicesimo quinto graduum decantat : *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* Et rursum in centesimo vicesimo primo : *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi : In domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Jerusalem. Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel.*

5. Quæ autem Prophetarum sunt, in singulis pene psalmis significat. De adventu Salvatoris, et quod Deus cum sit, venturus sit, ita in psalmo quidem quadragesimo nono ait : *Deus manifeste veniet, Deus* D *noster, et non silebit;* in centesimo decimo septimo : *Benedictus, qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini; Deus Dominus et illuxit nobis.* Quod autem ipse sit Patris Verbum, ita canit in centesimo sexto : *Misit Verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum.* Deus enim, qui venit, est ipsum Verbum, quod missum fuit. Hoc porro Verbum cum sciret esse Dei Filium, vocem Patris canit in quadragesimo quarto : *Eructavit cor meum Verbum bonum;* et iterum in centesimo nono : *Ex utero ante Luciferum genui te.* Quid enim aliud quis dixerit prolem Patris, quam Verbum,

et Sapientiam ipsius? Cum sciret igitur ipsum esse, in quo Pater dixit: *Fiat lux, et firmamentum, et omnia* [1], etiam liber hic Psalmorum idem continet dicens in tricesimo secundo: *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.*

A τοστῷ ἐννάτῳ· *Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου ἐξεγέννησά σε.* Τί γὰρ ἂν ἄλλο τις εἴποι γέννημα τοῦ Πάτρος ἢ τὸν Λόγον καὶ τὴν Σοφίαν αὐτοῦ; Τοῦτον εἰδυῖα ὄντα, ᾧ εἶπεν ὁ Πατήρ· *Γενηθήτω φῶς, καὶ στερέωμα, καὶ τὰ πάντα,* καὶ αὕτη ἡ βίβλος περιέχει λέγουσα (2)· *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.*

6. Quin et Christum ipsum venturum minime ignoravit; imo ea de re mentionem facit psalmo quadragesimo quarto: *Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi; virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Et ne quis eum secundum phantasiam venisse arbitretur, significat eum ipsum hominem futurum, illumque esse per quem omnia facta sunt, cum dicit in psalmo octogesimo sexto: *Mater Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.* Hoc enim perinde est ac si diceret: *Et Deus erat Verbum; omnia per ipsum facta sunt; et Verbum caro factum est* [2]. Quare cum ex Virgine nasciturum sciret, nequaquam id siluit, sed statim hujus rei indicium dedit in quadragesimo quarto: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui, quia concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus tuus.* Hoc quippe simile est huic Gabrielis dicto: *Ave, gratia plena, Dominus tecum* [3]. Nam ubi eum Christum dixisset, humanam statim generationem ex Virgine factam declaravit his verbis: *Audi, filia.* Et Gabriel quidem ex nomine Mariam appellat, quod genere ab illa alienus esset: at David ipsam ex suo semine oriundam, filiam merito vocat.

ς'. Καὶ Χριστὸν δὲ αὐτὸν ἐρχόμενον οὐκ ἠγνόησεν· ἀλλὰ καὶ μάλιστα περὶ τούτου λέγει ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ· *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς* B *μετόχους σου.* Καὶ ἵνα μὴ κατὰ φαντασίαν τις ἔρχεσθαι αὐτὸν (εἶναι) νομίσῃ, σημαίνει αὐτὸν ἄνθρωπον γενησόμενον, καὶ τοῦτον εἶναι δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε, λέγων ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ ἕκτῳ· *Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ· Ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ Ὕψιστος.* Τοῦτο γὰρ ἴσον ἐστὶ τῷ εἰπεῖν· *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.* Διὰ τοῦτο καὶ τὸ, ἐκ Παρθένου, γινώσκων οὐκ ἐσιώπησεν, ἀλλ' εὐθὺς ἔμφασίν τινα δίδωσιν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ, λέγων· *Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, ὅτι ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου.* Τοῦτο γὰρ πάλιν ὅμοιόν ἐστι τοῦ λεγομένου παρὰ τοῦ C Γαβριήλ· *Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.* Καὶ γὰρ εἰρηκὼς αὐτὸν Χριστὸν, εὐθὺς καὶ τὴν ἀνθρωπίνην γένεσιν ἐκ τῆς Παρθένου ἐδήλωσε, λέγων· *Ἄκουσον, θύγατερ.* Ἰδὲ ὁ μὲν Γαβριὴλ ἐξ ὀνόματος καλεῖ Μαρίαν, ξένος ὢν αὐτῆς κατὰ τὴν γένεσιν· ὁ δὲ Δαβὶδ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τυγχάνουσαν αὐτὴν εἰκότως θυγατέρα προσφωνεῖ ταύτην.

7. Ubi autem dixit Psalmorum liber hominem eum futurum esse, consequenter illum carne passibilem significat. Dum autem videt futuras Judæorum insidias, canit in secundo psalmo: *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus.* In vicesimo autem primo ipsam mortis rationem ex persona Salvatoris loquitur: *In pulverem mortis deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.* Quod ait autem manus et pedes suos confossos esse, quid aliud quam crucem significat? Hæc omnia postquam docuit, adjicit, non sui causa, sed propter nos id pati Dominum. Aitque rursum e persona ejus in octogesimo septimo: *Super me confirmatus est furor tuus;* in sexagesimo autem octavo: *Quæ non rapui, tunc exsol-*

ζ'. Ἄνθρωπον δὲ αὐτὸν εἰρηκυῖα γενησόμενον, ἀκολούθως καὶ παθητὸν αὐτὸν σαρκὶ σημαίνει. Τήν τε ἐπιβουλὴν παρὰ τῶν Ἰουδαίων ὁρῶσα γινομένην, ψάλλει ἐν μὲν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ· *Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ·* ἐν δὲ τῷ εἰκοστῷ καὶ πρώτῳ τὴν ποιότητα τοῦ θανάτου ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρός φησιν· *Εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με· ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοὶ, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν, καὶ ἐπεῖδόν με·* D *διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.* Τὸ δὲ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ὀρύττεσθαι, τί ἕτερον ἢ σταυρὸν λέγουσα σημαίνει; Πάντα ταῦτα διδάσκουσα προστίθησιν, ὅτι μὴ δι' ἑαυτὸν, δι' ἡμᾶς δὲ ταῦτα πάσχει ὁ Κύριος. Καί φησιν ἐκ προσώπου πάλιν αὐτοῦ ἐν μὲν τῷ πζ'· *Ἐπ' ἐμὲ ἐπεστηρίχθη ὁ θυμός σου·* ἐν δὲ τῷ ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ· *Ἃ οὐχ ἥρπασα, τότε ἀπετίννυον.* Οὐ γὰρ

[1] Genes. I, 3 seqq. [2] Joan. I, 1, 2, 14. [3] Luc. I, 28.

(2) Ἐν τριακοστῷ δευτέρῳ ed.

ὑπεύθυνος ὢν ἀπέθνησκεν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν ἔπασχε, A καὶ τὸν καθ' ἡμῶν θυμὸν διὰ τὴν παράβασιν ἐφ' ἑαυτὸν ἐβάσταζε, λέγοντα διὰ τοῦ Ἡσαΐου· *Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε*· καὶ λεγόντων μὲν ἡμῶν ἐν τῷ ἑκατοστῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ· *Κύριος ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἐμοῦ*· λέγοντος δὲ καὶ τοῦ Πνεύματος ἐν ἑβδομηκοστῷ πρώτῳ· *Καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην, ὅτι ἐῤῥύσατο πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, καὶ πένητα, ᾧ οὐχ ὑπῆρχε βοηθός.*

η'. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς σωματικὴν αὐτοῦ ἄνοδον προμηνύει, καὶ λέγει ἐν μὲν εἰκοστῷ καὶ τρίτῳ· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης*· ἐν δὲ τῷ τεσσαρακοστῷ· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.* B Τὴν μὲν κάθισιν ἀναγγέλλει, καί φησιν ἐν μὲν τῷ ἑκατοστῷ ἐννάτῳ· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου*· ἐν δὲ τῷ ἐννάτῳ καὶ τὴν γενομένην ἀπώλειαν τοῦ διαβόλου βοᾷ· *Ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου, ὁ κρίνων δικαιοσύνην· ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής.* Καὶ γὰρ ὅτι τὴν κρίσιν πᾶσαν ἔλαβε παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἔκρυψεν, ἀλλὰ καὶ κριτὴν πάντων αὐτὸν ἐρχόμενον προμηνύει ἐν μὲν οα'· *Ὁ Θεὸς, τὸ κρῖμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως, κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει*· ἐν δὲ τῷ μθ' φησί· *Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ τὴν γῆν, τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ.* C *Καὶ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ· ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστι*· καὶ ἐν τῷ πα'· *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ.* Καὶ μὴν καὶ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἔστιν ἀπ' αὐτῆς μαθεῖν ἐπὶ πολλῶν μὲν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ μς'· *Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως*· ἐν δὲ τῷ οα'· *Ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται Αἰθίοπες, καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσι· βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ αἱ νῆσοι δῶρα προσοίσουσι· βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβὰ δῶρα προσάξουσι· καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ.* Ταῦτα μὲν ἐν τοῖς Ψαλμοῖς ᾄδεται, ἐν δὲ ἑκάστῃ τῶν ἄλλων βίβλων προαπαγγέλλεται.

vebam. Non enim ideo mortuus est, quod reus esset, sed pro nobis passus est, iramque adversum nos conceptam ob prævaricationem in se sustinuit, dicente per Isaiam [a]: *Infirmitates nostras ipse suscepit;* et dicentibus nobis in centesimo tricesimo septimo : *Dominus retribuet pro me.* Spiritu quoque dicente in septuagesimo primo : *Et salvos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem, quia liberavit pauperem a potente, et pauperem, cui non erat adjutor.*

8. Quapropter ejus quoque in cœlos ascensum prædicit, aitque in vicesimo tertio : *Attollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales, et introibit rex gloriæ.* In quadragesimo autem sexto : *Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ.* Sessionem quoque annuntiat, aitque in centesimo nono : *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* In nono autem psalmo perniciem quoque diaboli addit, et clamat : *Sedisti super thronum, qui judicas justitiam : increpasti gentes, et periit impius.* Nam quod omne judicium a Patre acceperit, id minime celavit, sed ipsum omnium judicem venturum prænuntiat in septuagesimo primo : *Deus, judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis, judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio.* In quadragesimo autem nono ait : *Advocabit cœlum desursum, et terram, discernere populum suum. Et annuntiabunt cœli justitiam ejus, quoniam Deus judex est.* Et in octogesimo primo : *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* Quin et vocationem gentium ex eo ipso libro pluribus ediscere licet, præsertim ex quadragesimo sexto : *Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exsultationis.* In septuagesimo autem primo : *Coram illo procident Æthiopes, et inimici ejus terram lingent; reges Tharsis, et insulæ munera offerent; reges Arabum et Saba dona adducent; et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient ei.* Et hæc quidem in Psalmis canuntur, in singulis autem aliis libris annuntiantur.

θ'. Οὐκ ἀγνοῶν δὲ πάλιν ἔλεγεν, ὅτι καὶ ἐν ἑκάστῃ D βίβλῳ τῆς Γραφῆς τὰ αὐτὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἐξαιρέτως σημαίνεται· καὶ ἔστι τοῦτο (3) πάσαις αὐταῖς ἀπάγγελμα, καὶ συμφωνία ἡ αὐτὴ τοῦ Πνεύματος. Καὶ γὰρ ὥσπερ τὰ τῶν ἄλλων ἐν ταύτῃ δυνατὸν εὑρεῖν· οὕτως καὶ τὰ ταύτης ἐν ταῖς ἑτέραις πολλάκις εὑρίσκεται. Καὶ γὰρ Μωϋσῆς ᾠδὴν γράφει, καὶ Ἡσαΐας ᾄδει, καὶ ὁ Ἀμβακοὺμ προσεύχεται μετ' ᾠδῆς. Πάλιν τε ἐν ἑκάστῃ βίβλῳ ἔστιν ἰδεῖν καὶ προφητείας καὶ νομοθεσίας καὶ ἱστορίας. Τὸ γὰρ αὐτὸ Πνεῦμα ἐπὶ πάντας ἐστί· καὶ κατὰ μὲν τὴν εἰς ἕκαστον γενομένην αὐτοῦ διαίρεσιν ἕκαστος τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ

9. Cæterum se non ignorare aiebat in singulis Scripturæ libris eadem de Salvatore potissimum significari, esseque illud omnium ipsorum commune argumentum, eamdemque Spiritus concordiam. Etenim sicut ea quæ in aliis exstant libris, in hoc reperire licet : ita quæ in hoc sunt, in aliis sæpenumero inveniuntur. Nam et Moyses canticum conscribit, et Isaias canit, et Ambacum cum cantico precatur. Rursum in quolibet libro videre est prophetias, legislationes et historias; idem namque Spiritus est in omnibus, et secundum divisionem ejus in singulis factam, unusquisque datam sibi

[a] Isa. LIII, 4.

(3) Κοινὸν edd.

gratiam administrat et implet; sive prophetia sit, sive legislatio, sive historiæ commemoratio, sive psalmorum gratia. Cum autem unus atque idem sit Spiritus, cujus sunt omnes divisiones, et qui secundum naturam indivisus est, ideo in se totus atque integer est : sed secundum subministrationem, manifestationes et divisiones Spiritus singulis fiunt, ac deinceps juxta præsentem necessitatem Spiritu edoctus quisque sermonem administrat, ita ut, quemadmodum supra dixi, legislator Moyses aliquando prophetet et canat, et prophetæ, dum vaticinantur, præcepta tradant : *Lavamini, mundi estote* [5], etc.; *Ablue malitiam cordis tui, Jerusalem* [6]; aliquando historias perscribant, ut Daniel Susannæ [7], Isaias Rabsacis et Sennacherim [8]. Eadem quoque ratione Psalmorum liber, cui proprium est cantica canere, quæ in aliis libris obiter dicuntur, hæc ille fuse loquitur cum cantico, uti dictum est. Leges tamen ipse tradit : *Desine ab ira, et derelinque furorem* [9]. *Declina a malo, et fac bonum : inquire pacem, et persequere eam* [10]. Interdum historiam habet de itinere Israelis, et prophetat de Salvatore, uti supra dictum est.

10. Communis quidem talis Spiritus gratia sit apud omnes, et in singulis facta inveniatur, et apud omnes eadem, ut necessitas postularit, et Spiritus voluerit. Neque enim refert sive plus sive minus quis habuerit ejusmodi necessitatis, ut unusquisque teneatur sine defectu proprium perfectumque ministerium implere. Psalmorum autem liber etiam sic gratiam quamdam habet singularem, eximiumque aliquid observatu dignum. Nam et alia, quæ cum cæteris libris habet affinia communiaque, hoc sibi proprium et admirandum habet, quod etiam uniuscujusque animi motus, eorumque mutationes et castigationes in se descriptas et expressas contineat, ut qui ex ipso voluerit quasi ex imagine eas accipere et intelligere, ita semetipsum efformare possit, ut illic scriptum habetur. In aliis quippe libris legem solum quis audit, præcipientem quid facere oporteat, quid secus; prophetias item audit, ut solum sciat venturum Salvatorem, historiisque attendat, unde ediscere potest regum sanctorumque acta. At in Psalmorum libro præterquam quod ea ipsa potest quivis audiens ediscere, motus insuper animæ suæ ibi deprehendit ediscitque; ac deinde secundum ea quæ patitur et a quibus detinetur, potest ex eo ipso libro exemplar quoddam sermonum eligere; ita ut non solum qui audierit, non (sine fructu) pertranseat, sed edoceatur quid dictu factuque opus sit ad curandum morbum. Sunt quidem et in aliis libris sermones, qui mala prohibeant; in hoc vero qua ratione a

A χάριν διακονεῖ καὶ πληροῖ, εἴτε προφητεία ἐστὶν, εἴτε νομοθεσία, εἴτε τῆς ἱστορίας ἡ μνήμη, εἴτε τῶν ψαλμῶν ἡ χάρις· ἐπειδὴ δὲ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμά ἐστιν, οὗπερ καὶ πᾶσαι διαιρέσεις εἰσὶν, αὐτὸ δὲ ἀδιαίρετόν ἐστι κατὰ φύσιν· διά τοι τοῦτο τὸ ὅλον μέν ἐστιν (4) ἑκάστῳ, κατὰ δὲ τὴν διακονίαν αἱ φανερώσεις καὶ αἱ διαιρέσεις τοῦ Πνεύματος ἑκάστοις γίνονται· καὶ λοιπὸν κατὰ τὴν ἀποκειμένην χρείαν πολλάκις ἕκαστος, ὑποσχοῦντος τοῦ Πνεύματος, διακονεῖ τὸν λόγον· ὥστε, καθὰ προεῖπον, νομοθετοῦντα Μωϋσῆν προφητεύειν ποτὲ καὶ ᾄδειν, καὶ προφητεύοντας τοὺς προφήτας ἐντέλλεσθαί ποτε· *Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε. Ἀπόπλυνε ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου, Ἱερουσαλήμ*· καὶ ἱστορεῖν ποτε, τὸν μὲν Δανιὴλ τὰ κατὰ Σουσάνναν, τὸν δὲ Ἡσαΐαν τὰ κατὰ τὸν Ῥαψάκην καὶ τὸν Σενναχηρείμ.
B Οὕτως γὰρ καὶ ἡ τῶν Ψαλμῶν βίβλος, ἔχουσα τὸ ἴδιον τῶν ᾠδῶν, ὅπερ (5) ἐν ταῖς ἄλλαις βίβλοις διεξοδικῶς εἴρηται, ταῦτα αὐτὴ τῇ κατὰ πλάτος φωνῇ μετὰ μέλους ψάλλει, καθὼς προείρηται. Νομοθετεῖ γοῦν ποτε καὶ αὐτή· *Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἐγκατάλιπε θυμόν*· καὶ, *Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν*. Καὶ ἱστορεῖ δέ ποτε κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ προφητεύει περὶ τοῦ Σωτῆρος, ὥσπερ εἴρηται πρότερον.

ι'. Κοινὴ μὲν οὖν τοιαύτη τοῦ Πνεύματος χάρις ἔστω παρὰ πᾶσι, καὶ ἐν ἑκάστῳ γινομένη εὑρισκέσθω, καὶ παρὰ πᾶσιν ἡ αὐτὴ, ὡς ἐὰν ἡ χρεία ἀπαιτῇ, καὶ τὸ Πνεῦμα βούληται. Οὐ διαφέρει γὰρ τὸ πλέον
C καὶ ἔλαττον ἐν ταύτῃ τῇ χρείᾳ, ὡς ἕκαστος ἀνενδότως τὴν ἰδίαν ἀποπληροῖ καὶ τελειοῖ διακονίαν. Ἡ δέ γε βίβλος τῶν Ψαλμῶν καὶ οὕτως ἔχει τινὰ πάλιν χάριν ἰδίαν καὶ παρατήρησιν ἐξαίρετον· πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς πρὸς τὰς ἄλλας βίβλους ἔχει τὴν σχέσιν καὶ κοινωνίαν, λοιπὸν καὶ ἴδιον ἔχει τοῦτο θαῦμα, ὅτι καὶ τὰ ἑκάστης ψυχῆς κινήματα, τάς τε τούτων μεταβολὰς καὶ διορθώσεις ἔχει διαγεγραμμένας καὶ διατετυπωμένας ἐν ἑαυτῇ· ὥστε τινὰ τὸν βουλόμενον ὡς (6) ἄπειρον ἐξ αὐτῆς λαμβάνειν καὶ κατανοεῖν, οὕτω τὸ τυποῦν ἑαυτὸν, (7) ἐκεῖ γέγραπται. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις βίβλοις μόνον τις ἀκούει τὸν νόμον προστάττοντα, ἃ (μὴ) δεῖ ποιεῖν καὶ μὴ δεῖ πράττειν· προφητείας τε κατακούει, ὥστε μόνον εἰδέναι τὸν ἐρχόμενον Σωτῆρα· καὶ ἱστορίαις δὲ προσέχει, ἐξ
D ὧν γινώσκειν δύναται τὰς τῶν βασιλέων καὶ τὰς τῶν ἁγίων πράξεις. Ἐν δὲ τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν, πρὸς τῷ ταῦτα μανθάνειν τὸν ἀκούοντα, ἔτι καὶ τὰ κινήματα τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐν αὐτῇ κατανοεῖ καὶ διδάσκεται· καὶ λοιπὸν πρὸς ὃ πάσχει καὶ ἐν ᾧ συνέχεται, δύναται πάλιν ἐκ ταύτης ἔχεσθαι τὴν εἰκόνα τῶν λόγων· ὥστε μὴ μόνον ἀκούσαντα παρέρχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πῶς δεῖ λέγοντα καὶ ποιοῦντα θεραπεύειν τὸ πάθος, διδάσκει (8). Εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις βίβλοις κωλυτικοὶ λόγοι ἀπαγορεύοντες τὰ φαῦλα· ἐν ταύτῃ δὲ καὶ πῶς ἀπέχεσθαι δεῖ τετύπωται· οἷοι

[5] Isai. I, 16. [6] Jerem. IV, 14. [7] Dan. XII. [8] Isa. XXXVI, XXXVII. [9] Psal. XXXVI, 8. [10] Psal. XXXIII, 15

(4) Ἐν ἑαυτῷ ed.
(5) Ἅπερ ed.
(6) Ἀπ' εἰκόνος ed.
(7) Ὡς.
(8) Forte διδάσκεσθαι.

παράγγελμα ἐστι τὸ μετανοεῖν· τὸ δὲ μετανοεῖν παύεσθαι τῆς ἁμαρτίας ἐστίν· ἐνταῦθα δὲ καὶ πῶς μετανοεῖν, καὶ τί δεῖ λέγειν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ, τετύπωται. Καὶ πάλιν εἴρηκεν ὁ Παῦλος· *Ἡ θλίψις τῇ ψυχῇ ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.* Ἐν δὲ τοῖς Ψαλμοῖς καὶ πῶς δεῖ φέρειν τὰς θλίψεις, καὶ τί θλιβόμενον δεῖ λέγειν, καὶ τί μετὰ τὰς θλίψεις, καὶ πῶς ἕκαστος δοκιμάζεται, καὶ τίνες οἱ λόγοι τῶν ἐλπιζόντων ἐπὶ Κύριον, γέγραπται καὶ κεχάρακται. Πάλιν τε ἐντολή ἐστιν ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν· ἀλλὰ καὶ τί δεῖ λέγειν εὐχαριστοῦντας διδάσκουσιν οἱ Ψαλμοί. Εἶτα παρ' ἑτέρων ἀκούοντες· *Ὅσοι θέλουσιν εὐσεβῶς ζῆν διωχθήσονται*, παρὰ τούτων διδασκόμεθα, καὶ πῶς δεῖ φεύγοντας φωνεῖν, καὶ τίνας διωκομένους καὶ μετὰ τὸν διωγμὸν ῥυσθέντας δεῖ λόγους ἀναφέρειν τῷ Θεῷ. Εὐλογεῖν παραγγελλόμεθα τὸν Κύριον, καὶ ἐξομολογεῖσθαι αὐτῷ· ἀλλ' ἐν τοῖς Ψαλμοῖς τυπούμεθα πῶς τε αἰνεῖν δεῖ τὸν Κύριον, καὶ τίνα ῥήματα λέγοντες ἐξομολογούμεθα πρεπόντως. Καὶ ἐφ' ἑκάστου δέ τις οὕτως ἂν εὕροι τὰς θείας ᾠδὰς, πρὸς ἡμᾶς καὶ ἡμῶν κινήσεις καὶ καταστάσεις κειμένας.

ια'. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο παράδοξόν ἐστι πάλιν ἐν τοῖς Ψαλμοῖς, ὅτι ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις βίβλοις ἃ λέγουσιν οἱ ἅγιοι, καὶ περὶ ὧν ἂν λέγωσι, ταῦτα καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες, περὶ ὧν ἐκεῖνα γέγραπται, ἀπαγγέλλοντές εἰσιν· οἵ τε ἀκούοντες ἄλλους ἑαυτοὺς ἐκείνων ἡγοῦνται, περὶ ὧν ὁ λόγος φησὶ, καὶ τὰς ἐπαγγελλομένας δὲ πράξεις, ἄχρι τοῦ θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν αὐτὰς, εἰς τὸ μιμεῖσθαι γίνονται. Ταύτην δὲ βίβλον ὁ λαμβάνων τὰς μὲν περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητείας συνήθως ἐν ταῖς ἄλλαις Γραφαῖς θαυμάζων καὶ προσκυνῶν διεξέρχεται, τοὺς δὲ ἑτέρους ψαλμοὺς ὡς ἰδίους ὄντας λόγους ἀναγινώσκει· καὶ ὁ ἀκούων δὲ ὡς αὐτὸς λέγων κατανύσσεται, καὶ συνδιατίθεται τοῖς τῶν ᾠδῶν ῥήμασιν, ὡς ἰδίαν ὄντων αὐτοῦ (9). Σαφηνείας δὲ χάριν οὐκ ὀκνητέον, κατὰ τὸν μακάριον Ἀπόστολον, ἐπαναλαβόντα τὸ αὐτὸ λέγειν. Πλεῖστοι λόγοι τῶν πατριαρχῶν εἰσι, καὶ ἴδιοι παρ' αὐτῶν εἰρημένοι· καὶ Μωϋσῆς ἐλάλει, ὁ δὲ Θεὸς ἀπεκρίνατο· Ἠλίας τε καὶ Ἐλισσαῖος ἐπὶ τὸ Καρμήλιον ὄρος καθήμενοι ἐπεκαλοῦντο τὸν Κύριον, καὶ ἀεὶ ἔλεγον· *Ζῇ Κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον.* Οἵ τε τῶν ἄλλων ἁγίων προφητῶν λόγοι προηγούμενοι μέν εἰσιν οἱ περὶ τοῦ Σωτῆρος· ἔπειτα δὲ καὶ πλεῖστοι γεγόνασι τοῖς τε ἔθνεσι καὶ τῷ Ἰσραήλ. Καὶ ὅμως οὐδεὶς οὔτε τῶν πατριαρχῶν λόγους ὡς ἰδίους ἄν ποτε εἴποι, οὔτε τολμήσοι τις μιμήσασθαι καὶ εἰπεῖν τὰ Μωϋσέως ἴδια ῥήματα, οὐδὲ τοῦ Ἀβραὰμ περὶ τοῦ οἰκογενοῦς καὶ τοῦ Ἰσμαὴλ καὶ τὰ περὶ τοῦ μεγάλου Ἰσαὰκ, κἂν ἡ αὐτὴ χρεία τινὰ καὶ ἀνάγκη καταλάβῃ, τολμήσας ἄν τις ὡς ἴδια εἴποι. Ἂν δὲ καὶ συμπάσχῃ τις τοῖς πάσχουσι, καὶ πόθον ποτὲ λάβῃ τοῦ κρείττονος, οὔποτ' ἂν εἴποι ὡς

A malis sit abstinendum exprimitur : exempli causa, præcipitur pœnitentia; pœnitentia autem est cessatio a peccato; in hoc autem libro qua ratione sit pœnitendum, et quibus in pœnitentia verbis uti oporteat, edocetur. Rursum ait Paulus : *Tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit* [11]. In Psalmis vero scriptum expressumque est, quomodo tolerare oporteat tribulationes, quid tribulatum dicere par sit, quid post tribulationes, qua ratione quisque probetur, quinam sint sermones eorum qui sperant in Dominum. Præceptum item est in omnibus gratias agere [12]; at docent Psalmi quid, qui gratias agit, loqui debeat. Deinde cum ab aliis audiamus : *Quicunque pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur* [13], a Psalmis edocemur quid
B fugientes dicere oporteat, quales in persecutione, quales post persecutionem erepti Deo sermones proferre debeamus. Jubemur Domino benedicere, Domino confiteri; at in Psalmis informamur qua ratione Deum laudare oporteat, quibusque verbis decenter confiteamur. Quin et singulis in rebus quisque reperiet divina cantica ad nos nostrosque motus motuumque temperationes accommodata.

11. Etenim hoc quoque rursus in Psalmis admirandum, quod in aliis quidem libris, quæ sancti de quibusdam dicunt, hæc ipsa qui legunt, ad eos de quibus dicuntur referant; et qui audiunt, sese alios existiment ab iis de quibus sermo habetur,
C ita ut quæ gesta dicuntur, admirationi solum habeant et imitanda sibi proponant. At librum istum, qui sumit, prophetias quidem de Salvatore, ut in aliis Scripturis more solito cum admiratione et adoratione percurrit : alios vero psalmos, quasi proprios sibi sermones legit; qui autem audierit, quasi hæc eadem ipse proferret, compungitur, atque ita canticorum verbis afficitur, quasi sua essent. Explicationis causa, ne gravemur, exemplo beati Pauli apostoli, idipsum repetere. Plurima sunt patriarcharum verba ipsis propria : nam Moyses loquebatur, et Deus respondebat; Elias et Elisæus in Carmelo monte sedentes Dominum invocabant, dicebantque semper : *Vivit Dominus, in cujus conspectu astiti hodie* [14]. Aliorum item sanctorum pro-
D phetarum verba in primis quidem de Salvatore sunt : deinde plurima dicta sunt gentibus et Israeli. Attamen nemo unquam patriarcharum verba, ut sibi propria locutus fuerit : neque Moysis verba, ut propria imitari proferreque ausus fuerit, nec Abrahami de verna, et de Ismaele, et de magno Isaaco, quamvis eadem ipsa necessitate prematur. Nec si quis patientibus compatiatur, aut rei melioris desiderio teneatur, unquam dixerit ut Moyses : *Ostende mihi teipsum* [15]; vel, *Si quidem remittis eis peccatum eorum, remitte; sin minus, dele me de libro tuo, quem scripsisti* [16]. Sed nec quisquam,

[11] Rom. v, 3-5. [12] I Thess. v, 18. [13] II Tim. III, 12. [14] III Reg. XVII, 1; IV Reg. III, 14. [15] Exod. XXXIII, 13. [16] Exod. XXXII, 32.

(9) Ἰδίων αὐτοῦ ὄντων.

prophetarum verba ut propria usurpans, his reprehenderit, vel laudaverit eos qui similia fecerint, quibus ipsi reprehenderunt, laudaveruntque; neque illud : *Vivit Dominus, in cujus conspectu hodie sto*, ut proprium sibi sermonem imitari præsumpserit. Etenim legenti libros perspicuum est, se illa verba, non ut propria, sed ut sanctorum et eorum qui per ista significantur, proferre. At qui Psalmos legit, res mira, post prophetias quæ de Salvatore et de gentibus sunt, reliqua tanquam sibi propria verba loquitur, et ea quasi de se scripta essent, quisque psallit, nec quasi alius ea dicat, vel quasi alium significent, ea accipit et percurrit; sed perinde afficitur atque si ipse de se loquatur; et quæ dicuntur, quasi ipse egerit et ex se ipse loquatur, Deo refert. Nequaquam enim illa ceu patriarcharum, aut Moysis, aliorumve prophetarum verba usurpare reformidat : sed quam maxime ut propria et de seipso scripta hæc dicere psallens confidit. Nam Psalmi tam ejus qui præcepta servavit quam ejus qui prævaricatus est, utriusque gesta continent. Necesse autem est quemvis hominem alterutrius conditionis esse, atque ita verba de utrisque posita loqui, vel si præcepta servarit, vel si prætergressus sit.

A Μωϋσῆς· *Ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν*· ἢ πάλιν· *Εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ ἀφῇς, ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου σου, ἧς ἔγραψας*. Ἀλλ᾽ οὐδὲ, τὰς τῶν προφητῶν τις λαμβάνων ὡς ἴδια ῥήματα, μέμψαιτό τις ἢ ἐπαινέσειε τούτοις τὰ ὅμοια πράξαντας, οἷς ἐμέμψαντο καὶ ἐπῄνεσαν ἐκεῖνοι· οὐδὲ τὸ, *Ζῇ Κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον*, μιμήσηται ἄν τις εἰπεῖν ὡς ἴδιον λόγον. Καὶ γὰρ καὶ ὁ ἐντυγχάνων ταῖς βίβλοις φανερός ἐστι μὴ ὡς ἰδίους, ἀλλὰ τῶν ἁγίων καὶ τῶν δι᾽ αὐτῶν δηλουμένων λέγων τοὺς λόγους. Τοὺς δέ γε Ψαλμοὺς, τὸ παράδοξον, μετὰ τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῶν ἐθνῶν προφητείας ὁ λέγων τὰ ἄλλα ὡς ἴδια ῥήματα λαλῶν ἐστι, καὶ ὡς περὶ αὐτοῦ γραφέντας αὐτοὺς ἕκαστος ψάλλει, καὶ οὐχ ὡς ἑτέρου λέγοντος B ἢ περὶ ἑτέρου σημαίνοντος δέχεται, καὶ διεξέρχεται· ἀλλ᾽ ὡς αὐτὸς περὶ αὐτοῦ λαλῶν διατίθεται· καὶ οἷά ἐστι τὰ λεγόμενα, ταῦτα ὡς αὐτὸς πράξας καὶ ἐξ ἑαυτοῦ λαλῶν ἀναφέρει τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ ὡς τὰ τῶν πατριαρχῶν ῥήματα, καὶ Μωϋσέως, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν, εὐλαβηθήσεται καὶ ταῦτα· ἀλλὰ καὶ μάλιστα ὡς ἴδια καὶ περὶ ἑαυτοῦ γραφέντα θαρσεῖ λέγων ὁ ψάλλων ταῦτα. Τὸν γὰρ φυλάξαντα τὴν ἐντολὴν, καὶ παραβάντα ταύτην, τήν τε ἑκατέρου πρᾶξιν περιέχουσιν οἱ Ψαλμοί. Ἀνάγκη δὲ πάντα ἄνθρωπον ἐν τούτοις συνέχεσθαι, καὶ ἢ ὡς φυλάξαντα τὴν ἐντολὴν, ἢ ὡς παραβάντα ταύτην, λέγειν τοὺς περὶ ἑκάστου γεγραμμένους λόγους.

12. Atque mihi quidem videtur, psallenti Psalmos esse instar speculi, ut et seipsum et proprii animi motus in ipsis contempletur, atque ita affectus eos recitet. Etenim qui legentem audit, ita canticum suscipit ac si de se diceretur : et vel propria convictus conscientia, compunctus resipiscet; vel de spe in Deum audiens vel de auxilio credentibus exhibito, quasi sibi præberetur, gaudio exsultabit, atque gratias Deo agere incipiet. Cum itaque tertium psalmum quispiam canit, suas perpendens ærumnas, quasi sua reputat illius verba; undecimum vero et decimum sextum quasi in propriam fiduciam et orationem pronuntiat; quinquagesimum autem, quasi propria pœnitentiæ suæ verba profert. Cum vero psallit quinquagesimum tertium, quinquagesimum quintum, centesimum, quadragesimum primum, non quasi alius, sed quasi ipse persecutionem pateretur, sic afficitur, et sic ista verba, quasi propria sibi, Deo canit. Ac demum quisque psalmus ita a Spiritu dictatus atque compositus est, ut in eo, quemadmodum supra dictum est, animi nostri motus deprehendantur, omnesque quasi de nobis prolati et velut nobis proprii sint, ad recordationem motuum nostrorum et ad vitæ nostræ emendationem. Quæ enim psallentes dixerunt, hæc pro forma nobis esse possunt.

ιβ΄. Καί μοι δοκεῖ τῷ ψάλλοντι γίνεσθαι τούτους ὥσπερ εἴσοπτρον, εἰς τὸ κατανοεῖν καὶ αὐτὸν ἐν αὐ- C τοῖς καὶ τὰ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς κινήματα, καὶ οὕτως αἰσθόμενον ἀπαγγέλλειν αὐτούς. Καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀκούων τοῦ ἀναγινώσκοντος ὡς περὶ αὐτοῦ λεγομένην τὴν ᾠδὴν καταδέχεται· καὶ ἢ ἐλεγχόμενος ὑπὸ τοῦ συνειδότος κατανυγεὶς μετανοήσει, ἢ περὶ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος ἀκούων καὶ τῆς εἰς τοὺς πιστεύοντας γινομένης ἀντιλήψεως, ὡς εἰς αὐτὸν γενομένης τοιαύτης χάριτος ἀγαλλιᾶται, καὶ εὐχαριστεῖν ἄρχεται τῷ Θεῷ. Ὅτε γοῦν τὸν τρίτον ψάλλει τις εἰς τὰς ἰδίας θλίψεις συνορῶν, ὡς αὐτοῦ εἶναι νομίζει τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ ῥήματα· καὶ τότε τὸν ια΄ καὶ τὸν ις΄ ὡς εἰς τὴν ἰδίαν πεποίθησιν καὶ προσευχήν ἐστιν ἀπαγγέλλων· καὶ τὸν μὲν ν΄ ψαλμὸν ὡς αὐτός ἐστι τὰ ἴδια τῆς μετανοίας ἑαυτοῦ λέγων ῥήματα· τὸν δὲ νγ΄, καὶ τὸν νε΄, καὶ τὸν νς΄, καὶ τὸν ρμα΄, ὅτε ψάλ- D λει τις, οὐχ ὡς ἄλλου διωκομένου, ἀλλ᾽ ὡς ὢν ὁ πάσχων συνδιατίθεται, καὶ ᾄδει τῷ Κυρίῳ ὡς ἰδίους τοὺς λόγους τούτους. Καὶ ὅλως οὕτως ἕκαστος ψαλμὸς παρὰ τοῦ Πνεύματος εἴρηταί τε καὶ συντέτακται, ὡς ἐν αὐτοῖς, καθὰ πρότερον εἴρηται, τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς ἡμῶν κατανοεῖσθαι, καὶ πάντας αὐτοὺς ὡς περὶ ἡμῶν εἰρῆσθαι, καὶ εἶναι ἡμῶν αὐτοὺς ὡς ἰδίους λόγους, εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐν ἡμῖν κινημάτων καὶ διόρθωσιν τῆς ἡμῶν πολιτείας. Ἃ γὰρ οἱ ψάλλοντες εἰρήκασι, ταῦτα καὶ ἡμῶν δύνανται τύποι καὶ χαρακτῆρες εἶναι.

13. Hæc porro rursus gratia est Salvatoris; homo quippe propter nos factus, proprium corpus pro nobis in mortem obtulit, ut omnes a morte redimeret. Quin et cœlestem probatissi-

ιγ΄. Αὕτη δὲ πάλιν τοῦ Σωτῆρός ἐστιν ἡ χάρις· ἄνθρωπος γὰρ δι᾽ ἡμᾶς γενόμενος, τὸ μὲν σῶμα τὸ ἴδιον ὑπὲρ ἡμῶν προσήνεγκεν εἰς θάνατον, ἵνα πάντας ἀπαλλάξῃ τοῦ θανάτου· τὴν δὲ οὐράνιον καὶ

εὐάρεστον ἑαυτοῦ πολιτείαν δεῖξαι θέλων ἡμῖν, ἐν ἑαυτῷ ταύτην ἐτύπωσεν, ὑπὲρ τοῦ μηκέτι τινὰς εὐχερῶς ἀπατᾶσθαι παρὰ τοῦ ἐχθροῦ, ἔχοντας ἐνέχυρον πρὸς ἀσφάλειαν, τὴν παρ' αὐτοῦ γενομένην ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τοῦ διαβόλου νίκην. Διὰ τοῦτο γοῦν οὐ μόνον ἐδίδαξεν, ἀλλὰ καὶ πεποίηκεν ἃ ἐδίδαξεν, ἵνα ἕκαστος ἀκούῃ μὲν αὐτοῦ λαλοῦντος, ὡς ἐν εἰκόνι δὲ βλέπων λαμβάνῃ παρ' αὐτοῦ τὸ παράδειγμα τοῦ ποιεῖν, ἀκούων· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶΰς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ*. Τελειοτέραν δὲ καὶ εἰς ἀρετὴν διδασκαλίαν οὐκ ἄν τις εὕροι, ἧς ὁ Κύριος ἐτύπωσεν ἐν ἑαυτῷ. Εἴτε γὰρ ἀνεξικακίαν, εἴτε φιλανθρωπίαν, εἴτε ἀγαθότητα, εἴτε ἀνδρίαν, εἴτε ἐλεημοσύνην, εἴτε δικαιοσύνην, πάντα ἐν αὐτῷ τις εὑρήσει γενόμενα, ὥστε μηδὲν εἰς ἀρετὴν λείπειν τῷ κατανοοῦντι τὸν ἀνθρώπινον βίον τοῦτον. Τοῦτο γὰρ ὁ Παῦλος εἰδὼς ἔλεγε· *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ*. Οἱ μὲν παρ' Ἕλλησι νομοθέται ἄχρι τοῦ λέγειν ἔχουσι τὴν χάριν· ὁ δὲ Κύριος, ὡς ἀληθῶς Κύριος ὢν τοῦ παντὸς, καὶ κηδόμενος ὧν εἰργάσατο, οὐ μόνον νομοθετεῖ, ἀλλὰ καὶ τύπον ἑαυτὸν δέδωκεν, εἰς τὸ εἰδέναι τοὺς βουλομένους τὴν τοῦ ποιεῖν δύναμιν. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ πρὸ τῆς εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ ἐπιδημίας ἐνήχησε καὶ ἐν τοῖς ψάλλουσι τοῦτο, ἵν' ὥσπερ ἐν αὐτῷ τὸν ἐπίγειον καὶ οὐράνιον ἄνθρωπον τυπῶν ἔδειξεν, οὕτω καὶ ἐκ τῶν Ψαλμῶν τὰ κινήματα καὶ τὰς διαθέσεις τῶν ψυχῶν ὁ βουλόμενος καταμαθεῖν δύνηται, εὑρίσκων ἐν αὐτοῖς καὶ τὴν ἑκάστου κινήματος θεραπείαν τε καὶ διόρθωσιν.

ιδ'. Εἰ γὰρ δεῖ καὶ πιθανώτερον εἰπεῖν, πᾶσα μὲν ἡ θεία Γραφὴ διδάσκαλός ἐστιν ἀρετῆς καὶ πίστεως ἀληθοῦς· ἡ δέ γε βίβλος τῶν Ψαλμῶν ἔχει καὶ τὴν εἰκόνα πως τῆς διαγωγῆς τῶν ψυχῶν. Ὡς γὰρ ὁ εἰσερχόμενος πρὸς βασιλέα τυποῦται καὶ τῷ σχήματι καὶ τοῖς ῥήμασιν, ἵνα μὴ, παρὰ ταῦτα λέγων, ὡς ἀπαίδευτος ἐκβληθῇ· οὕτως ἡ θεία βίβλος τὸν ἐπ' ἀρετῇ τρέχοντα καὶ βουλόμενον κατανοῆσαι τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐν σώματι πολιτείαν ὑπομιμνήσκει πρῶτον διὰ τῆς ἀναγνώσεως τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, καὶ οὕτω λοιπὸν τυποῖ καὶ διδάσκει τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς τοιούτοις λόγοις. Εἰσὶ μὲν οὖν, ἵνα τοῦτο πρῶτόν τις τῆς βίβλου παρατηρήσηται, οἱ μὲν ἐν διηγήματι λεγόμενοι, οἱ δὲ ἐν παραινέσει, οἱ δὲ ἐν προφητείᾳ, οἱ δὲ ὡς ἐν εὐχῇ, οἱ δὲ ἐν ἐξομολογήσει.

Καὶ εἰσὶ μὲν οἱ ἐν διηγήματι ιη', μγ', μη', μθ', οβ', ος', οζ', πη', ρς', ριγ', ρκς', ρλς'.

Οἱ δὲ ὡς ἐν εὐχῇ, ις', ξζ', πθ', ρα' ρλα', ρμα'.

Οἱ δὲ ὡς ἐν ἐντυχίᾳ καὶ εὐχῇ καὶ δεήσει ε', ς', ζ', ια', ιβ', ιε', κδ', κζ', λ', λδ', λζ', μβ', νγ', νδ', νε', νς', νη', νθ', ξ', ξγ', πβ', πε', πζ', ρλζ', ρλθ', ρμβ'.

Καὶ ὁ μὲν ὡς ἐν ἐντυχίᾳ καὶ εὐχαριστίᾳ ρλη'.

Οἱ δὲ ὡς ἐν ἐντυχίᾳ μόνῃ γ', κε', ξη', ξθ', ο', ογ', πη', οθ', ρη', ρκβ', ρκθ', ρλ'.

[17] Matth. xi, 29. [18] I Cor. xi, 1.

A namque suam vivendi rationem nobis exhibere volens, in semetipso illam expressit, ne quis postea ab inimico facile deciperetur, cum ad securitatem pignus habeat, nempe victoriam quam ipse de diabolo pro nobis reportavit. Quapropter non solum docuit, sed et fecit quæ docuit, ut unusquisque audiat quidem ipsum loquentem, simulque in illum quasi in imaginem respiciens, exemplum agendi ab ipso accipiat, dum audit: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* [17]. Perfectiorem porro virtutis doctrinam nemo invenerit ea quam Dominus expressit in semetipso. Nam sive injuriarum tolerantiam, sive humanitatem, sive clementiam, sive fortitudinem, sive misericordiam, sive justitiam spectes, omnia in ipso peracta repe-
B ries, adeo ut nihil ei ad virtutem desit, qui humanam Domini vitam contemplatus fuerit. Quod cum nosset Paulus ait: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [18]. Græcorum siquidem legislatores verborum solumtenus gratiam habent; Dominus autem, ut revera omnium Dominus, qui sua curat opera, non modo leges condidit, sed semetipsum exemplar tradidit, ut qui voluerint, agendi rationem notam habeant. Quapropter ante illius in nos adventum, idipsum in Psalmis insonuit, ut quemadmodum in semetipso terrenum et cœlestem hominem exhibuit, sic ex Psalmis motus affectionesque animorum qui voluerit perdiscere valeat, cum in ipsis cujusque motus curationem emendationem-
C que inveniat.

14. Quodsi aliquid ad persuadendum aptius loqui oportuerit, omnis quidem Scriptura sacra virtutis est veræque fidei magistra; liber autem Psalmorum præfert quamdam imaginem institutionis vitæ animarum. Quemadmodum enim, qui regem adit, habitum verbaque sua componit et adornat, ne statim atque loquendi initium faciet, ut rudis et imperitus ejiciatur: ita divinus hic liber eum qui ad virtutem properat et Salvatoris in corpore vitæ institutum nosse cupit, primum per hanc lectionem admonet de motibus animi, atque ita deinceps informat docetque legentes. Sunt igitur (ut hoc primum in isto libro observetur) Psalmi, alii sub forma narrationis, alii prophetiæ, alii ad-
D monitionis, alii precationis, alii confessionis.

In forma narrationis hi sunt: 18, 43, 48, 49, 72, 76, 77, 88, 89, 106, 113, 126, 136.

In forma vero orationis sunt 16, 67, 89, 101, 131, 141.

Qui colloquii, precationis et obsecrationis modo, 5, 6, 7, 11, 12, 15, 24, 27, 30, 34, 37, 42, 53, 54, 55, 56, 58, 59, 60, 63, 82, 85, 87, 137, 139, 142.

Qui in forma alloquii et gratiarum actionis, 138.

Qui colloquii tantum forma, 3, 25, 68, 69, 70, 75, 78, 79, 108, 122, 129, 130.

τὸ πρωῒ ψάλλε τὸν ε'. Αἰσθόμενος δὲ ἀπειλῆς τοῦ Κυ- A ρίου, ἐὰν διὰ τοῦτο ταραττόμενον σεαυτὸν βλέπῃς, δύνασαι λέγειν τὸν ς' καὶ τὸν λζ'. Ἐὰν δὲ καὶ βουλεύωνταί τινες κατὰ σοῦ, ὡς ὁ Ἀχιτόφελ κατὰ τοῦ Δαβίδ, καὶ τοῦτό σοί τις ἀπαγγείλῃ, ψάλλε τὸν ζ', καὶ θάῤῥει τῷ ῥυομένῳ σε Θεῷ.

ις'. Βλέπων δὲ τὴν πανταχοῦ χάριν τοῦ Σωτῆρος ἐκτεταμένην, καὶ σωθὲν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ἐὰν προσφωνεῖν θέλῃς τῷ Κυρίῳ, ψάλλε τὸν η'. Ἀλλὰ πάλιν ᾆσαι θέλεις ἐπιλήνιον, εὐχαριστῶν τῷ Κυρίῳ, ἔχεις αὐτὸν πάλιν τὸν η' καὶ τὸν πγ'. Ἐπὶ δὲ τῷ κατῃργῆσθαι τὸν ἐχθρὸν καὶ σεσῶσθαι τὴν κτίσιν, μὴ καυχώμενος ἐπὶ σαυτῷ, ἀλλὰ εἰδὼς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦτο κατορθώσαντα, λέγε τὸν εἰς αὐτὸν εἰρημένον θ' ψαλμόν. Καὶ ἐὰν λίαν σέ τις ταράσσειν ἐθέλῃ, ἔχε σὺ τὴν πεποίθησιν εἰς τὸν Κύριον, καὶ B ψάλλε τὸν ι'. Ὅταν δὲ τὴν τῶν πολλῶν ὑπερηφανίαν ἴδῃς καὶ πλεονάζουσαν τὴν κακίαν, ὥστε μηδὲν ὅσιον ἐπ' ἀνθρώποις γενέσθαι, κατάφυγε σὺ ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ λέγε τὸν ια'. Ἐγχρονιζούσης δὲ τῆς παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς, μὴ ὀλιγώρει ὡς ἐπιλησθεὶς παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλὰ παρακάλει τὸν Κύριον ᾄδων τὸν ιβ'. Ἐπειδὰν βλασφημούντων τινῶν κατὰ τῆς Προνοίας ἀκούσῃς, μὴ κοινώνει μὲν αὐτῶν τῇ ἀσεβείᾳ, ἐντυγχάνων δὲ τῷ Θεῷ, λέγε τὸν ιγ' καὶ νβ'. Καὶ λοιπὸν ἐὰν θέλῃς μαθεῖν ὁποῖός ἐστι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ὁ πολίτης, ψάλλε τὸν ιδ'.

ιζ'. Προσευχῆς σοι χρεία διὰ τοὺς ἀνθεστηκότας σοι καὶ περιέχοντάς σου τὴν ψυχὴν, ᾆδε τὸν ις', καὶ τὸν πε', καὶ τὸν πζ', καὶ τὸν ρμ'. Ἀλλὰ θέλεις μα- C θεῖν, πῶς Μωϋσῆς προσηύξατο, ἔχεις τὸν πθ'. Ἀλλ' ἐσώθης ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σου, καὶ ἐῤῥύσθης ἀπὸ τῶν διωκόντων σε, ᾆδε καὶ σὺ τὸν ιζ' ψαλμόν. Θαυμάζεις τὴν τῆς κτίσεως τάξιν, καὶ τὴν εἰς αὐτὴν τῆς Προνοίας χάριν, τοῦ τε νόμου τὰ ἱερὰ προστάγματα, ψάλλε τὸν ιη' καὶ τὸν κγ'. Θλιβομένους δὲ ὁρῶν, παρακάλει τούτους, ἐπευχόμενος καὶ λέγων αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ ιθ' ψαλμῷ ῥήματα. Ὁρᾷς σεαυτὸν ποιμαινόμενον καὶ εὐοδούμενον παρὰ τοῦ Κυρίου, χαίρων ἐπὶ τούτῳ ψάλλε τὸν κβ'. Οἱ ἐχθροὶ περὶ σὲ, ἀλλὰ σὺ τὴν ψυχὴν ἐπαίρων πρὸς Θεὸν, λέγε τὸν κδ', καὶ ὄψει τούτους ἁμαρτάνοντας διακενῆς. Ἐπιμένουσιν οἱ ἐχθροὶ, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὰς χεῖρας ἔχοντες αἱμάτων πλήρεις, καὶ ζητοῦντες ἑλκῦσαί σε καὶ ἀπολέσαι, μὴ δῷς ἀνθρώπῳ τὸ κρῖμα (ὕποπτα γὰρ πάντα τὰ ἀνθρώπινα)· D ἀλλὰ τὸν Θεὸν ἀξιῶν κριτὴν γενέσθαι (μόνος γὰρ αὐτὸς δίκαιος), λέγε τὰ ἐν τῷ κε', καὶ τὸν λδ', καὶ τὸν μβ'. Ἐὰν δὲ καὶ τραχύτερον ἐπίθωνται, καὶ πλῆθος ὡς παρεμβολαὶ γένωνται οἱ ἐχθροὶ, καταφρονοῦντες ὡς μήπω σου χρισθέντος, καὶ διὰ τοῦτο πολεμεῖν ἐθέλοντες· μὴ πτήξῃς, ἀλλ' ᾆδε τὸν κς' ψαλμόν. Ἐπειδὴ δὲ ἀσθενής ἐστιν ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων, ἐὰν πάλιν ἀναισχυντῶσιν οἱ ἐπιβουλεύοντες, ἵνα μὴ πρὸς ἐκείνους ἔχῃς τὴν σχολὴν, κράζε πρὸς τὸν Θεὸν, λέγων τὰ ἐν τῷ κζ'. Καὶ ἐὰν θέλῃς εὐχαριστῶν μαθεῖν πῶς δεῖ προσφέρειν τῷ Κυρίῳ, νοητῶς νοῶν ψάλλε τὸν κη'. Καὶ λοιπὸν ἐγκαινίζων τὸν οἶκόν σου τήν τε ψυχὴν τὴν τὸν Κύριον ὑποδεχομένην, καὶ τὸν σωματικὸν οἶκον, ἐν ᾧ σωματικῶς κατοικεῖς, εὐχαρίστει, καὶ λέγε τόν τε κθ' καὶ τὸν ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς ρκς'.

A mini comminationem senseris, teque ea de causa conturbatum videris, potes dicere 6 et 37. Si adversum te quipiam consilium dederint, quemadmodum Achitophel adversus Davidem, et hoc tibi aliquis renuntiet, psalle 7, et Domino confide qui te liberabit.

16. Cernens Salvatoris gratiam ubique diffusam, redemptumque genus humanum, si alloqui Dominum velis, octavum psallito. Si rursum pro torcularibus gratias agens Domino canere volueris, habes eumdem 8 et 83. Pro victoria de inimico, et creaturæ liberatione, ne in teipso glorieris, sed gnarus hoc fuisse præclarum facinus Filii Dei, recita supradictum psalmum nonum. Et si te quis metu conturbare voluerit, habe tu fiduciam in Do- B mino, et psalle decimum. Cum multorum superbiam videris improbitatemque modum excedere, ita ut nihil sanctum in hominibus reperiatur, confuge tu ad Dominum, et dic undecimum. Quodsi diuturnæ sint inimicorum insidiæ, ne animo deficias, quasi Dominus sit tui oblitus, sed invoca Dominum, canens decimum secundum. Cum autem quosdam audieris blasphemantes adversus Providentiam, noli eorum impietati communicare; sed Domino supplicans, recita 13 et 52. Quodsi postea ediscere cupis, qualisnam sit civis regni cœlorum, psalle 14.

17. Oratione opus est tibi propter adversarios tuos, et eos, qui circumdant animam tuam, cane C 16, 85, 87 et 140. At vis scire quomodo Moyses oraverit, habes octogesimum nonum. Liberatus es ab inimicis tuis et servatus a persequentibus te, cane et tu decimum septimum psalmum. Miraris naturæ ordinem et Providentiæ gratiam in illa, legisque sacra præcepta, psalle 18 et 23. Cum videris afflictos, consolare illos bene precando, ac dicendo illis verba decimi noni psalmi. Vides te a Domino pasci ac dirigi, hac in re gaudens psalle 22. Invadunt te inimici tui, at tu animam erigens ad Dominum dic 24, et videbis *inique agentes supervacue.* Exspectant inimici, nihil habentes aliud quam manus sanguine plenas, ac quærentes te vexare ac perdere, ne deferas homini judicium, suspecta enim sunt omnia humana; sed Deum judicem postulans D (solus enim ille judex), dic 25, 34, 42. Si acrius instent et præ multitudine quasi exercitus fuerint inimici, te tanquam nondum unctum despicientes, ideoque oppugnare velint; ne formides, sed cane vicesimum sextum psalmum. At quoniam imbecilla est hominum natura, si impudenter insistant insidiatores, ne attendas ipsis, sed ad Dominum clama, dicens verba vicesimi septimi. Quod si gratias agendo ediscere velis, quomodo oporteat offerre Domino, spiritualiter intelligens psalle vicesimum octavum. Et demum cum domum tuam dedicas, hoc est animam tuam, quæ Dominum excipit, imo sensibilem domum, in qua corporaliter habitas, gratias age, et dic vicesimum nonum, et ex gradualibus 126.

18. Cum autem te ab omnibus amicis et cognatis propter veritatem odio haberi perspexeris, ne ejus rei causa animum despondeas, neque notos, qui te aversantur, reformides, sed ab illis te segregans et futura respiciens, psalle tricesimum. Baptizatos autem et a corruptibili generatione redemptos cum videris, Dei clementiam admirans, cane illorum gratia tricesimum primum. Quando cum multis psallere volueris, justos viros et probe viventes congregans, psalle tricesimum secundum. Cum in hostes incideris, et prudenter illos effugeris, atque declinaveris ab eorum insidiis; si velis gratias agere, viros mansuetos congregans, psalle cum iis tricesimum tertium. Et si videris iniquorum erga malitiam studium, ne existimes malitiam in ipsis naturalem esse, ut hæretici aiunt, sed dic tricesimum quintum, videbisque ipsos sibi peccandi auctores esse. Si improbos videris multa inique perpetrare, atque adversum pusillos insurgere, et volueris aliquos admonere ne ipsis attendant, neque æmulentur illos, quia brevi futurum est ut exstinguantur, tam tibi ipsi quam aliis dic tricesimum sextum.

A ιη'. Ὅταν δὲ σαυτὸν διὰ τὴν ἀλήθειαν μισούμενον καὶ διωκόμενον παρὰ πάντων τῶν τε φίλων καὶ συγγενῶν βλέπῃς, μὴ τούτοις μηδὲ σαυτῷ κατανοῶν ὀλιγωρήσῃς, μηδ', ἂν τοὺς γνωρίμους ἴδῃς ἀποστρεφομένους σε, πτήξῃς, ἀλλ' ἐκστὰς ἀπὸ τούτων, καὶ σκοπῶν τὰ μέλλοντα, ψάλλε τὸν λ'. Τοὺς δὲ βαπτιζομένους καὶ λυτρουμένους ἀπὸ τῆς φθαρτῆς γενέσεως βλέπων, καὶ θαυμάζων τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ᾆδε εἰς ἐκείνους τὸν λα'. Καὶ ὅταν μὲν ψάλλειν μετὰ πολλῶν ἐθέλῃς, τοὺς δικαίους ἄνδρας καὶ τοὺς ὀρθοὺς τῷ βίῳ συναγαγὼν, λέγε καὶ σὺ τὸν λβ'. Ἐμπεσὼν δὲ εἰς τοὺς ἐχθροὺς, καὶ σοφῶς αὐτοὺς διαφυγὼν, καὶ ἐκκλίνας ἀπὸ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν, εἰ θέλεις εὐχαριστῆσαι, συγκαλέσας τοὺς πραεῖς ἄνδρας, ἐπ' αὐτῶν ψάλλε τὸν λγ'. Καὶ ἐὰν ἴδῃς τῶν παρανομούντων
B τὴν ἐπὶ τὸ κακὸν φιλονεικίαν, μὴ νόμιζε ἐν αὐτοῖς κατὰ φύσιν τὴν κακίαν εἶναι, οἷα λέγουσιν οἱ αἱρετικοί· ἀλλὰ λέγε τὸν λε', καὶ ὄψει, ὅτι αὐτοὶ τοῦ ἁμαρτάνειν εἰσὶν αἴτιοι. Ἐὰν δὲ πολλὰ πράττοντας ἄνομα τοὺς πονηροὺς βλέπῃς, καὶ ἐπαιρομένους αὐτοὺς κατὰ τῶν μικρῶν, καὶ θέλῃς παραινεῖν τισι μὴ προσέχειν τούτοις, μηδὲ παραζηλοῦν αὐτοὺς, διὰ τὸ ταχέως αὐτοὺς ἀποσβέννυσθαι, λέγε καὶ σαυτῷ καὶ τοῖς ἑτέροις τὸν λς'.

19. Cum porro tibi attendere statueris, si irruentem videris hostem: nam adversus hujusmodi homines acrius ille insurgit: teque volueris adversus illum excitare, dic tricesimum octavum psalmum. Si irruentibus inimicis ærumnas patiaris, volueris que ediscere, quanta sit in patientia utilitas, psalle tricesimum nonum psalmum. Cum multos vides pauperes et mendicos, optasque eorum misereri, poteris quidem eos qui jam illos miserati sunt, laudare, cæterosque ad idipsum cohortari, dicendo psalmum quadragesimum. Deinde si magno Dei desiderio flagrans, audieris inimicos exprobrantes tibi, ne turberis; sed cogitans immortalem ex tali desiderio fructum, tuam spe in Deum consolare animam, et sic allevans demulcensque dolores, quibus illa premitur in hac vita, dic 41 psalmum. Cum assidue meminisse volueris beneficiorum Dei, quæ patribus collata sunt, et exitus ex Ægypto, necnon commorationis in solitudine, et quam scilicet bonus sit Deus, quam autem ingrati homines sint, habes 43, 77, 88, 104, 105, 106, 113. Cum autem ad Deum confugeris, liberatus ab ærumnis quæ tibi acciderunt, si volueris Deo gratias agere, atque enarrare ejus erga te clementiam, habes quadragesimum quintum.

ιθ'. Ἀλλὰ δὴ καὶ σὺ, προθέμενος προσέχειν σαυτῷ, ἐὰν βλέπῃς ἐπιτιθέμενον τὸν ἐχθρὸν (τότε γὰρ μᾶλλον ἐπεγείρεται κατὰ τῶν τοιούτων), καὶ θέλῃς ἐπαλείφειν σαυτὸν κατ' αὐτοῦ, ᾆδε τὸν λη' ψαλμόν. Καὶ ἐὰν, τῶν ἐχθρῶν ἐπιτιθεμένων, ὑπομένῃς τὰς θλίψεις,
C καὶ θέλῃς μαθεῖν τὴν ἐκ τῆς ὑπομονῆς ὠφέλειαν, ψάλλε τὸν λθ' ψαλμόν. Βλέπων δὲ πολλοὺς πένητας καὶ πτωχοὺς, καὶ θέλεις ἐλεεῖσθαι αὐτοὺς, δύνασαι τοὺς μὲν ἤδη ἐλεήσαντας ἀποδέχεσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους εἰς τὸ ποιεῖν προτρέπεσθαι, ἐν τῷ λέγειν τὸν μ'. Εἶτα ἐὰν, πάνυ τὸν πόθον ἔχων εἰς τὸν Θεὸν, ἀκούσῃς τῶν ἐχθρῶν ὀνειδιζόντων, μὴ ταράσσου· ἀλλὰ συνιεὶς τὸν ἐκ τοῦ τοιούτου πόθου ἀθάνατον καρπὸν, παρακάλει σαυτοῦ τὴν ψυχὴν τῇ εἰς Θεὸν ἐλπίδι, καὶ ταύτῃ ἐπικουφίζων καὶ καταπραΰνων τὰς ἐν τῷ βίῳ λύπας αὐτῆς, λέγε τὸν μα' ψαλμόν. Συνεχῶς δὲ ἀναμιμνήσκεσθαι θέλων τὰς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ τὰς γενομένας εἰς τοὺς πατέρας, καὶ περὶ τῆς ἐξόδου τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ διαγωγῆς, πῶς τε ὁ μὲν Θεὸς ἀγαθὸς, οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀχάριστοι, ἔχεις τὸν μγ',
D καὶ τὸν οζ', καὶ πη', καὶ τὸν ρδ', καὶ τὸν ρε', καὶ ρς', καὶ ριγ'. Καταφυγὼν δὲ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ διασωθεὶς ἀπὸ τῶν περὶ σὲ γενομένων θλίψεων, ἐὰν θέλῃς εὐχαριστῆσαι τῷ Θεῷ, καὶ διηγήσασθαι τὴν εἰς σὲ γενομένην φιλανθρωπίαν, ἔχεις τὸν με'.

20. Sed peccasti, et pudore affectus pœnitentiam agis et misericordiam flagitas, habes confessionis et pœnitentiæ verba in psalmo quinquagesimo. Quod si apud regem iniquum calumniam passus es, vidcsque superbe insultantem calumniatorem, secede tu, et dic ea quæ in 51 habentur. Et cum te aliqui persequuntur, et calumniantur te, velut Ziphæi et allophyli Davidem, ne mœstus sis, sed Domino confidens eumque laudans recita 53 et 55. Quod

κ'. Ἀλλ' ἥμαρτες, καὶ ἐντραπεὶς μεταγινώσκεις καὶ ἐλεηθῆναι ἀξιοῖς, ἔχεις τοὺς τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας λόγους ἐν τῷ ν'. Εἰ δὲ καὶ διεβλήθης πονηρῷ βασιλεῖ, καὶ ὁρᾷς τὸν διάβολον καταχαυχώμενον, ἀναχώρει, καὶ λέγε καὶ σὺ τὰ ἐν τῷ να'. Καὶ ὅτε μὲν διώκῃ, καὶ διαβάλλουσί τινες παραδοῦναί σε θέλοντες, ὡς οἱ Ζιφαῖοι καὶ οἱ ἀλλόφυλοι τὸν Δαβὶδ, μὴ ἀκηδιάσῃς, ἀλλὰ θαῤῥῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ ὑμνῶν αὐτὸν, λέγε τὰ ἐν τῷ νγ' καὶ νε'. Ἐὰν δὲ καὶ συν-

ὁρμήσῃ ὁ διώκων, καὶ μὴ γινώσκων εἰσέλθῃ εἰς τὸ σπήλαιον ἐν ᾧ καὶ σὺ κρύπτῃ, μηδ' οὕτως πτήξῃς· ἔχεις γὰρ τοὺς ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ χρησμοὺς εἰς παράκλησιν καὶ στηλογραφίας λόγους, τοὺς ἐν τῷ νς' καὶ τοὺς ἐν τῷ ρμα'. Ἐὰν δὲ καὶ φυλαχθῆναι τὴν οἰκίαν κελεύσῃ ὁ ἐπιβουλεύων, καὶ διαφύγῃς, ἀνατίθει τῷ Κυρίῳ τὴν χάριν, ὡς ἐν στήλαις γράφων αὐτὴν ἐν τῇ ψυχῇ, μνημόσυνον οὖσαν τοῦ μὴ διεφθάρθαι σε, καὶ λέγε τὰ ἐν τῷ νη' ψαλμῷ. Ἐὰν δὲ καὶ ὀνειδίζωσι θλίβοντες οἱ ἐχθροὶ, καὶ φλυαροῦντες διαβάλλωσιν οἱ δοκοῦντες εἶναι φίλοι, καὶ λυπηθῇς ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ σου πρὸς ὀλίγον, ἀλλὰ δύνασαι παρακαλεῖσθαι ὑμνῶν καὶ σὺ τὸν Θεὸν, καὶ λέγων τὰ ἐν τῷ νδ' ῥήματα. Καὶ πρὸς μὲν ὑποκρινομένους καὶ ἐν προσώπῳ καυχωμένους λέγε πρὸς ἐντροπὴν ἐκείνων τὸν νζ' ψαλμόν· πρὸς δὲ τοὺς ὁρμῶντας ἀγρίως κατὰ σοῦ, καὶ B θέλοντας λαβεῖν σου τὴν ψυχὴν, ἀντίθες σὺ τὴν πρὸς τὸν Θεόν σου ὑποταγὴν, καὶ θάῤῥει. Ὅσῳ γὰρ ἐκεῖνοι μαίνονται, τοσούτῳ μᾶλλον ὑποτάσσου σὺ τῷ Κυρίῳ, καὶ λέγε τὰ ἐν τῷ ξα'. Καὶ ἐὰν μὲν διωκόμενος εἰς ἐρημίαν ἀπέλθῃς, μὴ φοβηθῇς ὡς μόνος ὢν ἐκεῖ, ἔχων δὲ τὸν Θεὸν ἐκεῖ καὶ πρὸς αὐτὸν ὀρθρίζων ψάλλε τὸν ξβ'. Ἐκφοβούντων δὲ τῶν ἐχθρῶν καὶ μὴ παυομένων τοῦ ἐνεδρεύειν, ἀλλὰ καὶ ἐξερευνώντων πᾶν κατὰ σοῦ, κἂν πλῆθος ὦσι, μὴ ὑπενδῷς· βέλη γὰρ νηπίων ἔσονται τούτων αἱ πληγαὶ, ψάλλοντός σου τὸν ξγ', καὶ τὸν ξδ', καὶ ξθ', καὶ ο'.

κα'. Καὶ ὅταν μὲν ὑμνῆσαι βούλῃ τὸν Κύριον, ᾆδε τὰ ἐν τῷ ξδ'. Ἐὰν δὲ κατηχῆσαι θέλῃς τινὰς περὶ C ἀναστάσεως, ᾆδε τὰ ἐν τῷ ξε'. Οἰκτιρμοὺς δὲ αἰτῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὕμνει αὐτὸν, ψάλλων τὸν ξς'. Ὅτε δὲ βλέπεις τοὺς μὲν ἀσεβεῖς ἐν εἰρήνῃ εὐθηνουμένους καὶ καταθυμίως ζῶντας τοὺς δὲ δικαίους θλιβομένους, ἵνα μὴ σκανδαλισθῇς καὶ παρασαλευθῇς, λέγε καὶ σὺ τὰ ἐν τῷ οβ' ψαλμῷ. Καὶ ὅταν μὲν ὀργισθῇ ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν λαὸν, ἔχεις εἰς παράκλησιν περὶ τούτου λόγους συνετοὺς τοὺς ἐν τῷ ογ'· ὅτε δὲ χρεία σοι ἐξομολογήσεώς ἐστι, ψάλλε τὸν θ', οδ' καὶ ϟα', καὶ ρδ', καὶ ρε', καὶ ρς', καὶ ρζ', καὶ ρι', καὶ ριζ', καὶ ρκε', καὶ ρλζ'. Καὶ δυσωπῆσαι μὲν θέλων τὰ τῶν Ἑλλήνων καὶ τὰ τῶν αἱρετικῶν, ὅτι μὴ παρ' αὐτοῖς ἔνι θεογνωσία, ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, δύνασαι νοῶν ᾄδειν καὶ λέγειν τὰ ἐν τῷ οε'. Τῶν δὲ ἐχθρῶν προκαταλαβόντων τὰς διεκφυγὰς, καὶ πάνυ D θλιβόμενος, κἂν ταραχθῇς, μὴ ἀπελπίσῃς, ἀλλὰ εὔχου· καὶ ἐὰν κράζων εἰσακουσθῇς, εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, λέγων τὰ ἐν τῷ ος'. Ἐὰν δὲ ἐπιμένοντες οἱ ἐχθροὶ ἐπεισέλθωσι, καὶ μιάνωσι τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, τούς τε ἁγίους ἀποκτείνωσι, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν ῥίψωσι τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα μὴ συνελκυσθεὶς καταπτήξῃς αὐτῶν τὴν ὠμότητα, σύμπασχε μὲν τοῖς πάσχουσιν, ἐντύγχανε δὲ τῷ Θεῷ, λέγων τὸν οη' ψαλμόν.

κβ'. Ἐν ἑορτῇ δὲ, θέλων ᾆσαι τῷ Κυρίῳ, συγκαλέσας τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους, ψάλλε τὰ ἐν τῷ π' καὶ ϟδ'. Τῶν δὲ ἐχθρῶν πάλιν ἐπισυναχθέντων πάντων πανταχόθεν, καὶ ἀπειλούντων κατὰ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, συνθήκας τε ποιούντων κατὰ τῆς εὐσεβείας.

A si ingruat persecutio, et imprudens persecutor in eam speluncam incidat, in qua tu absconderis, ne reformides; habes enim et in tali necessitate perutiles ad consolationem et tituli inscriptionis sermones in psalmis 56 et 141. Si autem jusserit persecutor custodiri domum tuam, et tamen effugeris, Deo refer gratiam, eamque in anima tua quasi in cippo inscribe, ut memoriale sit tuæ incolumitatis, et dic ea quæ sunt in 58. Si autem exprobrent tibi, qui te affligunt inimici tui, et qui videntur amici esse tui, obloquentes detraxerint, et in exercitatione tua ad modicum temporis contristeris, et potes sane teipsum consolari hymnis Deum celebrando ac recitando psalmum 54. Adversus hypocritas et in facie gloriantes, dic ad confusionem B eorum psalmum 57. Adversus eos autem qui in te atrociter irruunt et capere volunt animam tuam, tu opponas illis tuam erga Deum obsequentiam, et confide: quanto enim illi vehementius institerint, tanto magis te Domino submittas, et dic verba 61. Si persecutionem passus in solitudinem recesseris, ne formides quasi solus ibi degas, cum adsit tibi Deus, ad quem diliculo cane psalmum 62. Si terreant te inimici, nec finem faciant insidiarum, imo adversum te omnia scrutentur, etiamsi multi fuerint, nequaquam cedas: nam sagittæ parvulorum erunt plagæ eorum, canente te psalmos 63, 64, 69, 70.

21. Quando Deum celebrare volueris, recita sexagesimum quartum. Si aliquos de resurrectione instituas, recita 65. Postulans a Domino miserationes, lauda illum, psallens 66. Cum videris impios in pace prospere agentes et libenter viventes, justos autem afflictos, ne scandalizeris, neque commovearis, sed dic psalmum 72. Cum iratus fuerit Deus adversus populum, habes ad consolationem illius verba prudentiæ in 73. Quando confessione tibi opus erit, psalle 9, 74, 91, 104, 105, et 106, et 107, et 110, et 117, et 125, et 137. Vis gentilium et hæreticorum opiniones confundere, et commonstrare non apud illos esse Dei cognitionem, sed in sola Ecclesia, potes, considerans, canere atque dicere quæ in septuagesimo quinto habentur. Inimicis autem effugia præoccupantibus ac te summopere afflicto, licet perturberis, ne animum despondeas, sed ora: et si clamando exaudiare, gratias Deo age, recitans septuagesimum sextum. Si persistentes inimici irruperint, et domum Dei profanaverint, sanctosque trucidarint, illorumque corpora volucribus cœli projecerint, ne his perculsus reformides eorum crudelitatem, dole quidem miserorum vicem, ora autem Deum, dicens septuagesimum octavum psalmum.

22. In solemni die volens Domino canere, advocatis Dei servis, psalle octogesimum et nonagesimum quartum. Inimicis iterum undique congregatis, et domui Dei minas intentantibus, fœderaque contra pietatem facientibus, ne animo deficias ob

eorum multitudinem et potentiam : habes quasi anchoram spei verba octogesimi secundi psalmi. Quod si videris domum Dei, et æterna ejus tabernacula, atque eorum desiderio tenearis, quemadmodum Apostolus, dic octogesimum tertium psalmum. Cessante tandem ira solutaque captivitate, si volueris Domino gratias agere, habes 84 et 125. Et si cognoscere velis quid intersit discriminis catholicam inter Ecclesiam et schismata, atque schismaticos confundere, dicere potes octogesimum sextum. Si velis tibi aliisque addere fiduciam ad Dei cultum, et ostendere quod spes in Deum non confundat, sed intrepidum animum reddat, lauda Deum recitans nonagesimum. Psallere vis in Sabbato? habes nonagesimum primum.

23. Vis gratias agere Dominico die? habes 23. Vis secunda Sabbati psallere? dic quæ sunt in 47. Canere vis in Parasceve? laudem habes in 92. Tunc enim peracta crucifixione, domus ædificata est, licet inimici prohibere niterentur : quare triumphale carmen Deo canere convenit, ea scilicet, quæ tunc dicta sunt in nonagesimo secundo. Si captivitate facta, excisa fuerit domus, ac rursum ædificata, cane quæ sunt in 95. Terra a bellatoribus quiescente, atque demum in pace degente, et Domino regnante, si ea de re canere velis, habes nonagesimum sextum. Vis quarta Sabbati psallere? habes nonagesimum tertium; tunc enim traditus Dominus ultionem de morte sumere cœpit, deque ea confidenter triumphare. Cum igitur legens Evangelium, videris quarta Sabbati consilium iniisse Judæos adversus Dominum : cernens tunc ipsum confidenter agere, ut pro nobis de diabolo vindictam sumat, psalle verba psalmi 93. Rursum quando videris Domini in omnia providentiam, et dominium ejus, atque volueris nonnullos in fide ejus et obedientia instituere, suadens illis ut primo confiteantur, psalle 99. Et ubi cognoveris ejus judicandi potestatem, quod scilicet misericordia judicium temperando judicat Deus, si ad eum accedere volueris, habes ad eam rem verba psalmi centesimi.

24. Cum infirma sit natura nostra, si propter vitæ angustias, quasi inops factus animo deficias, volueris que consolationem accipere, habes psalmum 101. Et quoniam decet nos per omnia et in omnibus gratias Deo agere, cum volueris ipsum benedicere, habes ad animum tuum excitandum 102 et 103. Vis laudare Deum atque nosse quomodo et qua de causa laudandus sit, et quænam laudantem proferre deceat? habes 104, et 106, et 134, et 145, et 146, et 147, et 148, et 150. Habes fidem, sicut Dominus dixit, et credis ea quæ orando loqueris? dic centesimum decimum quintum. Sentis te operibus tuis ascendere, ita ut dicere possis : *Quæ retro sunt obliviscor, ad ea, quæ ante sunt, extendo meipsum* [20-21]? habes ad dicendum in singulis profectubus quindecim graduum cantica.

[20-21] Philipp. III, 13.

A ἵνα μὴ ἀθυμήσῃς διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν δυναστείαν αὐτῶν, ἔχεις ὥσπερ ἄγκυραν ἐλπίδος τὰ ἐν τῷ πβ' ῥήματα. Καὶ ἐὰν, βλέπων τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ αἰώνια αὐτοῦ σκηνώματα, τὸν πόθον ἔχῃς εἰς αὐτὰ, ὡς εἶχεν ὁ Ἀπόστολος, λέγε καὶ σὺ τὸν πγ' ψαλμόν. Παυσαμένης δέ ποτε τῆς ὀργῆς, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας λυθείσης, ἐὰν θέλῃς εὐχαριστῆσαι, ἔχεις εἰς τὸ λέγειν τὰ ἐν τῷ πδ' καὶ ρκε'. Καὶ τὴν μὲν διαφορὰν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὰ σχίσματα ἐὰν θέλῃς γινώσκειν, καὶ ἐντρέπειν ἐκείνους, δύνασαι λέγειν τὰ ἐν τῷ πς' γεγραμμένα. Παραθαρσῦναι θέλων σεαυτὸν καὶ τοὺς ἑτέρους εἰς θεοσέβειαν, καὶ ὡς εἰς τὸν Θεὸν ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ἀλλὰ καὶ ἄφοβον τὴν ψυχὴν κατασκευάζει, αἴνει τὸν Θεὸν, λέγων τὰ ἐν τῷ ϟ'. Ψάλαι θέλεις τῷ Σαββάτῳ; ἔχεις τὸν ϟα'.

B κγ'. Εὐχαριστῆσαι θέλεις τῇ Κυριακῇ; ἔχεις τὸν κγ'. Ἆσαι θέλεις δευτέρᾳ Σαββάτων; λέγε τὰ ἐν τῷ μζ'. Αἰνέσαι βούλει τῇ Παρασκευῇ; ἔχεις τὸν αἶνον ἐν τῷ ϟβ'. Τότε γὰρ, γενομένου τοῦ σταυροῦ, ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ᾠκοδομήθη, καίτοι τῶν ἐχθρῶν ἐπιχειρησάντων κωλῦσαι· καὶ διὰ τοῦτο ἐπινίκιον ᾄδειν τῷ Θεῷ πρέπει τότε τὰ εἰρημένα ἐν τῷ ϟβ'. Ἐὰν δὲ καὶ, αἰχμαλωσίας γενομένης, καθαιρεθῇ ὁ οἶκος, καὶ πάλιν οἰκοδομηθῇ, ᾆδε τὰ ἐν τῷ ϟε'. Τῆς δὲ γῆς κατάστασιν λαβούσης ἀπὸ τῶν πολεμούντων, καὶ λοιπὸν ἠρεμούσης, καὶ βασιλεύσαντος τοῦ Κυρίου, ἐὰν θέλῃς ᾆσαι περὶ τούτου, ἔχεις τὸν ϟς'. Θέλεις τῇ τετράδι τοῦ Σαββάτου ψάλλειν; ἔχεις τὸν ϟγ'· τότε γὰρ παραδοθεὶς ὁ Κύριος ἐκδικεῖν ἤρξατο τὴν κατὰ τοῦ θανάτου δίκην, καὶ θριαμβεύειν αὐτὸν παῤῥησίᾳ. C Ὅτ' ἂν οὖν, ἀναγινώσκων τὸ Εὐαγγέλιον, ἴδῃς τῇ τετράδι τοῦ Σαββάτου συμβούλιον λαβόντας τοὺς Ἰουδαίους κατὰ τοῦ Κυρίου, ὁρῶν αὐτὸν τότε παῤῥησιαζόμενον ἐν τῇ κατὰ τοῦ διαβόλου ὑπὲρ ὑμῶν ἐκδικίᾳ, ψάλλε τὰ ἐν αὐτῷ τῷ ϟγ'. Πάλιν βλέπων τὴν εἰς πάντα πρόνοιαν τοῦ Κυρίου καὶ τὴν κυριότητα αὐτοῦ, καὶ θέλων κατηχῆσαί τινας εἰς τὴν αὐτοῦ πίστιν καὶ ὑπακοὴν, πείθων αὐτοὺς πρῶτον ἐξομολογεῖσθαι, ψάλλε τὸν ϟθ'. Καὶ ἐὰν, μαθὼν αὐτοῦ τὴν κριτικὴν δύναμιν, καὶ ὅτι ἐλέῳ τὴν κρίσιν κεράσας κρίνει ὁ Κύριος, θελήσῃς αὐτῷ προσελθεῖν, ἔχεις εἰς τοῦτο λόγους τοὺς ἐν τῷ ρ'.

κδ'. Ἀσθενοῦς δὲ ἡμῶν τῆς φύσεως οὔσης, ἐὰν διὰ τὰς συνοχὰς τοῦ βίου ὡς πτωχὸς γενόμενος ἀκηδιάσης D ποτὲ, καὶ θέλῃς παρακληθῆναι, ἔχεις τὸν ρα' ψαλμόν. Καὶ ἐπειδὴ πρέπει διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν εὐχαριστεῖν ἡμᾶς τῷ Θεῷ, ὅτε θέλεις εὐλογεῖν αὐτὸν, ἔχεις εἰς τοῦτο προτρέπεσθαι σαυτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ λέγειν τὸν ρβ' καὶ ργ'. Αἰνεῖν θέλεις τὸν Θεὸν, καὶ εἰδέναι πῶς καὶ ἐπὶ τίνι δεῖ αἰνεῖν, καὶ τίνας πρέπει λέγειν τὸν αἶνον; ἔχεις τὸν ρδ', καὶ τὸν ρς', καὶ ρλδ', καὶ ρμε', καὶ τὸν ρμς', καὶ τὸν ρμζ', καὶ τὸν ρμη', καὶ τὸν ρν'. Ἔχεις πίστιν, ὡς εἶπεν ὁ Κύριος, καὶ πιστεύεις οἷς εὐχόμενος λαλεῖς; λέγε τὸν ριε'. Ἀλλὰ ἀναβαίνοντα σαυτὸν αἴσθῃ ταῖς πράξεσιν, ὥστε λέγειν· *Τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθάνομαι, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτείνομαι*; ἔχεις καθ' ἑκάστην προκοπὴν εἰς τὸ λέγειν τὰς ιε' τῶν ἀναβαθμῶν ᾠδάς.

κε'. Ἠχμαλωτεύθης ὑπὸ ἀλλοτρίων λογισμῶν, καὶ ἔγνως σεαυτὸν ἀπαγόμενον, καὶ μετέγνως, παῦσαι τοῦ λοιποῦ, καὶ μείνας ἐφ' οἷς ἁμαρτάνοντα σεαυτὸν κατέλαβες, κάθου, καὶ κλαῦσον καὶ σὺ, ὡς πεποίηκεν ὁ τότε λαὸς, λέγων τὰ ἐν τῷ ρλϛ'. Τοὺς δὲ πειρασμοὺς ἡγούμενος εἶναί σου δοκιμὴν, μετὰ τοὺς πειρασμοὺς ἐὰν εὐχαριστῆσαι θελήσῃς, ἔχεις τὸν ρλη' ψαλμόν. Συνέχῃ πάλιν ἀπὸ ἐχθρῶν, καὶ ῥυσθῆναι θέλεις; λέγε τὰ ἐν τῷ ρλθ'. Δεηθῆναι δὲ καὶ προσεύξασθαι θέλεις; ψάλλε τὸν ε' καὶ ρμβ'. Ἐχθρὸς τύραννος ἐπανέστη τῷ λαῷ καί σοι, ὥσπερ Γολιὰθ τῷ Δαβὶδ, μὴ πτήξῃς· ἀλλὰ πίστευε καὶ σὺ, ὡς ὁ Δαβὶδ, καὶ λέγε τὰ ἐν τῷ ρμγ'. Εἶτα θαυμάζων τὰς εἰς πάντας τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας, καὶ μνημονεύων τῆς τε εἰς σὲ καὶ εἰς πάντας γενομένης ἀγαθότητος αὐτοῦ, ἐὰν θέλῃς διὰ ταῦτα εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, λέγε τὰ τοῦ Δαβὶδ ῥήματα, ἅπερ καὶ αὐτὸς εἶπεν ἐν τῷ ρμδ' ψαλμῷ. Ἄσαι θέλεις τῷ Κυρίῳ; ἔχεις εἰς τὸ λέγειν τὸν ϟβ' καὶ ϟζ'. Ἐὰν μικρὸς ὢν προκριθῇς εἰς ἀρχήν τινα τῶν ἀδελφῶν σου, μὴ ἐπαίρου κατ' αὐτῶν· ἀλλὰ τῷ ἐκλεξαμένῳ Κυρίῳ διδοὺς δόξαν, ψάλλε καὶ σὺ τὸν ρνα' ἴδιον ὄντα τοῦ Δαβίδ. Ἀλλὰ θέλεις ψάλλειν ὑπακοὴν ἔχοντας τὸ Ἀλληλούϊα, ἔχεις τὸν ρδ', ρε', ρϛ', ρια', ριβ', ριγ', ριδ', ριε', ριϛ', ριζ', ριη', ρλδ', ρλε', ρμε', ρμϛ', ρμζ', ρμη', ρμθ', ρν'.

κϛ'. Ὅτε δὲ θέλῃς κατ' ἰδίαν τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος ψάλλειν, ἐν ἑκάστῳ μὲν σχεδὸν εὑρίσκεις ψαλμῷ τὰ τοιαῦτα· ἔχεις δὲ μάλιστα τὸν μὲν μδ' καὶ τὸν ρθ' δηλοῦντας τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ γνησίαν γέννησιν καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν· τὸν δὲ κα' καὶ ξη' προλέγοντας περὶ τοῦ θείου σταυροῦ, καὶ ὅσην δι' ἡμᾶς ἐπιβουλὴν ἀνεδέξατο, καὶ πόσα πέπονθε· καὶ τὸν μὲν β' καὶ ρη' σημαίνοντας τήν τε τῶν Ἰουδαίων ἐπιβουλὴν καὶ πονηρίαν, καὶ τὴν Ἰούδα τοῦ Ἰσκαριώτου προδοσίαν· τόν τε κ', καὶ μθ', καὶ οα' (καὶ) δηλοῦντας τήν τε βασιλείαν αὐτοῦ καὶ κριτικὴν δύναμιν, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ πάλιν ἔνσαρκον παρουσίαν, καὶ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν. Καὶ ὁ μὲν ιε' δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν· ὁ δὲ κγ' καὶ μϛ' ἀπαγγέλλουσι τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ· τὸν δὲ ϟβ', καὶ ϟε', καὶ ϟζ', καὶ ϟη' ἀναγινώσκων, θεωρῆσαι δυνήσῃ τὰς εἰς ἡμᾶς τοῦ Σωτῆρος διὰ τῶν παθημάτων αὐτοῦ γενομένας εὐεργεσίας.

κζ'. Τοιοῦτος μὲν οὖν ἐστι καὶ ὁ χαρακτὴρ εἰς ὠφέλειαν τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν, ἐχούσης αὐτῆς ἰδίους ψαλμοὺς, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς δὲ περὶ τῆς ἐν σώματι παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ πυκνοτέρας τὰς προφητείας, καθὰ προεῖπον. Διὰ τί δὲ μετὰ μέλους καὶ ᾠδῆς ψάλλονται οἱ τοιοῦτοι λόγοι, ἀναγκαῖον μηδὲ τοῦτο παρελθεῖν. Τινὲς μὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν ἀκεραίων, καίτοι πιστευόντων εἶναι θεόπνευστα τὰ ῥήματα, ὅμως νομίζουσι διὰ τὸ εὔφωνον καὶ τέρψεως ἕνεκεν τῆς ἀκοῆς μελῳδεῖσθαι τοὺς ψαλμούς. Οὐκ ἔστι δὲ οὕτως· οὐ γὰρ τὸ ἡδὺ καὶ πιθανὸν ἐζήτησεν ἡ Γραφή· ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὠφελείας ἕνεκεν τῆς ψυχῆς τετύπωται διὰ πάντα μὲν, μάλιστα δὲ διὰ δύο ταῦτα· πρῶτον μὲν, ὅτι ἔπρεπε τὴν θείαν Γραφὴν μὴ μόνον τῇ συνεχείᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ κατὰ πλάτος φωνῇ τὸν Θεὸν ὑμνεῖν.

25. In captivitatem redactus es ab alienis cogitationibus, atque sensisti te seductum, et pœnitentiam egisti, in posterum desine, atque gradum sistens ubi te peccantem deprehendisti, sede, et plora, et prout fecit olim populus, dic verba psalmi 136. Tentationes probationem esse tuam ratus, si post tentationes velis gratias agere, habes 138. Ab inimicis iterum teneris, et liberari cupis? dic verba 139. Vis supplicare et orare? psalle quintum et 142. Inimicus tyrannus insurrexit in populum, et in te, sicut in David Goliath, ne timeas: sed tu quemadmodum David crede, et psalle verba 143. Deinde admirans beneficia Dei in omnes, memorque ejus erga te et erga omnes bonitatis, si propterea volueris Deo benedicere, dic Davidis verba, quæ et ipse dixit in psalmo 144. Vis Domino canere? quæ dicas suppetunt in 92 et 97. Si cum pusillus esses prælatus sis ad usum quempiam fratrum tuorum, ne adversus illos extollare: sed gloriam Domino, qui te elegit, tribuens, psalle et tu 151, qui proprius est Davidis. Sed canere vis psalmos resonantes laudem Dei, seu habentes titulum Alleluia, habes 104, 105, 106, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 134, 135, 145, 146, 147, 148, 149, 150.

26. Cum volueris ea quæ Salvatorem proprie spectant psallere, in singulis pene psalmis hæc invenies: præcipue autem habes 44 et 109, qui præcipuam ejus ex Patre generationem, ejusque in corpore adventum significant; 21 et 68, qui de divina cruce prænuntiant, quantas pro nobis sustinuerit insidias, et quam multa passus sit; et secundum et 108, indicantes Judæorum insidias malitiamque, et Judæ Iscariotæ proditionem; et vicesimum, item 49 et 71, significantes regnum ejus et judicandi potestatem, necnon secundum ejus in carne ad nos adventum, et vocationem gentium. Et decimus quintus declarat ejus a mortuis resurrectionem: vicesimus tertius et quadragesimus sextus annuntiant ejus ad cœlos ascensum. Cum autem legeris nonagesimum secundum, et 95, et 97, et 98, beneficia Salvatoris per cruciatus ejus nobis collata poteris contemplari.

27. Talis est character libri Psalmorum ad hominum utilitatem accommodatus; quos quidem psalmos alios ad emendationem motuum singularum animarum conscriptos esse, reliquos vero de adventu in corpore Domini nostri Jesu Christi frequentiores habere prophetias, superius diximus. Quid causæ autem sit, quod ejusmodi sermones cum modulatione et cantu psallantur, nequaquam prætermittendum est. Quidam enim inter nos simpliciores, tametsi credunt verba esse divinitus inspirata, arbitrantur tamen ob soni suavitatem voluptatemque aurium psalmos cani. At nequaquam ita se res habet; non enim suave, aut demulcens quæsivit Scriptura: sed id quoque ad animæ utilitatem constitutum est, omnibus, sed duabus maxime de causis; primo, quia decuit divinam Scripturam

non compresse, sed in latitudine vocis Deum hymnis celebrare. Continua igitur oratione dicuntur legis et prophetarum verba, necnon historiæ omnes, cum Novo Testamento; fusius autem efferuntur psalmorum, odarum et canticorum verba; atque ita servatur illud, ut homines totis viribus et tota virtute Deum diligant. Secundo, quemadmodum harmonia, tibias apte componens, unum concentum efficit, ita cum in anima varii sint motus insitque vis cogitandi, concupiscendi, irascendi, ex quarum motione membrorum corporis operatio exoritur, ratio postulat hominem secum non dissentire, nec a semetipso dissidere: ita ut optima quidem cogitet, pessima vero faciat, ut Pilatus, qui dixit quidem: *Nullam causam mortis invenio in illo* [22]; attamen cum Judæorum sententia convenit: aut prava concupiscat, non possit autem perpetrare, ut senes in Susannam: aut rursum a fornicatione abstineat quidem, sed furetur; aut non furetur quidem, sed occidat; aut non occidat, sed blasphemet.

28. Ne itaque aliqua hujusmodi perturbatio in nobis sit, ratio postulat, ut anima, quæ, ut ait Apostolus [23], Christi mentem habet, ea duce utatur, atque per illam animi affectus cohibeat, et corporis membris imperet, quo rationi obsequantur; ut sicut in harmonia plectrum, ita ipse homo quasi psalterium effectus, et spiritui omnino intentus, omnibus membris motibusque suis obediat inserviatque Dei voluntati. Istiusmodi autem imperturbati et sedati animi imago typusque est harmonica illa Psalmorum lectio. Quemadmodum enim verbis, quæ proferimus, animi cogitationes prodimus atque indicamus: sic cum spiritualem in anima harmoniam, verborum modulatione, quasi symbolo significari velit Dominus, jussit ut cum modulatione psalleretur, atque psalmi cum cantu recitarentur. Et illud est animæ desiderium, ut recte affecta et composita sit, ut scriptum est [24]: *Lætatur quis in vobis? psallat.* Hoc modo si quid in ea turbulentum, asperum et incompositum est, psalmodia mitigatur: tristitia vero levatur psallentibus nobis: *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me* [25]? Errorem vero suum agnoscet dicendo: *Mei autem pene moti sunt pedes* [26]. Metum autem spe confirmabit dicens: *Dominus mihi adjutor, et non timebo quid faciat mihi homo* [27].

29. Qui igitur hoc modo divina cantica non legunt, non prudenter psallunt, sed sese oblectant, culpandi sane, quia *Non est speciosa laus in ore peccatoris* [28]. Qui autem prædicto modo psallunt, ita ut verborum modulatio ex animæ numeris et ex consonantia cum spiritu proferatur, hi lingua quidem psallunt, psallentes autem et mente, non

A Κατὰ συνέχειαν μὲν οὖν εἴρηται, οἷά ἐστι τὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, καὶ τὰ ἱστορούμενα πάντα, μετὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης· κατὰ πλάτος δὲ λέγεται, οἷά ἐστι τὰ τῶν ψαλμῶν καὶ ᾠδῶν καὶ ᾀσμάτων ῥήματα· καὶ οὕτως γὰρ σωθήσεται τὸ ἐξ ὅλης ἰσχύος καὶ δυνάμεως ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν τοὺς ἀνθρώπους. Δεύτερον δὲ, ὅτι, ὥσπερ ἁρμονία τοὺς αὐλοὺς συντιθεῖσα μίαν τὴν συμφωνίαν ἀποτελεῖ, οὕτως, ἐπειδὴ καὶ ἐν τῇ ψυχῇ διάφορα κινήματα φαίνεται, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῇ τὸ λογίζεσθαι, καὶ τὸ ἐπιθυμεῖν, καὶ τὸ θυμοειδὲς, ἐκ δὲ τῆς τούτων κινήσεως καὶ ἡ τῶν μελῶν γίνεται τοῦ σώματος ἐνέργεια, βούλεται ὁ λόγος μὴ ἀσύμφωνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἑαυτῷ, μηδὲ διΐστασθαι πρὸς ἑαυτόν· ὥστε λογίζεσθαι μὲν τὰ βέλτιστα, πράττειν δὲ τῷ θυμῷ τὰ φαῦλα, ὡς ὁ Πιλᾶτος λέγων B μέν· *Οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω εἰς αὐτόν*· συντρέχων δὲ τῇ γνώμῃ τῶν Ἰουδαίων· ἢ ἐπιθυμεῖν μὲν τὰ φαῦλα, μὴ δύνασθαι δὲ πράττειν, ὡς οἱ κατὰ Σουσάννης πρεσβύτεροι· ἢ πάλιν μὴ μοιχεύειν μὲν, κλέπτειν δέ· ἢ μὴ κλέπτειν μὲν, φονεύειν δέ· ἢ μὴ φονεύειν μὲν, βλασφημεῖν δέ.

κη'. Ἵν' οὖν μὴ τοιαύτη τις ἐν ἡμῖν ταραχὴ γίνηται, θέλει τὴν ψυχὴν ὁ λόγος ἔχουσαν Χριστοῦ νοῦν, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, τούτῳ καθηγεμόνι χρήσασθαι, καὶ ἐν τούτῳ τῶν μὲν ἐν αὐτῇ παθητικῶν κρατεῖν, τῶν δὲ τοῦ σώματος μελῶν ἄρχειν, εἰς τὸ ὑπακούειν τῷ λόγῳ· ἵνα, ὡς ἐν ἁρμονίᾳ τὸ πλῆκτρον, οὕτως αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος ψαλτήριον γενόμενος, καὶ τῷ πνεύματι προσέχων ὁλοκλήρως, καὶ πᾶσι τοῖς μέλεσι καὶ τοῖς κινήμασιν ὑπακούῃ, καὶ δουλεύῃ τῷ βουλή- C ματι τοῦ Θεοῦ. Τῆς δὲ τοιαύτης τῶν λογισμῶν ἀταραξίας καὶ ἀκύμονος καταστάσεως εἰκὼν καὶ τύπος ἐστὶν ἡ τῶν Ψαλμῶν ἐμμελὴς ἀνάγνωσις. Ὥσπερ γὰρ τὰ τῆς ψυχῆς νοήματα γνωρίζομεν καὶ σημαίνομεν δι' ὧν προφέρομεν λόγων, οὕτως, τῆς πνευματικῆς ἐν ψυχῇ ἁρμονίας τὴν ἐκ τῶν λόγων μελῳδίαν σύμβολον εἶναι θέλων ὁ Κύριος, τετύπωκεν ἐμμελῶς τὰς ᾠδὰς ψάλλεσθαι, καὶ τοὺς ψαλμοὺς μετ' ᾠδῆς ἀναγινώσκεσθαι. Καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ ἐπιθυμία (10) τῆς ψυχῆς, τὸ καλῶς αὐτὴν διακεῖσθαι, ὡς γέγραπται· *Εὐθυμεῖ τις ἐν ὑμῖν; ψαλλέτω.* Οὕτως τὸ μὲν ἐν αὐτῇ ταραχῶδες καὶ τραχὺ καὶ ἄτακτον ἐξομαλίζεται· τὸ δὲ λυποῦν θεραπεύεται, ψαλλόντων ἡμῶν· *Ἵνα τί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνα* D *τί συνταράσσεις με;* Καὶ τὸ μὲν ἐσφαλμένον ἐπιγνώσεται λέγουσα· *Ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες*· τὸ δὲ φοβηθὲν ἐπιῤῥώσει τῇ ἐλπίδι ἐν τῷ λέγειν· *Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.*

κθ'. Οἱ μὲν οὖν μὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἀναγινώσκοντες τὰς θείας ᾠδὰς οὐ συνετῶς ψάλλουσιν, ἀλλ' ἑαυτοὺς μὲν τέρπουσιν, ἔχουσι δὲ μέμψιν, ὅτι *Οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ*· οἱ δὲ κατὰ τὸν προειρημένον τρόπον ψάλλοντες, ὥστε τὴν μελῳδίαν τῶν ῥημάτων ἐκ τοῦ ῥυθμοῦ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς πρὸς τὸ πνεῦμα συμφωνίας προσφέρεσθαι, οἱ τοιοῦτοι

[22] Joan. XVIII, 38. [23] I Cor. II, 16. [24] Jac. V, 13. [25] Psal. XLI, 6, 12; XLII, 5. [26] Psal. LXXII, 2. [27] Psal. CXVII, 6. [28] Eccli. XV, 9.

(10) Εὐθυμία, gaudium.

ψάλλουσι μὲν τῇ γλώσσῃ, ψάλλοντες δὲ καὶ τῷ νοΐ, οὐ μόνον ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς θέλοντας ἀκούειν αὐτῶν μεγάλως ὠφελοῦσιν. Ὁ γοῦν μακάριος Δαβὶδ, οὕτως καταψάλλων τοῦ Σαοὺλ, αὐτὸς εὐηρέστει τῷ Θεῷ, καὶ τὸν τάραχον καὶ τὸ μανικὸν πάθος τοῦ Σαοὺλ ἀπήλαυνε, καὶ γαληνιᾷν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ παρεσκεύαζεν. Οὕτως οἱ ἱερεῖς ψάλλοντες, εἰς ἀταραξίαν τὰς ψυχὰς τῶν λαῶν καὶ εἰς ὁμόνοιαν αὐτὰς τῶν ἐν οὐρανοῖς χορευόντων προσεκαλοῦντο. Τὸ ἄρα μετὰ μέλους λέγεσθαι τοὺς ψαλμοὺς οὐκ ἔστιν εὐφωνίας σπουδὴ, ἀλλὰ τεκμήριον τῆς ἁρμονίας τῶν ἐν τῇ ψυχῇ λογισμῶν. Καὶ ἡ ἐμμελὴς δὲ ἀνάγνωσις σύμβολόν ἐστι τῆς εὐρύθμου καὶ ἀχειμάστου καταστάσεως τῆς διανοίας. Καὶ γὰρ τὸ αἰνεῖν τὸν Θεὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις καὶ κιθάρᾳ καὶ δεκαχόρδῳ ψαλτηρίῳ, σύμβολον πάλιν ἦν καὶ σημαντικὸν τοῦ συγκεῖσθαι μὲν νομίμως τὰ μέλη τοῦ σώματος ὡς χορδὰς, τοὺς δὲ λογισμοὺς τῆς ψυχῆς ὡς κύμβαλα γίνεσθαι, καὶ λοιπὸν τῇ ἠχῇ καὶ τῷ νεύματι τοῦ πνεύματος ταῦτα πάντα κινεῖσθαι καὶ ζῇν· ὥστε, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *τῷ πνεύματι τὸν ἄνθρωπον ζῇν μὲν, καὶ τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦν*. Οὕτως γὰρ καὶ καλῶς ψάλλων ῥυθμίζει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐξ ἀνισότητος εἰς ἰσότητα ἄγει· ὥστε ἐν τῷ κατὰ φύσιν αὐτὴν ἑστηκυῖαν μὴ πτοεῖσθαι ὑπό τινος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον εὐφαντάσιον γίνεσθαι, καὶ πλέον αὐτὴν λαμβάνειν πόθον τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Τῇ γὰρ τῶν ῥημάτων μελῳδίᾳ συνδιατιθεμένη ἐπιλανθάνεται τῶν παθῶν, καὶ χαίρουσα βλέπει πρὸς τὸν νοῦν τὸν ἐν Χριστῷ, λογιζομένη τὰ βέλτιστα.

λʹ. Δεῖ τοίνυν, ὦ τέκνον, τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστον ταύτῃ τῇ βίβλῳ ἐντυγχάνειν μὲν ἅπασι γνησίως τοῖς ἐν αὐτῇ θεοπνεύστοις οὖσι, λαμβάνειν δὲ λοιπὸν ἀπ' αὐτῶν ὡς ἐκ παραδείσου καρπῶν ὠφελείας, πρὸς ὃ τὴν χρείαν ἑαυτὸν ἔχοντα συνορᾷ. Ἡγοῦμαι γὰρ ἐν τούτοις τοῖς λόγοις τῆς βίβλου τὸν πάντα βίον τῶν ἀνθρώπων, τάς τε τῆς ψυχῆς διαθέσεις, καὶ τὰ τῶν λογισμῶν κινήματα μεμετρῆσθαι καὶ περιέχεσθαι· καὶ μηδὲν πλέον τούτων ἐν ἀνθρώποις εὑρίσκεσθαι. Εἴτε γὰρ μετανοίας ἢ ἐξομολογήσεως χρεία, ἢ θλῖψις καὶ πειρασμὸς κατέλαβεν, ἢ ἐδιώχθη τις, καὶ ἢ ἐπιβουλευόμενος ἐῤῥύσθη, εἰ δὲ καὶ περίλυπός τις γέγονεν καὶ ταράττεται, καὶ πάσχει τι τοιοῦτον, οἷον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, ἢ καὶ συνορᾷ ἑαυτὸν μὲν προκόπτοντα, τὸν δὲ ἐχθρὸν καταργούμενον, ἢ καὶ αἰνέσαι καὶ εὐχαριστῆσαι, καὶ εὐλογῆσαι βούλεται τὸν Κύριον, ἔχει τὴν διδασκαλίαν τούτων ἐν τοῖς θείοις ψαλμοῖς. Ἐκλεγέσθω γὰρ τὰ ἐν αὐτοῖς περὶ ἑκάστου τούτων εἰρημένα, καὶ οὕτως ὡς περὶ ἑαυτοῦ γεγραμμένα λέγων, καὶ συνδιατιθέμενος τοῖς γεγραμμένοις, ἀναφέρει τῷ Κυρίῳ.

λαʹ. Μὴ περιβαλλέτω μέντοι τις αὐτὰ τοῖς ἔξωθεν πιθανοῖς ῥήμασι, μηδὲ πειραζέτω τὰς λέξεις μεταποιεῖν ἢ ὅλως ἐναλλάσσειν· ἀλλ' οὕτως ἀτεχνῶς τὰ γεγραμμένα λεγέτω καὶ ψαλλέτω, ὥσπερ εἴρηται, ὑπὲρ τοῦ καὶ τοὺς διακονήσαντας ἀνθρώπους αὐτὰ

sibi solum, sed etiam audire eos volentibus magnæ sunt utilitati. Beatus igitur David, cum eo modo Sauli psalleret, non solum Deo placebat, sed et perturbationem et furoris morbum ex Saule abigebat, parabatque illius animæ tranquillitatem [29]. Ita quoque sacerdotes dum psallerent, populorum animos ad tranquillitatem advocabant et ad concordiam cum iis qui in cœlis choreas agunt. Quod itaque cum modulatione psalmi dicantur, id non fit ex suavis concentus studio, sed signum est harmoniæ cogitationum animæ. Harmonicaque lectio indicium est animæ recte compositæ atque tranquillæ. Etenim Deum laudare in cymbalis bene sonantibus, in cithara et decachordo psalterio [30], argumentum illud erat et signum membra corporis, instar chordarum, rite composita esse, cogitationesque animæ sicut cymbala esse, ac denique sono, et nutu spiritus hæc omnia moveri et vivere; ac proinde, secundum quod scriptum est [31], *spiritu quidem hominem vivere, et facta corporis mortificare*. Quamobrem qui recte psallit, animam suam componit, et quasi ex inæqualitate ad æqualitatem adducit; ita ut secundum naturam consistens a nullo perterreatur, quin potius phantasiis tranquilla evadat, et majori futurorum desiderio afficiatur. Sacrorum namque verborum modulatione recte composita, passionum suarum obliviscitur, et læta respicit ad intellectum eorum quæ sunt in Christo, optima quæque cogitans.

30. Oportet igitur, o fili, ut quisquis hunc librum legit, legat quidem sincere et probo animo omnia quæ in illo habentur, utpote divinitus inspirata, ac demum ex illis, veluti ex horti fructibus, eos decerpat quos sibi utiles et necessitatibus suis ac commodos esse perspexerit. Existimo namque in hujusce libri verbis, omnem humanam vitam animæque affectiones, cogitationumque motus contineri atque describi, nihilque iis amplius in hominibus reperiri. Nam sive pœnitentia sive confessione sit opus, sive tribulatio aut tentatio apprehenderit, sive quis persecutionem passus, sive ab insidiis liberatus, sive mœstus aut turbatus sit, aut aliquid hujusmodi patiatur, quemadmodum superius dictum est, aut si videt se quidem proficere, hostem vero destrui, sive laudare, sive gratias agere, sive Domino benedicere velit, habet horum doctrinam in divinis psalmis. Licet enim illi in singulis, quod voluerit ex supradictis eligere, et quasi de se dicta essent, ea recitare; ac perinde affectum atque scriptum est, ea ipsa Deo referre.

31. Ne quis autem ea sæcularis eloquentiæ verbis exornare aggrediatur, neque conetur quispiam dicta transponere, aut ullatenus immutare; sed sine ullo artificio, prout dicta sunt, ea recitet, et psallat, ut sancti viri, qui ea ipsa nobis, ut mini-

[29] I Reg. XVI, 23. [30] Psal. CL, 3-5. [31] Rom. VIII, 13.

stri, tradidere, sua agnoscentes verba, nobiscum orent; imo potius ut Spiritus, qui in sanctis locutus est, ibi conspiciens verba sua illis inspirata, nobis opituletur. Quanto enim præstantior est sanctorum vita aliorum vita, tanto excellentiora eorum verba sermonibus nostris, atque efficaciora esse jure quis dixerit. His enim Deo placuerunt: et hæc dicentes, ut ait Apostolus [32]: *Vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, exstinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.*

32. Unusquisque igitur hæc jam dicens confidat fore, ut per ea Deus supplicantes auditurus sit: sive enim tribulatur, qui hæc dicit, magnam percipiet in ipsis consolationem; sive tentatur, aut persecutionem patitur, qui ita psallit, probatior apparebit, atque a Domino protegetur, qui etiam hæc proferentem defendit; his diabolum fugabit, dæmonesque ejus abiget. Hæc porro dicens, si quidem peccaverit, sese ad pudorem vertet, atque peccandi finem faciet; si non peccaverit, se lætum conspiciet, quia iis quæ ante sunt, extenditur, atque oppugnatus ita psalmorum vi prævalebit; non commovebitur autem in æternum a veritate: imo deceptores, et qui eum in errorem deducere tentaverint, coarguet; et hujus rei sponsor non homo est, sed ipsa divina Scriptura. Deus enim præcepit Moysi [33], ut magnam Odam conscriberet, doceretque populum; atque eum, qui princeps constitutus esset, jubet scribere Deuteronomium [34], et illud præ manibus habere, semperque ejus verba meditari, quippe sufficientia sunt tum ad virtutis commonitionem, tum ad opem iis ferendam, qui sincero animo meditati ea fuerint. Sane cum in terram promissionis ingressus est Jesus Nave, conspectis gentium castris, regibus Amorrhæorum omnibus ad bellum congregatis, vice telorum gladiorumque Deuteronomium legit ad aures omnium, verbaque legis in memoriam revocavit [35], atque cum iis populum ceu armis instruxisset, inimicos superavit. Rex autem Josias, invento libro, et ad omnium aures perlecto [36], non ultra inimicos reformidavit. Et si quando bellum populo ingrueret, arca, quæ legis volumina continebat, omnes præcedebat, et id illis æque ad subsidium sufficiebat, ac quælibet acies, nisi quoddam inter bajulos ejus aut inter populum esset peccatum, aut hypocrisis, quæ prævaleret. Fide namque et probo sinceroque affectu est opus, ut lex in iis, quæ in votis sunt, suffragetur.

33. Ego certe, aiebat senex, audivi a prudentibus viris, quod olim in Israele sola Scripturarum le-

A ἐπιγινώσκοντας τὸ ἑαυτῶν συνεύχεσθαι ἡμῖν· μᾶλλον δὲ ἵνα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ λαλῆσαν ἐν τοῖς ἁγίοις, θεωροῦν τοὺς παρ' αὐτοῦ λόγους ἐνηχηθέντας ἐκείνοις, συναντιλαμβάνηται ἡμῖν. Ὅσῳ γὰρ τῶν ἁγίων ὁ βίος βελτίων τῶν ἄλλων ἐστὶ, τοσούτῳ καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ῥήματα τῶν παρ' ἡμῶν συντιθεμένων βελτίονα καὶ ἰσχυρότερα ἄν τις εἴποι δικαίως. Ἐν τούτοις γὰρ εὐηρέστησαν τῷ Θεῷ, καὶ ταῦτα λέγοντες, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· *Κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λεόντων, ἔσβεσαν δύναμιν πυρὸς, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων, ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς*
B *αὐτῶν.*

λβ'. Οὐκοῦν καὶ νῦν ταῦτα λέγων ἕκαστος ἔστω θαῤῥῶν, ὅτι δι' αὐτῶν ταχέως ὁ Θεὸς ἐπακούσεται τοῖς δεομένοις· εἴτε γὰρ θλίβεται λέγων ταῦτα, μεγάλην ὄψεται τὴν ἐν αὐτοῖς παράκλησιν· εἴτε πειράζεται καὶ διώκεται ψάλλων οὕτως, δοκιμώτερος ἀναφανήσεται, καὶ σκεπασθήσεται παρὰ τοῦ Κυρίου, τοῦ καὶ τὸν εἰπόντα ταῦτα σκεπάσαντος· ἐν τούτοις τὸν μὲν διάβολον ἀνατρέψει, τοὺς δὲ δαίμονας αὐτοῦ σοβήσει. Ταῦτα λέγων εἰ μὲν ἥμαρτεν, ἑαυτὸν ἐντρέψει καὶ παύσεται· εἰ δὲ μὴ ἥμαρτεν, ὄψεται ἑαυτὸν χαίροντα, ὅτι τοῖς μὲν ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεται, καὶ ἀγωνιζόμενος μὲν ἰσχύσει ψάλλων οὕτως, οὐ σαλευθήσεται δὲ εἰς τὸν αἰῶνα ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ
C καὶ τοὺς ἀπατῶντας καὶ πλανᾷν ἐπιχειροῦντας ἐλέγξει· καὶ τούτου οὐχ ἄνθρωπος ἐγγυητὴς, ἀλλ' αὐτὴ ἡ θεία γίνεται Γραφή. Ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο τῷ Μωϋσῇ γράψαι τὴν μεγάλην Ὠδὴν, καὶ διδάξαι τὸν λαόν· τόν τε καθιστάμενον ἄρχοντα κελεύει γράψαι τὸ Δευτερονόμιον, ἔχειν τε τοῦτο μετὰ χεῖρας, καὶ μελετᾷν ἀεὶ τὰ ἐν αὐτῷ ῥήματα, ὡς ἀρκούντων τῶν ἐν αὐτοῖς λόγων πρός τε ὑπόμνησιν ἀρετῆς, καὶ βοήθειαν φέρειν τοῖς γνησίως αὐτοὺς μελετῶσιν. Ἀμέλει ὁπηνίκα εἰς τὴν γῆν εἰσῆλθεν ὁ τοῦ Ναυῆ, βλέπων τὰς τῶν ἐχθρῶν διατάξεις, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῶν Ἀμοῤῥαίων πάντας συνελθόντας εἰς πόλεμον, αὐτὸς ἀνθ' ὅπλων καὶ ξιφῶν τὸ Δευτερονόμιον ἀναγνοὺς εἰς τὰ ὦτα πάντων, τά τε ῥήματα τοῦ νόμου ὑπομνήσας, καὶ τούτοις τὸν λαὸν καθοπλίσας, πε-
D ριγέγονε τῶν πολεμίων. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωσίας, εὑρεθέντος τοῦ βιβλίου, καὶ ἀναγνωσθέντος εἰς τὰς πάντων ἀκοὰς, οὐκέτι τοὺς ἐχθροὺς ἐφοβεῖτο. Καὶ εἴ ποτε δὲ πόλεμος ἦν τῷ λαῷ, ἡ κιβωτὸς ἔχουσα τὰ πυξία τοῦ νόμου προώδευε πάντων, καὶ ἤρκεῖτο τούτοις ἀντὶ πάσης παρατάξεως εἰς βοήθειαν, εἰ μή τις ἦν παρὰ τοῖς βαστάζουσι καὶ ἐν τοῖς λαοῖς προκρατήσασα ἁμαρτία καὶ ὑπόκρισις. Πίστεως γὰρ καὶ γνησίας διαθέσεως χρεία, ἵνα ὁ νόμος εἰς τὰ κατ' εὐχὴν συνεργάζηται.

λγ'. Ἐγὼ γοῦν, ἔλεγεν ὁ γέρων, ἤκουσα καὶ παρὰ φρονίμων ἀνδρῶν, ὡς ἄρα τὸ παλαιὸν ἐν τῷ

[32] Hebr. xi, 33-35. [33] Deut. xxxi, 19. [34] Deut. xvii, 18. [35] Josue viii, 34, 35. [36] IV Reg. xxii, 8-11.

Ἰσραὴλ, μόνον ἀναγινώσκοντες τὰς Γραφὰς, ἐδίωκον δαίμονας, καὶ ἠλέγχουν τὰς παρ' αὐτῶν τοῖς ἀνθρώποις γινομένας ἐπιβουλάς. Ὅθεν καὶ καταγνώσεως πάσης ἀξίους εἶναι ἔλεγε τοὺς ταῦτα μὲν ἀφιέντας, συντιθέντας δὲ ἑαυτοῖς ἔξωθεν πιθανὰ ῥήματα, καὶ ἐν τούτοις ἐξορκιστὰς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντας. Μᾶλλον γὰρ παίζουσι, καὶ παρέχουσιν ἑαυτοὺς ἐκείνοις εἰς τὸ χλευάζεσθαι· οἷα πεπόνθασιν Ἰουδαῖοι οἱ Σκευᾶ υἱοὶ, ἐπιχειρήσαντες καὶ αὐτοὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐξορκίζειν. Ταῦτα μὲν γὰρ ἀκούοντες παρὰ τῶν τοιούτων οἱ δαίμονες παίζουσι· τὰ δὲ τῶν ἁγίων ῥήματα φοβοῦνται, ἢ καὶ φέρειν αὐτὰ οὐ δύνανται. Ἔστι γὰρ ἐν τοῖς τῶν Γραφῶν ῥήμασιν ὁ Κύριος, ὃν μὴ δυνάμενοι φέρειν ἔκραζον· *Δέομαί σου, μή με πρὸ καιροῦ βασανίσῃς*· ἐκαίοντο γὰρ καὶ μόνον βλέποντες παρόντα τὸν Κύριον. Οὕτως καὶ ὁ Παῦλος παρήγγειλε τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν· οὕτως καὶ τοῖς μαθηταῖς ὑπετάσσετο τὰ δαιμόνια. Καὶ ἐπὶ Ἐλισσαίου δὲ τοῦ προφήτου ἐγένετο χεὶρ Κυρίου, καὶ προεφήτευσε περὶ τῶν ὑδάτων τοῖς τρισὶ βασιλεῦσιν, ὅτε ἔψαλλε κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ ὁ ψάλλων. Οὕτως καὶ νῦν, εἴ τις κήδεται τῶν πασχόντων, ταῦτα λεγέτω, καὶ μᾶλλον τόν τε πάσχοντα ὠφελεῖ (9*), καὶ ἑαυτοῦ τὴν πίστιν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν ἐπιδείξεται· ὥστε, καὶ ταύτην ὁρῶντα τὸν Θεὸν, τελείαν τὴν θεραπείαν παρασχεῖν τοῖς δεομένοις. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἅγιος γινώσκων, ἔλεγεν ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ· *Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου*· καὶ πάλιν· *Ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου ἐν τόπῳ παροικίας μου.* Ἐν τούτοις γὰρ καὶ σωτηρίαν ἐκέρδαινον, λέγοντες· *Εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστὶ, τότε ἂν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου.* Ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος ἐν τούτοις ἠσφαλίζετο τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν, λέγων· *Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ γένηται.* Ταῦτα καὶ σὺ μελετῶν, καὶ συνετῶς ἐντυγχάνων οὕτως τοῖς ψαλμοῖς, τὸν μὲν ἐν ἑκάστῳ νοῦν *ὁδηγούμενος ὑπὸ τοῦ Πνεύματος* καταλαβεῖν δυνήσῃ. Τοιοῦτον δὲ καὶ σὺ ζηλώσεις βίον, οἷον ἔσχον οἱ ταῦτα θεοφορούμενοι λαλήσαντες ἄνδρες ἅγιοι.

A ctione dæmones fugabant, et insidias ab ipsis adversum homines paratas destruebant. Quare omni damnatione dignos esse dicebat eos qui, his omissis, adscitisque aliunde verbis elegantibus, in iis sese exorcistas nominarent. Potius enim ludunt, ac se dæmonibus ridendos offerunt, sicut accidit Judæis filiis Scevæ [37], qui eo ipso modo exorcizare tentaverunt. Hæc itaque cum audiunt ab ipsis dæmones, eis illudunt; contra vero sanctorum verba reformidant, nec possunt ea sustinere. In Scripturarum namque verbis est Dominus, quem cum ferre non possent, clamabant : *Rogo te ne me ante tempus torqueas* [38]. Urebantur siquidem cum præsentem Dominum tantum viderent. Ita et Paulus imperavit impuris dæmonibus [39], ita et discipulis
B subjiciebantur dæmonia [40]. Et super Eliseum prophetam facta est manus Domini [41], cum tribus regibus prophetavit de aquis : dum scilicet psaltes juxta ejus mandatum psalleret. Eodem modo etiam nunc si quis de patientibus sollicitus sit, ista dicat, patientemque valde juvabit, suamque fidem veram firmamque comprobabit; adeo ut illam Deus intuens, perfectam sanitatem rogantibus tribuat. Id cum cognosceret sanctus ille, aiebat in centesimo decimo octavo psalmo : *In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos* [42]. Et rursum : *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ* [43]. In his enim etiam salutem consecuti sunt, dicentes : *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate*
C *mea* [44]. Unde et Paulus his ipsis confirmabat discipulum suum dicens [45] : *Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit.* Hæc etiam tu meditans, atque ita psalmos sapienter legens, uniuscujusque sensum, *Spiritu duce*, consequi poteris. Talem vero vitam tu quoque imitaberis, qualem habuerunt, qui hæc locuti sunt deiferi sancti viri.

[37] Act. XIX, 14-16. [38] Luc. VIII, 28. [39] Act. XVI, 18. [40] Luc. X, 17. [41] IV Reg. III, 15. [42] Psal. CXVIII, 16. [43] ibid. 54. [44] ibid. 92. [45] I Tim. IV, 15.

(9*) Ὠφελήσει, ed.

ADMONITIO IN EXPOSITIONES PSALMORUM.

Duplicem habemus Athanasii expositionem in Psalmos. Priorem exhibet editio Maurina et ea est ad quam hic præfatur Montfauconius, cui etiam accedunt supplementa ab ipso postmodum edita cum Athanasii *Argumento in Psalmos*. Expositionem alteram seu librum *De titulis Psalmorum* publici juris fecit Antonelli cujus Præfationem vide infra col. 597 Edit.

I. *Expositiones sancti Athanasii in Psalmos sistimus tibi, Lector erudite, illas scilicet diu expetitas, a multis laudatas, antiquæ, mediæ, infimæ ætatis auctoribus. Quarum* ἀποσπασμάτια *quædam in prius editis exstabant. Utrum vero hi commentarii idipsum sint quod liber* De titulis psalmorum *ab Hieronymo laudatus, ut nuperi cujusdam fert opinio, non sat exploratum est; id sane si verum esset, non commode satis inscriptio posita fuisset, cum non de titulis modo, sed etiam de versiculis omnibus hic agatur. Qui proxime secundum Hieronymum hasce expositiones laudavit, est Theodoretus, si tamen quæ sequuntur non sint cujusdam amanuensis regii codicis* 228 *antiquissimi, ubi exstant* Expositiones Theodoreti in titulos psalmorum ; *nec illius verba sunt de psalmo* CIX *loquentis :* Ὁ δὲ ἅγιος Ἀθανάσιος οὕτω φησί· « Τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυ-

ρίου διὰ τῶν παρόντων κατασημαίνει, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν αὐτοῦ νόμον τὸν (10) πάντων κυριεύσαντα τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, ἧς καὶ ἐπάρχεται ὁ ψαλμὸς λέγων · *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου · Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Ἐχθροὺς δὲ ὁ Ἀπόστολος δηλοῖ λέγων (11) · *Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.* » *Hoc est :* Sanctus autem Athanasius ita loquitur : « Hisce verbis generationem Domini secundum carnem significat, et evangelicam ejus legem, quæ omnibus gentibus dominatur : atque ejus ascensum in cœlos, quem enarrat psalmus dicendo : *Dixit Dominus Domino meo : sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quinam inimici sint, declarat Apostolus his verbis : *Novissima omnium destruetur mors* [46]. » *Quem locum inferius, initio commentarii in psalmum* CIX, *integrum legimus.*

II. Chronicon *autem* Alexandrinum, *septimo sæculo conscriptum, p.* 223, *hæc habet :* Καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ἑρμηνεύων τὸν ρλα' ψαλμὸν, ἔγραψεν οὕτως · « *Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου.* Τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ἐπισπεύδουσιν αὐτοῦ. *Σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου.* Τὴν ἁγίαν αὐτοῦ σάρκα φησί· μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη. Οὐ γὰρ ἀποσαρκοῦται εἰς τοὺς ἀγηράτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. » *Id est :* Et sanctus Athanasius psalmum CXXXI interpretans, ita scribit : « *Surge, Domine, in requiem tuam.* Ejus in cœlos ascensum cito accedere gestiunt. *Tu et arca sanctificationis tuæ.* Sanctam ejus carnem dicit, cum illa namque assumptus est ; neque enim carnem dimittit per infinita sæcula sæculorum. » *Hæc porro habes in expositione ejusdem psalmi inferius, v.* 8. *Postrema autem verba,* μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη, etc., *desiderantur ibi, sive quia sæpe codices quibus usi sumus sententias detruncant, sive quia hæc fortasse glossema sunt auctoris* Chronici. *Octavo sæculo, Germanus patriarcha Constantinopolitanus in epistola ad Thomam episcopum Claudiopoleos* (12) *hæc affert :* Ἀλλὰ καὶ ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, τὸ ψαλμικὸν ἑρμηνεύων ῥητόν· *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τὸν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι,* τοιαύτην περὶ αὐτῶν παραδίδωσιν ἔννοιαν · « Καίτοι ἐκείνων τῶν χερουβὶμ τὰ ἀρχέτυπα ἄγνωστα τὴν φύσιν ἀνθρώποις παντάπασιν ὄντα · πνεῦμα γὰρ καὶ πῦρ ὑπάρχουσι καὶ πάσης σχηματοθεσίας ἀλλότρια καὶ φύσεως. » *Hoc est :* Sed et beatus Athanasius psalmicum illud dictum explicans : *Qui sedes super cherubim, appare* [47], talem de illis tradit notitiam : « Etsi cherubinorum illorum archetypa natura sint hominibus prorsus ignota : spiritus enim et ignis sunt et aliena ab omni corporali habitu et natura. » *Qui locus ideo non comparet in expositionibus nostris, quod ab amanuensibus omissus fuerit versiculus, ut et alia multa, quod qua ratione gestum sit mox narratur. Etsi vero huic versiculo :* Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin, et Manasse, *expositio sua adjicitur inferius, psal.* LXIX, *v.* 5, *ea certe secundam solum versiculi partem spectat,* manifestare coram Ephraim, Benjamin et Manasse, *nullatenus autem primam :* Qui sedes super cherubim, *ut hinc propalam sit omissam fuisse horum interpretationem. Item Adrianus I epistola ad Carolum Magnum* (13), *hunc versiculum memorans :* Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges [48], *hæc adjicit :* « Item sancti Athanasii *De interpretatione psalmorum,* inter cætera : Civitas enim Domini, quæ sursum, Jerusalem : imago autem eorum, terrestris. Quod enim dicit tale est : Quoniam terrestris, inquit, induti sunt, imaginem, et non cœlestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore, *Nescio vos* [49] : utpote non indutos eadem Domini imagine. » *Hæc omnia videsis psalm.* LXXII, *v.* 20, *ad hunc versum.*

III. *Ad hæc in codice Reg.* 2219 *explicatio illius versus :* Tu es sacerdos in æternum, *ipsissimis verbis affertur, ut legitur psal.* CIX, *v.* 4. *Super hæc omnia Nicetas Heracleæ, ut habet Felckmannus inferius* Monit. in Fragm., *Expositiones Athanasii* in Psalmos, *ut nos proferimus, in Catena sua edidit, cum aliis aliorum Patrum commentariis adjunctas. Narrat Gabriel Grodecius Dantzicanus, professor Hebraicæ linguæ in Academia Lipsiana, vir doctus ac necessitudine mihi conjunctus, exstare in bibliotheca S. Salvatoris Bononiensis in codice perantiquo, expositionem Athanasii* in Psalmos *Serviana lingua, quæ est Slavicæ dialectus, sunt autem Servii Mysiæ superioris populus ; nec ambigo ex his nostris Expositionibus Slavice versam fuisse. Hæc augeri possent, verum satis superque sunt ut comprobetur Commentarium Athanasii* in Psalmos *omnibus fere secundum Athanasium sæculis laudatum fuisse. Neque desunt in hujusce operis decursu Athanasiani styli notæ pleræque. Num ubi occasio sese offert ut Christum comprobet esse Deum, id ille præstat, quo innuitur eo tempore hæc scripta fuisse, quo controversiæ de Christi deitate obortæ sunt. Sic Psal.* XLIX, *v.* 6, *in hæc verba :* Quoniam Deus judex est, *sic ille arguit :* Hic manifeste Christum dicit Deum : nam *omne judicium dedit Pater Filio* [50]. Quod si omne judicium dedit illi, et Deus judex est : ergo Christus est Deus. *Similiter Christum probat esse Deum et iisdem quibus Pater nominibus ornari psal.* LXXXIX, *v.* 25.

IV. *Peculiare est Athanasio quod solo* ἀγαπητοῦ *nomine Unigenitum Dei intelligat cujus, vocis hunc usum ex Homero confirmat ille, pag.* 507. *Eodem autem usu eam vocem habes in hisce Expositionibus psal.* LIV, *v.* 6 : Ἀλλὰ φόβος καὶ τρόμος ἐπέπεσεν τῷ προφήτῃ ὁρῶντι τὸν Ἀγαπητὸν τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν πάσχοντα. *Hoc est :* Sed etiam timor et tremor prophetam invasit, cernentem dilectum (sive Unigenitum) Dei hæc ab impiis pati. *Notandum item in hisce Commentariis Filium Dei passim una voce,* μονο-

[46] I Cor. XV, 26. [47] Psal. LXXIX, 20. [48] Psal. LXXII, 2. [49] Matth. XXV, 12. [50] Joan. V, 22.

(10) Infra Psal. CIX, v. 1, λόγον
(11) Infra βοῶν.
(12) Tom. VII *Concil.* p. 312.
(13) Ibid. p. 931.

γενής, *significari, quæ in opusculo in hæc verba,* Omnia mihi sunt tradita a Patre, *p.* 82, *passim item Christum nuncupat Athanasius. Athanasiana prorsus est cautio illa psal.* CXVIII, *v.* 173 : *Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με.* Δηλοῖ γὰρ οὐ τὴν κατ' οὐσίαν γένεσιν αὐτῆς, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰ σωζόμενα σχέσιν, ὁποῖον καὶ τὸ· Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν. *Hoc est : « Fiat manus tua ut salvet me.* Non significat natura factam esse manum ejus, sed ejus statum erga eos qui salutem consequuntur. Quale est illud : *Esto mihi in Deum protectorem. » Nam Ariani inepte ex voce* γενέσθω, *et* ἐγένετο, *concludebant Verbum fuisse factum. Hiram consonantiam cum hoc loco reperies p.* 368, *ubi etiam illud :* Fias mihi in Deum protectorem, *affertur in medium pag. item* 380. *Nam loca describere longum esset.*

V. *Jam de codicibus nobis agendum. Memoratur a Felckmanno inferius* in Fragm. *ex indice quodam M. Crusii manuscriptorum qui tum temporis Constantinopoli erant, exstare apud illustrissimum principem Jacobum Marmoretam S. Athanasii archiepiscopi Alexandrini explicationem* in Psalterium Davidis.

Andreas Arnoldus, Norimbergensis, in præfatione sua ad Syntagma doctrinæ *nomine Athanasii ab se editum Parisiis anno* 1685, *hæc habet : «* Volebam me conferre ad recensenda sancti Athanasii capitula *in Psalmos,* sicut ex ms. antiquissimo descripseram, diversa a Latinis Angeli Politiani, et Græcis tomi II operum, nisi novæ cunctationis iter fuisset impatiens : dabo initium et finem, ut si quid monendum sit peritiores monere dignentur : Μακάριος ἀνήρ, ἕως, οὐκ ἐκάθισεν. Τὴν ἀρχὴν τῆς προφητείας τῷ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τεχθησομένῳ ἀνατίθησιν ὁ Δαβίδ· διὸ ἐν πρώτοις μακαρίζει τοὺς ἐν (*lege* εἰς) αὐτὸν ἠλπικότας. *Desinit :* Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. Νοήσεις τὴν πνοὴν, ἀφ' ὧν Μωϋσῆς ἀναγέγραφεν· ὅτι λαβὼν ὁ θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνεῦμα ζωῆς. Ab initio dicitur, tres fuisse ordines apud Judæos, γραμματέων nimirum, καὶ Φαρισαίων καὶ νομικῶν. Probabile est νομικοὺς istos esse Sadducæos, qui legem sine traditione sectabantur. » *Hæc Arnoldus :* νομικοί *autem illi sunt legisperiti in Evangelio memorati. Hæc autem Arnoldi capitula idipsum sunt quod expositiones nostræ* in Psalterium, *ut liquet ex fragmento ab initio allato, nam in fine mutilæ sunt expositiones istæ. Ut augurari porro licet ex Arnoldi verbis, capitula istæc non integra erant, sed excerpta quædam ex aliqua Catena, nec tantæ molis quantæ hæc commentaria quæ nos edimus.*

VI. *Vir clarissimus Gabriel Grodecius, supra memoratus, cum haud ita pridem bibliothecas Italiæ lustraret, Mediolano litteras ad me misit, et, qua est erga nos humanitate, hanc manuscriptorum bibliothecæ Ambrosianæ notitiam præbuit ipsis verbis.*

EX CODICE MANUSCRIPTO BIBLIOTHECÆ AMBROSIANÆ, QUÆ EST MEDIOLANI CAR. N. N. 451, IN QUO COLLECTA SUNT OMNIA EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS EJUSDEM BIBLIOTHECÆ HACTENUS INEDITA.

« Commentarium sancti Athanasii *in Psalmos,* mss. Græco-Lat. Græcum manuscriptum descriptum est ex codice bibliothecæ Regiæ in Escurial., Latine vero translatum (ut mihi referebat D. N.) ab Antonio Giggeo. Quod tamen esse non potest : nam in frontispicio hujus codicis hanc sequentem observationem reperi eadem manu scriptam qua versio illa Latina Commentarii *in Psalmos.*

« Vidi in bibliotheca Ambrosiana illustrissimi card. Borromæ, suggerente clarissimo doctore et lingua- « rum orientalium peritissimo D. Antonio Giggeo, viro mihi charissimo, volumen Arabicum in-16, in charta « bombacina, ut vocant, fusca, 300 et ultra annorum, in quo Arabice erant hæc duo opuscula Athanasii « *in Psalmos,* perbrevis illa synopsis Psalmorum, aut quocunque alio modo vocetur ad Marcellinum, de- « inde integri commentarii perpetui in ipsos Psalmos, quos contuli cum istis Græcis, necnon cum Eclo- « gis Catenarum. Ac licet eos laudabiles alioquin, nec indignos Athanasii offenderim, nihilominus tamen « neutiquam cum istis conveniebant : solum explicatio primi versus psalmi primi quadrabat cum ecloga « quadam Catenæ, quam suo loco notavi, et deinde in secundo versu.... quidem.... quadrabant omnia cum « istis commentariis, sed oratione et stylo nequaquam, clareque scriptum nomen Athanasii, *Athanasius* « *patriarcha Alexandriæ.* »

« In hac observatione mentio fit Antonii Giggei, manus vero eadem cum illa versionis Latinæ : ergo neutiquam Giggeus, sed quidam alius auctor versionis istius esse debet, quem indicare mihi nemo potuit. Reperi ibi sub finem etiam quædam adnotata supra psalmum CLI, cui ista nota Athanasii præfixa erat : Οὗτος ὁ ψαλμὸς καὶ ἰδιόγραφος τῷ Δαβίδ, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ, ὅτι ἐμονομάχησε τὸν Γολιάθ. Incipit commentarius : Μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μου.

« *Commentarius* ejusdem sancti Athanasii *in Cantica Mariæ sororis Moysis, et Moysis.*

« *Synopsis et interpretatio vocum Hebraicarum, quæ in commentariis Athanasii reperiuntur,* ms. Hebræo-Latinum, ordine alphabetico. Incipit : *Aaron psal.* LXXVI, *vers. ult.* אירון, Spiritus, Πνεῦμα, sed communiter exponitur, *mons,* seu *montanus,* sicut et psal. LXXVIII, 6, 7.

« Excerpta quæ ad Athanasium spectant, ex catena *in Psalmos* in Cod. V. A. 40 bibliothecæ Ambrosianæ ex his omnibus auctoribus collecta : Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Nyssenus, Hesychius, Georgius, Theodoretus episcopus Cyrensis, Severus, Origenes, Didymus, Eusebius, Esdras, Eulogius, Isidorus Pelusiota, Aretas, Apollinarius, Jovius (sic scriptum τοῦ Ἰοβίου), Justinus Philosophus, Joannes Philosophus, Ephrem, Maximus, Damascenus, Augustinus, Hieronymus, Antiochus, Adrianus, Theo-

dorus Antiochenus, Nilus, Anastasius Nicænus, et Anastasius Sinaita Antiochenus, Asterius, Olympiodorus, Epiphanius, Andreas Cretensis, Andreas Cæsariensis, Cosmas Indicopleustes, Œcumenius, Marcus.... Cassianus, Hippolytus Romanus, Herodianus, Thaumaturgus, præter alios anonymos, ut dicitur ibidem. Et editiones Psalmorum, seu translationes, quibus usi sunt in catena, ibidem dicitur, fuerunt Symmachi, Aquilæ, Theodotionis, et Septuaginta Interpretum. Codex originalis in pergamena antiquissimus, et diversa sunt plurima ab illis a Barbaro editis. In hac collectione Græce tantum.

« Extracta ex Catena Psalmorum in pergameno in cod. III, H. 14, ea quæ pertinent ad Athanasium Græce tantum.

« Periochæ et hypotheses breves Psalmorum, quæ attribuuntur Eusebio in codice VII, E. 18, Græce, excerptæ ex catena integra *in Psalmos* et attributa Athanasio, diversa tamen a catena Barbari Græce tantum.

« Fragmenta Athanasii ex variis catenis collecta *in Epistolas divi Pauli*, et ex catena *in libros Regum*, Græce. Subjicit auctor Latinæ versionis, quem supra indicavi :

« Ex commentario seu catena Titi Bostrensis *in Lucam*, ex Chrysostomo et aliis collecta, hæc reperi ex « Athanasio, quæ postea contuli cum editis a Peltano, quæ eodem modo se habent, sed nomen Athanasii « non ibi expressum, nec hic ubi desierunt, ideoque non plura descripsi, quia sublestæ essent fidei. Οὐχ « ἁπλῶς δὲ τὸ γεννώμενόν φησιν πρὸς τὴν Παρθένον ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθῇ, ἀλλ' ἐπήγαγε καὶ τὸ, ἐκ σοῦ · ἵνα ἐξ αὐτῆς φύσεως τὸ γεννώμενον εἶναι πιστωθῇ · ἅγιον δὲ κληθησόμενον, οὐχ ὡς ἔνοικον ἕξοντα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἐκ μετοχῆς ἁγιασθησόμενον · ἀλλ' ὡς ὄντα κατὰ φύσιν « ἅγιον, τῷ τὸν αὐτὸν Υἱὸν ὑπάρχειν Θεοῦ καὶ ἕνα εἶναι. Ita se habebant tres codices in pergamena cum ex« presso nomine Athanasii; hoc loco translatio Peltani non exprimit postrema fideliter. »

« Et post pauca alia fragmenta allata hæc observatio ibidem reperitur :

« In *Anthologio* quodam SS. Patrum hæc reperi ex Athanasio in littera A, ordine enim alphabetico di« gesta erant capita, et omnia desumpta ex veteribus Patribus, istaque erant in voce Ἀστρολογία, ut præ « se fert titulus, cum titulo : Ὅτι εἰ κατὰ ἀστρολογίαν τὰ καθ' ἡμᾶς, Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς κατὰ « Ματθαῖον βίβλου. » Hæc in epistola Grodecii.

VII. *Ex hisce autem unum est, quod nusquam memoratum audivimus, scilicet, Commentarius Athanasii* in Cantica Mariæ et Mosis. *Hoc autem opusculum germanumne sit ex sola lectione internosci potest, cum a nullo, quod quidem norim, antiquo laudatum fuerit. Obnixe vero postulavimus ea transmitti nobis quæ in lucubrationibus nostris desiderantur, sed cum nullus istic amanuensis Græce transcribere possit, votis nostris obsequi minime potuit vir doctissimus Muratorius. Et quantum auguror conjectura, non tanti fortasse pretii sunt cætera : nam fragmenta illa* in libros Regum *et* in Matthæum, *non ex peculiari quodam commentario in hosce libros, sed ex aliis quæ jam exstant Athanasii operibus maxima pars exscripta fuere, ut infra monemus, et experientia comprobavimus. Expositiones autem* in Psalmos *eædem putantur esse quæ nostræ: synopsis vero, seu interpretatio illa vocum Hebraicarum quæ in expositionibus Athanasii exstant ut vel ex prioribus verbis æstimandum relinquitur, nihili est. De reliquis si quando lucem viderint judicium feretur.*

VIII. *Ad codices jam veniamus unde has Athanasii expositiones mutuati sumus : tres Regii sunt,* 1807 *nimirum, quem Regium primum vocamus, Reg. vero* 2, 1878, *Reg.* 3, 1879. *Regius primus est catena antiquissima ab annis plus septingentis exaratus, bonæ notæ. Incommodum tamen accidit, ut nomina scriptorum amanuensis persæpe taceret. Secundus Reg. egregie descriptus et paris antiquitatis, minus tamen accurate exaratus nomina tamen diligenter ascribit. Tertius, qui mediam secundi partem complectitur, recens est et ex secundo exscriptus, ideoque non tanti usus. Tres item Colb. sunt,* 4443, *quem primum Colb. dicimus, secundum vero* 4182; *tertium in duas partes divisum, quarum prima numerum obtinet* 4680, *secunda vero* 4681. *Colbertinus autem, quem primum dicimus, librum ad Marcellinum* De interpretatione Psalmorum *tantum exhibet. Secundus Athanasii et Theodoreti expositiones* in Psalmos, *estque plus* 700 *annorum : tertius expositiones item Athanasii cum nonnullis cæterorum Patrum, hic mendis scatet, quingentorum circiter annorum.*

Harum expositionum fragmenta quædam a Daniele Barbaro, qui postea patriarcha Aquileiensis fuit, edita fuerunt in catena Patrum Græcorum in Psalmos, *Venetiis cusa anno* 1569, *ubi ad quinquagesimum usque psalmum duntaxat expositiones ducuntur. Et accuratior quidem in multis est Corderiana. Hinc anno* 1601 *ex catena Nicetæ Heracleotæ Felckmannus excerpta quædam edidit Athanasium spectantia. Postremo Corderius anno* 1643 *prolixiorem catenam Patrum Græcorum* in totum Psalterium *edidit, tribus tomis comprehensam, in qua nævi non pauci occurrunt. Nobile autem est illud erratum quod expositiones Theodori et Theodoreti Athanasio ascribat. Et quidem, ut auguramur, hæc lapsus causa fuit : Amanuenses ubi in catenis ad marginem nomina scriptorum notant, Athanasii nomen indicant per litteram* A, *cui sequentem in Athanasii nomine,* Θ *scilicet imponunt. Ubi autem Theodori lectio est, primam similiter* Θ *describunt, cui litteram* Δ *desuper scribunt; hæc autem littera in codicibus proxime ad litteram* A *accedit, ubi igitur vidit* A, *ut putabat, superius* Θ *vero inferius describi, Athanasium his significari arbitratus est.*

IX. *Hæ autem expositiones multis in locis deficiunt, quia scilicet amanuenses non omnia descripserunt, sed pauciora attulerunt quam ferrent Athanasii codices. Raro evenit ut peregrinæ interpretationes nomen Athanasii præferant, id quoad facultas tulit ad marginem notavimus. Et sane perfacile est in hisce stylum Athanasii internoscere, tum quia in argumento plerumque ceu synopsin quamdam totius psalmi ob oculos ponit, et quidem mox afferendæ interpretationi affinem, ut hac tessera facile sit vera a falsis secernere; tum quia tam perspicuus, tam brevis atque pressus in hisce est Athanasius, ut hac item in parte a cæteris perinde distingui possit. In hisce autem vulgo sententiam exponit, ut vocant* spiritualem, *ita ut Nicetas in catena sua Theodoretum pro litterali, Athanasium fere pro* spirituali *afferat. Est tamen haud raro cum litteram attingit et quidem rectissime ad scopum Prophetæ, ut nemo non æstimaturus est. Argumenta psalmorum maximi sane pretii sunt, ubi litteralem etiam sæpe mentem apprime et acute tangit antequam ad* spiritualem *accedat. Multæ hic lectiones Aquilæ et Symmachi exstant hactenus inobservatæ a Drusio et aliis.*

Est locus psalmi LXVII, *quem alienum æstimamus et commentum olet, illud scilicet de calamo ad versum* 31. *Alia fortasse nonnulla non observata a nobis fuerint quæ erudito lectori supplenda demandamus. Psal.* LXVIII, *v.* 17, *dicitur Filius cum Patrem his verbis deprecaretur :* Transeat a me calix iste, *non in hypocrisi, non ut Satanam inescaret ac deciperet, non quod mundi voluntatem ut propriam efferret, ita locutum fuisse. Quibus aperte repugnat explicatio quæ exstat in libro* De passione Domini *tom.* IV, *quem inter suspectos haud injuria ablegavimus. Argum. psalmi* LXX *primum sub Romanis Jerosolymorum excidium memorat, quia secundum item a Romanis illatum fuit sub Adriano. Hæc de expositionibus* in Psalmos *satis sunto.*

Secundum hanc conscriptam admonitionem litteras accepi cl. V. Antonii Muratorii, qui manu propria mihi eas exscripsit in laudatum commentarium in Canticum Mariæ sororis Mosis *paucissima sane ut vides.*

En igitur Commentarii nostri specimen in Canticum Deuteronomii.

Σημαίνει καὶ αὐτὴ τὴν ἔκπτωσιν τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, ἣν παρέσχεν αὐτοῖς, καὶ τὴν εἰσαγωγὴν τῶν ἐθνῶν.

Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω, καί, *etc.*

Ἐπεὶ μέγα ἦν τὸ παράπτωμα Ἰουδαίων, καὶ ἐν οὐρανοῖς μάρτυρες οὐχ εὑρίσκοντο, τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν τὰ μεγάλα στοιχεῖα μαρτύρεται ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου.

Προσδοκάσθω.

Πολὺς γὰρ ὡς ὑετὸς, καὶ ἐπωφελὴς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ κατεχόμενος.

Καὶ καταβήτω.

Μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας, τουτέστιν ὡς ὄμβρος ἐπ' ἄγρωστιν, καὶ ὡς νιφετός.

Post duos alios versiculos subditur : Desunt reliqua, *atque hic finem expositiones Athanasianæ habent.*

Ex Commentario autem memorato in Psalmos, *aliquot clausulas brevissimas nostris sat dissimiles misit laudatus vir, ita ut brevitatis causa non possit judicium ferri eædemne sint illæ ac expositiones nostræ. Quidquid tandem sit, cum sæpissime nostræ ab auctoribus laudentur Athanasii nomine, hinc conficitur, ipsas non vero alias esse germanas Athanasii expositiones.*

—

ADMONITIO

In Argumentum Athanasii in Psalterium, et in supplementa subsequentia (*a*).

—

Prodit *egregium in Psalmos Argumentum ex codice bibliothecæ Ambrosianæ membranaceo* XI *sæculi, optimæ notæ : cujus singula dicta judicium peritiamque scriptoris arguunt. Orditur autem Athanasius a Psalmorum ordine, quorum perturbatam seriem promanasse putat ex Judæorum incuria et negligentia. Paternis quippe despectis legibus, inclinanteque ad simulacrorum cultum animo, libros ac scriptores priscæ religionis interpretes pessumdederunt, ita ut multi hinc inde distracti ac vetustate pene obruti sint, magna pars etiam prorsus interierint. Sub hæc autem cum in pœnam scelerum, multis attriti cladibus, in Babyloniam victorum jussu transmigrassent, quidam inter eos propheta sacros libros colligendi curam suscepit : quos ille uti sese dabant, partesque singulas uti primo occurrebant, nec nativo ordine, digessit. Hinc Psalmorum illa confusio, hinc seriei perturbatio oritur. Hæc vero ex Eusebio mutuatus videtur Athanasius, cujus etiam verba plerumque transcribit. In hoc tamen paulum variat, quod restaurandæ Scripturæ operam, quam Eusebius ab Esdra susceptam ait, ipse alicui prophetarum, nullo specialim memorato, assignet.*

(*a*) Hæc post absolutam Maurinam editionem publici juris fecit Montfauconius in *Nova Bibliotheca Patrum*. Argumentum in Psalterium mox sequitur; supplementa vero ex codice Ambrosiano deprompta distinctionis causa uncis conclusimus et priori textui inseruimus. Edit.

Quæ de Psalmorum auctoribus postea dicuntur, accurata sane et erudite proposita, magnam habent cum Origenis opusculo, a nobis propediem edendo (a), *affinitatem. Argumentum porro suum pulcherrima admonitione claudit Athanasius, ubi qua mente Psalmi sint legendi, ascetas alloquens, etsi paucis, egregie tamen edisserit.*

Supplementa Expositionum in Psalmos, ex codice Ambrosiano, dum Mediolani ageremus, exscripsimus. Estque codex ille recens, ab antiquiore Scorialensi desumptus. Nam, ut in Athanasii edito, a nobis haud ita pridem adornato, monuimus (supra, col. 53). *Expositiones illæ Athanasii, non omnibus suis partibus et numeris absolutæ sunt, sed amanuensium ausibus passim truncatæ et in compendium redactæ : quædam etiam ex catenis erutæ. Nihil moror scriptorem nuperum, qui Expositiones illas in Psalmos non esse Athanasii præpopere pronuntiavit, sed nulla oblata negandi ratione. Nihil ille curavit, imo potius dissimulavit, hoc operis omnibus post Athanasium sæculis, Athanasii nomine, allatis plerumque locis ut in hodierno Commentario exstant, a plerisque scriptoribus memorari : nihil movit affinitas styli, verbaque frequentia Athanasiani usus, nihil codicum unde prodierunt vetustas : quæ sane accurato censori, antequam sententiam ferret, serio erant excutienda. Verum ille nasuti se critici partes egisse putavit, cum, missa importune illa investigandi et disquirendi opera, incunctanter pronuntiavit,* Non sunt Athanasii. *Cui nos pari facilitate reponimus,* Sunt Athanasii : *a qua re denuo comprobanda nos exemisti, dum nihil affers quo tot scriptorum testimonia, totque alia* γνησιότητος *argumenta convellas. Nemo sane nobis dicam impingat, quod ex affectu vel præjudicata opinione spuria vel dubia opera pro germanis et assertis dederimus : nam pro virili, et ut æqui ratio postulabat,* νοθείας *vel* γνησιότητος *notas quibusque præmisimus : ac licet cuique liberum sententiæ adversum nos ferendæ arbitrium mittamus, si quis tamen hanc provinciam adeat, nonnisi excussis argumentis et notis, quas pro facultate tractatibus singulis præmisimus, judicis et censoris partes occupet.*

Lectorem monere juvat, Commentarium alium Athanasii nomine ferri in bibliotheca Justiniana Venetiis, inque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium : Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον. *Sed cum a nemine scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum magnum ementitur.*

SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, ARGUMENTUM IN PSALMOS.

In Hebraico libro Psalmorum, sine numeri additione omnes psalmi inscripti sunt, atque variis modis. Alii quidem una juncti, alii divisi sunt. Statim quippe ab initio primus et secundus in textu Hebraico copulantur; contra vero nonus, qui apud nos conjunctus est, in Hebraico textu dividitur in duos. Totus porro Psalmorum liber in quinque partes distributus est. Observandum est autem ordinem psalmorum nequaquam historiæ et temporum seriem et rationem tenere; verum in multis mutari temporum ordinem, ut commonstrat liber Regnorum. Cum enim Judaicus populus idolorum cultui admodum addictus esset, in summam paternarum Scripturarum oblivionem venerunt, usque adeo ut ne Mosaicæ quidem legis liber compareret, nec quidpiam paternæ pietatis penes ipsos reliquum esset. Cum itaque prophetas interemissent, quod eorum impietates coarguerent, ac propterea in manus Assyriorum traditi, in captivitatem abducti fuissent; sub hæc quidam propheta, qui Synagogam eorum strenue curabat, cum aliis Scripturis librum quoque Psalmorum collegit : non quod simul unoque tempore psalmos omnes repererit, sed diversis temporibus; ac primos ordine posuit eos qui primi reperti fuerant : quo factum est ut ne omnes quidem ipsius Davidis psalmi ordine ponantur, atque psalmi filiorum Core, et Asaph et Salomonis, Mosis quoque, Æthan

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

A Ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν ἄνευ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀνεγράφησαν οἱ πάντες καὶ διαφόρως· οἱ μέν εἰσι συνημμένοι, οἱ δὲ διῃρημένοι. Αὐτίκα γοῦν ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν συνημμένοι· καὶ πάλιν ὁ ἔνατος, συνημμένος παρ' ἡμῖν, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ διῄρηται εἰς δύο. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ τῶν Ψαλμῶν βίβλος εἰς μέρη πέντε διῄρηται. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν Ψαλμῶν σύγκειται τάξις· ἐνήλλακται δὲ παρὰ πολλοῖς τοῖς χρόνοις, ὡς ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν δηλοῖ. Πολλῆς γὰρ εἰδωλολατρείας κατακρατησάσης τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, λήθην αὐτοὺς
B πεποιῆσθαι τῶν πατρικῶν Γραφῶν, ὡς μηδὲ φαίνεσθαι βίβλον τοῦ Μωσέως νόμου, μηδὲ μὴν τῆς τῶν πατέρων εὐσεβείας τι σώζεσθαι παρ' αὐτοῖς. Ὅτε γοῦν καὶ τοὺς προφήτας ἀνῄρουν, διελέγχοντας αὐτῶν τὰς δυσσεβείας, καὶ τούτων ἕνεκα τὸ πρῶτον τῇ τῶν Ἀσσυρίων παρεδόθησαν αἰχμαλωσίᾳ· μετὰ δὲ ταῦτά τινα τῶν προφητῶν, περὶ τῆς συναγωγῆς αὐτῶν ἐσπουδακότα, μετά γε τῶν λοιπῶν καὶ τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν συναγηοχέναι· οὐκ ἀθρόως εὑρόντα τοὺς πάντας, ἀλλὰ κατὰ διαφόρους χρόνους· κατατάττειν δὲ ἐν πρώτοις τοὺς πρώτους εὑρισκομένους· διὸ μηδὲ τοῦ Δαυῒδ ἐφεξῆς εὑρίσκεσθαι τοὺς πάντας, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσάφ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Μωσέως, Αἰθάμ τε τοῦ Ἰσραηλίτου, καὶ Αἰμὰν, καὶ πάλιν τοῦ Δαυῒδ, εὑρίσκεσθαι ἀναμὶξ ἐν

(a) Vide tom. XV, inter Prolegomena. Edit. Patr.

τῇ βίβλῳ τεταγμένους· οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὕραντο. Τὸ δ' αὐτὸ εὕροις γεγενημένον καὶ ἐν ταῖς τῶν προφητῶν περικοπαῖς.

Τοὺς δὲ μετὰ τὸν πρῶτον καὶ δωδέκατον ἀνεπιγράφους ψαλμοὺς, καὶ τοὺς ἐπιγραφὴν ἔχοντας, οὐ δηλοῦντας τίνος εἰσὶν, ἐκείνων εἶναι παῖδες Ἑβραίων φασὶ, ὧν τοὔνομα φέρεται ἐν ταῖς τῶν ἀνεπιγράφων προτεταγμέναις. Τὸν δὲ πρῶτον καὶ δεύτερον, ἕνα ὄντας ἄμφω, τοῦ Δαυῒδ ὑπάρχειν ἡγοῦμαι, διὰ τὸ πάντας τοὺς ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τῶν Ψαλμῶν ἐφεξῆς αὐτοῦ εἶναι. Ἀπὸ γοῦν τοῦ τρίτου μέχρι τοῦ μ' τοῦ Δαυῒδ ἐπιγράφονται οἱ πάντες· διό μοι δοκοῦσιν ὑπάρχειν τοῦ αὐτοῦ ὅ τε πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος. Πιστοῦται δὲ λόγον ἡ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων βίβλος, ἐν ᾗ εἴρηται· *Δέσποτα, σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου στόματος παιδός σου Δαυῒδ εἰπών· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;* Σαφῶς γὰρ διὰ τούτων τὸν β' ψαλμὸν τοῦ Δαυῒδ ἔφησεν εἶναι. Ἀποσεσιωπῆσθαι δὲ εἰκὸς ἐπ' αὐτὸν τὴν τοῦ Δαυῒδ προγραφὴν, διὰ τὸ γυμνὴν ἔχειν περὶ τοῦ Κυρίου προφητείαν, ἐν ᾗ εἴρηται· *Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.* Οἷς ἀκολούθως ἐπιλέγει ἐξ αὐτοῦ τοῦ προσώπου τοῦ Χριστοῦ τό· *Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ.* Φέρονται τοίνυν ψαλμοὶ οἱ πάντες ρν'. Τινὲς δὲ νομίζουσι τοὺς πάντας εἶναι τοῦ μακαρίου Δαυῒδ· οὐ σημαίνεται δὲ τοῦτο. Οἱ μὲν γὰρ πάντες ἀναφέρονται τοῦ Δαυῒδ· ἐν δὲ ταῖς ἐπιγραφαῖς δείκνυται τίς τίνος ψαλμὸς γεγένηται. Τέσσαρες γὰρ ἄρχοντες ᾠδῶν ἐξελέγησαν, σπη' ἀκόλουθοι. Τῶν οὖν τεσσάρων ἀρχόντων παράκεινται ψαλμοὶ, ὡς καὶ αἱ ἐπιγραφαὶ διδάσκουσιν. Ὁπόταν γὰρ λέγῃ· *Ψαλμὸς τοῖς υἱοῖς Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἱμάν*· αὐτοὶ ψάλλουσιν οἱ υἱοὶ Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἱμάν. Ὅταν εἴπῃ, *Ψαλμὸς τοῦ Ἀσὰφ*, αὐτὸς εἶπεν ὁ Ἀσάφ· ὅταν εἴπῃ, *Ψαλμὸς τοῦ Ἰδιθοὺμ*, αὐτὸς ψάλλει Ἰδιθούμ· ὁπόταν εἴπῃ, *τοῦ Δαυῒδ*, αὐτὸς λέγων ἦν Δαυΐδ· ἐπὰν δὲ λέγῃ, *τῷ Δαυῒδ*, ὑφ' ἑτέρων λέγεται εἰς τὸν Δαυῒδ. Εἰσὶ μὲν οἱ πάντες ρν', ὧν οβ' εἰσὶ τοῦ Δαυῒδ, θ' δὲ τῷ Δαυῒδ, ιβ' τοῦ Ἀσάφ, ιβ' τοῖς υἱοῖς Κορὲ, εἷς τοῦ Ἰδιθοὺμ, εἷς τοῦ Αἰθὰμ, εἷς τοῦ Αἱμὰν, εἷς τοῦ Σαλομὼν, δύο Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου, ἀνεπίγραφοι λθ' καὶ εἷς Μωσέως· πάντες ρν'.

A Israelitæ, Æman, rursumque Davidis permistim positi in libro occurrant; non quo tempore editi, sed quo inventi fuere : quod ipsum in prophetarum periodis et clausulis reperias.

Qui psalmi vero post primum et duodecimum consequuntur sine titulo, necnon ii quibus titulus quidem præmittitur, nec tamen indicatur quo sint auctore editi, eorum esse dicunt Hebræi, quorum nomen scribitur in psalmis qui titulo vacuos antecedunt. Æstimo autem primum et secundum, qui unum constituunt psalmum, Davidis esse; quia quotquot in prima parte subsequuntur, ipsius sunt. A tertio enim ad quadragesimum omnes Davidis inscribuntur, quamobrem mihi ad ipsum videntur pertinere primus atque secundus. Quam sententiam B confirmat liber Actuum apostolorum, in quo dicitur [81] : *Domine tu fecisti cœlum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt. Deus patrum nostrorum qui dixisti per Spiritum sanctum per os David pueri tui : Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania?* His enim perspicue dixit, psalmum secundum Davidis esse. Verisimile autem est, ideo titulum, Davidis, omissum fuisse in eo psalmo, quia nudam et apertam complectitur prophetiam de Domino, qua dicitur, *Adversus Dominum et adversus Christum ejus.* Quibus consequenter adjicit ex ipsa Christi persona : *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu* [82]. Omnes itaque psalmi, centum quinquaginta feruntur. Quidam porro arbitrantur omnes beati C Davidis esse : neque tamen id aliqua nota significatur. Et verum quidem est universos Davidi ascribi; at in titulis indicatur quo auctore quisque psalmus editus sit. Nam quatuor canticorum principes, ministri vero ducenti octoginta octo, electi fuere. Horum quatuor principum psalmi aliquot circumferuntur, ut vel ipsis docetur titulis. Quando enim dicit : *Psalmus filiis Core, Æthan, Asaph et Æman*, ab ipsis Æthan, Asaph, Æman, filiis Core psallitur. Cum dicit, *Psalmus Asaph*; ipse Asaph recitavit; cum dicit, *Psalmus Idithum*, ipse Idithum psallit : ubi dicit, *Davidis*, ipse David est qui pronuntiavit. Cum autem dicit, *Davidi*, ab aliis recitatur psalmus in Davidem. Sunt quidem omnes centum quinquaginta, quorum septuaginta duo Davidis sunt, novem D Davidi, duodecim Asaphi, duodecim filiis Core, unus Idithum, unus Ætham, unus Æman, unus Salomonis, duo Aggæi et Zachariæ; sine titulo triginta novem, unusque Mosis : omnes centum quinquaginta.

Δεῖ τοίνυν θεωρῆσαι τὸ μυστήριον τίνι λόγῳ, διαφόρων ᾠδῶν ὑπαρχόντων, καὶ μὴ πάντων τῶν ψαλμῶν ὄντων Δαυῒδ, ἀναφέρεται εἰς τὸν Δαυῒδ· καὶ τοῦτο οὐ παραδραμούμεθα. Τούτου γὰρ χάριν ἐπεγράφη, ἐπεὶ αὐτὸς αἴτιος γεγένηται τοῦ εἶναι ταῦτα· αὐτὸς γὰρ ἐξέλεξε τοὺς ᾠδούς. Αὐτὸς τοίνυν αἴτιος γενόμενος ἠξιώθη τῆς τιμῆς ταύτης, ἵνα πάντες ὅσα εἶπαν οἱ ᾠδοὶ εἰς τὸν Δαυῒδ καταλογισθῇ.

Animadvertendum itaque mysterium, quæ scilicet causa sit cur, cum diversi sint cantores, neque omnes psalmi Davidis sint, psalterium tamen ad Davidem referatur : hæc ne silentio prætermittamus. Ideo sic inscriptum fuit, quia ipse David in causa fuit cur istæc ederentur : ipse namque cantores elegit. Is igitur qui causa fuit, tanto honore dignatus est, ut quæcunque cantores dixerint, quasi Davidis reputentur esse.

[81] Act. IV, 24, 25; Psal. II, 1. [82] Psal. II, 2, 7.

Cum propheta esset David, atque interioribus A apertis oculis, probe nosset malignos spiritus gaudere de lapsu hominum, et contra dolere quasi victos de eorumdem resipiscentia et emendatione, intelligibili ac spirituali modo orationes adversum illos emittebat; ex iis hostibus qui sub aspectum cadunt assumpta metaphora. Nisi enim hac ratione prophetarum scopum interpretemur, non modo nullam animæ utilitatem, ex eorum dictis, ad mansuetudinem adipiscendam, percipiemus; verum etiam in asperam quamdam atque evangelicæ doctrinæ adversam animi duritiem ex frequentibus adversus inimicos precibus delabemur, tantum abest ut diligamus illos. Nam sexcenties ait David [33]: *Confundantur et pudore afficiantur omnes inimici mei, et non confundar ego.* Similia enim ne credamus B dixisse viros prophetas et amicos Dei alio quam superius a nobis explicato more. Atque ita intelligat oportet vir quisque sedulus ac studiosus, sicubi imprecantem prophetam inveniat, ab hostibus qui sub sensum cadunt ad intelligibiles inimicos facta translatione. Demum vacare oportet ascetam singulorum verborum intelligentiæ.

Ὅτι προφήτης ὑπάρχων ὁ Δαυῒδ, καὶ ἠνεῳγμένους ἔχων τοὺς ἔνδον ὀφθαλμοὺς, καὶ εἰδὼς, ὅτι χαίρουσι τῇ πτώσει τῶν ἀνθρώπων τὰ πονηρὰ πνεύματα, καὶ πάλιν ἀντιλυποῦνται ἡττώμενα ἐπὶ τῇ διορθώσει τῶν ἀνθρώπων, πάντως ὅτι νοητῶς τὰς κατ' αὐτῶν προσευχὰς ἐποιεῖτο, ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν πρὸς αὐτὰ μεταβαλλόμενος. Εἰ γὰρ μὴ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐκλάβωμεν τὸν σκοπὸν τῶν προφητῶν, οὐ μόνον οὐδεμίαν οἰκοδομὴν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς εἰρημένων πρὸς κτῆσιν πραότητος ἕξομεν, ἀλλὰ καὶ σκληράν τινα καὶ ἐναντίαν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας διάθεσιν ἀναληψόμεθα ἐκ τοῦ κατεύχεσθαι συχνῶς τῶν ἐχθρῶν, καὶ μὴ ἀγαπᾷν· μυριοντάκις λέγοντος τοῦ Δαυῒδ, *Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου, καὶ μὴ αἰσχυνθείην ἐγώ.* Ταῦτα δὲ οὐκ ἂν πεισθείημεν οὕτως εἰρηκέναι ἄνδρας προφήτας καὶ φίλους Θεοῦ, εἰ μὴ τῷ προειρημένῳ τρόπῳ. Οὕτω γὰρ χρὴ νοεῖν τὸν φιλόπονον, ἔνθα ἂν ἐπαρώμενον εὕροι προφήτην, ἐπὶ τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν μεταβάλλοντα. Λοιπὸν δὴ κατασχολάζεσθαι τὸν ἀσκητὴν παντὸς ῥήματος τὴν κατανόησιν.

[33] Psal. xxxiv, 4.

SANCTI ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

EXPOSITIONES IN PSALMOS.

PSALMUS I. C

Argumentum.

Initium prophetiæ Christo ab ipso secundum carnem nascituro offert David. Quamobrem in primis beatos dicit qui sperant in eo.

[Beatos autem vocat eos qui non abeunt in consilium impiorum, neque stant in via peccatorum neque sedent in cathedra pestilentium. Nam tres ordines apud Judæos erant contra Salvatorem insurgentes, scribæ scilicet, Pharisæi et legisperiti, qui jure atque merito impii, peccatores et pestilentes nuncupentur. Via dicitur hæc vita, quia ii qui nascuntur, ad finem pergunt.]

1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Potest consilium impiorum cœtus dici ac conventus improborum. Cumque noxium sit sese impiorum D cœtibus immiscere, beatum dicit eum, qui ne tantillum quidem ad illorum conventus accedit. Hujusmodi erat Joseph ab Arimathia: qui corpus Domini ac Dei sepelivit. De illo namque dictum fuit quod non astipularetur consilio eorum qui Jesum prodidere. *Et in cathedra pestilentium non sedit.* Per ca-

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

Ὑπόθεσις.

Τὴν ἀρχὴν τῆς προφητείας τῷ ἐξ αὐτοῦ τεχθησομένῳ Χριστῷ ἀνατίθησιν ὁ Δαυῒδ. Διὸ ἐν πρώτοις μακαρίζει τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότας.

[Μακαρίους δὲ καλεῖ τοὺς μὴ πορευθέντας ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, μήτε μὴν στάντας ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, μήτε ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν καθεστηκότας. Τρία γὰρ ἦν τὰ τάγματα παρὰ Ἰουδαίοις κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπαναστάντα, γραμματεῖς, Φαρισαῖοι, καὶ νομικοί· οἳ καὶ κληθεῖεν εἰκότως ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ λοιμοί. Ὁδὸς μὲν ὁ βίος εἴρηται διὰ τὴν πρὸς τὸ τέλος τῶν γεννωμένων ἔπαξιν.]

Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Δυνατὸν δὲ βουλὴν ἀσεβῶν εἰπεῖν τὴν σύνοδον καὶ τὴν συνέλευσιν τῶν πονηρῶν. Καὶ ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ τοῖς ἀθροίσμασι τῶν ἀσεβῶν παραβάλλειν, μακαρίζει τὸν μηδὲ κατὰ ποσὸν εἰς τὸ αὐτὸν αὐτοῖς ἐρχόμενον. Τοιοῦτος ὑπῆρχεν ὁ Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθίας, ὁ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ θάψας. Εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ, ὡς οὐκ ἦν συγκατατιθέμενος τῇ βουλῇ τῶν Ἰησοῦ προδοτῶν. *Καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ*

ἐκάθισε. Διὰ τῆς καθέδρας τὴν διδασκαλίαν δηλοῖ, ὥς φησιν· *Ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωσέως*. Καθέδρα τοίνυν λοιμῶν ἡ διδασκαλία τῶν πονηρῶν.

A thedram, doctrinam significat, ut ipse ait [84]: *Super cathedram Moysi*. Cathedra igitur pestilentium, est doctrina iniquorum.

Ἡμέρας καὶ νυκτός. Τὸ σύντονον δηλοῖ. Οὐ γὰρ ἠμελημένως δεῖ μελετᾷν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου.

2. *Die ac nocte*. Fervens animi studium significat. Siquidem non est meditandum negligenter legem Domini.

[*Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός*. Τῷ νόμῳ, τῷ ἀγγελικῷ δηλονότι. Τὸ σύντονον δηλοῖ· οὐ γὰρ ἠμελημένως δεῖ μελετᾷν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου. Οὐ γὰρ ποτὲ δεῖ τοῖς μελετᾷν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλ' ἀεὶ καὶ διαπαντὸς τοῖς θείοις λογίοις προσηλῶσθαι· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *ἡμέρας καὶ νυκτός*. Καλὸς τοῦ κατορθώματος ὁ μισθός· ὁ γὰρ τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ καὶ τοῖς ἐκ τούτου νάμασιν ἀρδευόμενος. Καὶ ὕδωρ καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν ἀνεκάλεσεν εἰπών· *Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω*. Τῷ παρ' ὕδασι δένδρῳ ἀπείκασται ἀεὶ τεθηλότι, ἀεὶ βρίθοντι τοῖς ὡραίοις. Οἱ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ τοὺς μὲν τῶν πόνων καρποὺς κατὰ τὸ μέλλον κομίζονται· οἷον δέ τισι φύλλοις κἀντεῦθεν τῇ ἀγαθῇ ἐλπίδι κατασκιάζονται, καὶ κλέπτουσι τῇ ψυχαγωγίᾳ τὴν τῶν πόνων βαρύτητα. Τῷ τοιούτῳ πάντα εὐοδωθήσεται. Οὐδὲν γὰρ ἐναντίον τοῖς θείοις νόμοις διενεργήσει, τῷ τοῦ νόμου βουλήματι συναρμόττων τὸ θέλημα· πρότερον ἅπαντα τῆς κακίας ἀπαγορεύσας τὰ εἴδη, καὶ τῶν θείων νόμων ὑποδείξας τὴν τελειότητα, οὕτως ἐπήγαγε· *Πάντα ὅσα ἂν ποιῇ*.]

[*Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte*. In lege, angelica videlicet. Contentionem significat ac diligentiam; non enim remisse ac negligenter oportet legem Domini meditari. Neque modo meditandum, modo supersedendum meditatione; sed semper et assidue divinis oraculis sese addicere opus est: id enim significatur hoc dicto, *die ac nocte*. Bona est merces boni operis: qui enim divinæ vacat legi, ejus fluentis B irrigatur. Christus quoque doctrinam suam vocavit aquam, cum ait [85]: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat*. Ligno ad aquas posito comparatus est, quod semper floret, semper fructibus tempestivis onustum est. Nam virtutis athletæ laborum quidem fructus in futuro reportant, et, ceu quibusdam foliis inde emissis, spe bona adumbrantur, laborumque gravitatem hujusmodi recreatione suffurantur. Tali viro omnia semper prospere vertent. Nihil enim divinis legibus adversarium admittet, qui voluntati legis suam accommodat voluntatem: quia a principio ille omnes malitiæ species eliminavit, et declarata divinarum legum perfectione, ita infert: *Omnia quæcunque faciet*.]

***His adjicit Dan. Barbarus*:** Die autem meditatur qui in virtutibus proficit, nocte vero, qui cum perturbationes insurgunt, immotam servat animi generositatem.

Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. Ἐξομολογήσεως, ἤτοι παραβολῆς ξύλον ὁ Χριστὸς ἀναγέγραπται ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς*. Λέγει οὖν, ὅτι οἱ πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ σῶμα αὐτοῦ ἔσονται· μετασχηματίσει γὰρ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν πρὸς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. *Διεξόδους* δὲ *τῶν ὑδάτων* τὰς θείας φησὶ Γραφάς· ἐν αἷς ἁπανταχοῦ ἔστιν εὑρεῖν Χριστὸν κηρυσσόμενον. [Ξύλον ζωῆς ὁ Χριστὸς, κλάδοι οἱ ἀπόστολοι, καρπὸς αἷμα καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς· ὧν τὸ μὲν εἰς ὑποτύπωσιν μαρτυρίου, τὸ δὲ βαπτίσματος. Φύλλα οἱ λόγοι· καρπὸν τοῦ ξύλου νοήσεις τὴν ὀρθὴν πίστιν· φύλλα δὲ αὐτοῦ τὴν πλήρωσιν τῶν ἐντολῶν. Καρπὸς καὶ οἱ σωζόμενοι, ῥίζα τὸ βάπτισμα· γεωργὸς ὁ Πατήρ.] *Ὁ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ*. Καρπὸν τοῦ ξύλου νοήσεις τὴν πίστιν· φύλλα δὲ αὐτοῦ τὴν πλήρωσιν τῶν ἐντολῶν. *Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται*, οὐκ ἀποπεσεῖται. *Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται*. Οὐ γάρ ἐστι πρᾶξις τῶν κατὰ Θεὸν γινομένων ἀνωφελής. [Καιρὸς τοῦ διδόναι ἡ τοῦ λαμβάνοντος ἐπιτηδειότης ἐστίν.]

C 3. *Et erit tanquam lignum quod plantatum est*, etc. Confessionis sive etiam parabolæ lignum Christus esse describitur in divinitus inspirata Scriptura, juxta illud: *Lignum vitæ est omnibus suscipientibus eam* [86]. Ait igitur eos qui in Christum crediderint, corpus ejus futuros esse. Transformabit enim corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. *Decursus* porro *aquarum*, divinas vocat Scripturas: in quibus passim Christum reperire est prædicatum. *Quod fructum suum dabit in tempore suo*. [Lignum vitæ Christus, rami apostoli, fructus sanguis et aqua ex latere fluens: quorum ille quidem in formam et exemplum martyrii, illa autem baptismatis. Folia sunt sermones; fructum ligni intelligas esse rectam fidem; folia item ipsius, præcepto- D rum observationem: fructus etiam sunt ii, qui salutem consequuntur; radix, baptisma; agricola, Pater.] Fructum ligni intelligas rectam fidem: folium autem ejus, est plena observatio mandatorum. *Et folium ejus non defluet*, non decidet. *Et omnia quæcunque faciet prosperabuntur*. Nulla enim secundum Deum actio utilitate caret. [Tempus dandi, accipientis opportunitas est.]

Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. Διὰ τοῦτο μὲν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἀλλ' ὁμοίους εἶ-

5. *Ideo non resurgent impii in judicio*. Nimirum quia non habent radicem, sed similes sunt pulveri

[84] Matth. xxiii, 3. [85] Joan. vii, 37. [86] Prov. iii, 18.

terræ a ventis agitato. Ventum autem intelligas Dei comminationem, qua dicit [87]: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum.* Qui tali audita voce jure decident, non enim constitere in Christo, qui credentium fulcrum est ac fundamentum. Nam in judicio ait, non in interrogatione. *In concilio justorum,* ait. Nam separabit justos a peccatoribus.

A ναι χοῦ γῆς ὑπὸ ἀνέμου ῥιπιζομένῳ· ἄνεμον δὲ νοήσεις τὴν ἀπειλὴν τοῦ Θεοῦ τὴν λέγουσαν· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς πῦρ τὸ αἰώνιον.* Οἱ τὴν αὐτὴν ἀκούσαντες φωνὴν καταπεσοῦνται δικαίως· οὐ γὰρ ἑστήκασιν εἰς Χριστὸν, ὅς ἐστι πιστευόντων στήριγμα καὶ θεμέλιος· τὸ γὰρ εἰς κρίσιν φησὶν, οὐκ εἰς ἐρώτησιν. *Ἐν τῇ συναγωγῇ δικαίων,* λέγει· ἀφορίζει γὰρ τοὺς δικαίους ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν

6. *Quoniam novit Dominus viam justorum. Novit,* ibi positum est pro, *honorat;* secundum id quod dictum a Deo est ad Mosem [88]: *Novi te præ omnibus,* quasi dicat : honoro te, et invenisti gratiam coram me.

Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων. Τὸ, *γινώσκει,* ἀντὶ τοῦ, *τιμᾷ,* κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Θεοῦ εἰς Μωσῆν· *Γινώσκω σε παρὰ πάντας·* ἀντὶ τοῦ τιμῶ σε, καὶ εὗρες χάριν ἐν ἐμοί.

PSALMUS II Davidi: caret inscriptione apud Hebræos.

Argumentum.

Postquam in primo psalmo Judaicæ gentis principes vocavit impios, peccatores et pestilentes; in hoc iterum eorum opera recenset hujusmodi usus nominibus, ipsis optime congruentibus. [Postquam primum psalmum per impiorum memoriam concluserat, eorumdem mentione secundum iniit psalmum, docens supra memoratum impiorum finem eos, qui furore in Salvatorem acti sunt, excepturum.]

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυῒδ ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. Β'.

B *Ὑπόθεσις.*

Ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ ἀσεβεῖς τε καὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ λοιμοὺς ἀποφηνάμενος τοὺς ἄρχοντας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐν τούτῳ πάλιν δείκνυσι τὰς πράξεις διὰ τῶν τοιούτων ὀνομάτων, ὧν γεγόνασι μέτοχοι. [Μνήμῃ τῶν ἀσεβῶν συμπεράνας τὸν πρῶτον ψαλμὸν, ἐκ ταύτης πάλιν τοῦ β' τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, διδάσκων, ὅτι τὸ προειρημένον τῶν ἀσεβῶν τέλος καὶ τοὺς κατὰ τοῦ Σωτῆρος λυττήσαντας ὑποδέξεται.]

1. *Quare fremuerunt gentes,* etc. Fremitum vocat brutam ferocitatem. Illud autem, *quare,* in communi dicitur, ut intelligatur etiam : *Quare populi meditati sunt inania?* Et qui, quæso, non inanis ipsis fuerit hujusmodi meditatio, utpote qui Salvatorem generis sui non acceperint?

Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Φρύαγμα τὸ ἄλογον φρόνημα. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ, *ἵνα τί,* τουτέστι· *Διὰ τί οἱ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;* Πῶς γὰρ οὐ κενὰ γέγονεν αὐτοῖς ἡ μελέτη μὴ δεξαμένοις C τὸν Σωτῆρα τοῦ γένους;

[Quæ, ait, causa tanti odii, ut in unum concurrant gentes et populi? Illud enim, *fremuerunt,* significat, tantum superbierunt, quod est cum tumore et arrogantia turbas movere et tumultuari. Translatusque est hic loquendi modus a bruto equorum impetu, nullum decorem servante, quod Judæis contigit adversus Christum insurgentibus. Quæ causa est quod in unum concurrant gentes et populi? forte etiam Israelitas vocat gentes et populos, sive Herodem et Pilatum quasi ethnicos, Judæos ut populos memorat.]

[Τίς, φησὶν, ἡ αἰτία τοσούτου μίσους εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαούς; Τὸ γὰρ, *ἐφρύαξαν,* κατὰ τοσοῦτο ὑπερηφανεύσαντο, σημαίνει τὸ μετ' ἐπάρσεως καὶ μεγαλαυχίας τινὸς ταράσσεσθαι καὶ θορυβεῖσθαι. Μετενεχθὲν ἀπὸ τῆς ἀλόγου τῶν ἵππων ὁρμῆς ἐπ' οὐδενὶ τῶν δεόντων· ὃ συνέβη τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ Χριστοῦ. Τί τὸ αἴτιον εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαούς; Εἴτε γὰρ τοὺς Ἰσραηλίτας φησὶ ἔθνη καὶ λαοὺς, εἴτε τοὺς περὶ Ἡρώδην καὶ Πιλᾶτον ὡς ἐθνικοὺς, καὶ λαοὺς τοὺς Ἰουδαίους.]

[*Astiterunt reges terræ.* Ac si diceret, sese suopte consilio ad id negotii destinarunt reges, Herodes nempe et Pontius Pilatus. Ita sancti apostoli in Actibus interpretati sunt.]

[*Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς.* Τὸ, *παρέστησαν,* ἀντὶ τοῦ, ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο ἀφώρισαν D βασιλεῖς Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλᾶτος. Οὕτως καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐν ταῖς Πράξεσιν ἡρμήνευσαν.]

2. *Et principes convenerunt in unum.* Supradicti scilicet ordines : scribæ nimirum, Pharisæi et legisperiti. *Adversus Dominum et adversus Christum ejus.* Insidiæ enim in Christum paratæ, in ipsum quoque Patrem vertunt. Nam si Pater in Filio et Filius in Patre, quomodo non una in utrumque vertatur contumelia?

Καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό. Τὰ προλεχθέντα τάγματα· γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι καὶ νομικοί. *Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.* Ἡ γὰρ εἰς τὸν Χριστὸν ἐπιβουλὴ καὶ εἰς αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν Πατέρα. Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, πῶς οὐ καὶ μία ἡ εἰς αὐτοὺς ὕβρις γένοιτ' ἄν;

Adjicit Daniel Barbarus : Nam præpositiones duæ, et articuli duo, duas quoque personas inducunt : Patrem nimirum, et Filium, juxta illud, quod a Christo dictum est [89]: *Qui me recipit, recipit eum qui me misit; et qui me spernit, ambos spernit.*

[87] Matth. xxv, 41. [88] Exod. xxxii, 12. [89] Luc. x, 16.

Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν. Λείπει τὸ, λέγοντες· ἵνα ᾖ ἡ διάνοια αὕτη· Συνήχθησαν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, λέγοντες· Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἤθελον εἴσω τῆς ἱερᾶς γενέσθαι σαγήνης, περὶ ἧς γέγραπται· *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ.* ***Καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν.*** Τὴν βαρύτητα τοῦ νόμου, περὶ οὗ εἴρηκε· *Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.*

[***Τὸν ζυγὸν αὐτῶν·*** ἡ γὰρ εἰς τὸν Χριστὸν ἐπιβουλὴ καὶ εἰς αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν Πατέρα. Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, πῶς οὐκ ἂν μία τις εἴη ἡ εἰς αὐτοὺς ὕβρις;]

Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς. Ὡς ἀνόητα βουλευσαμένους· ὁ γὰρ ὑπ' αὐτῶν προσηλωθεὶς, καὶ θανάτῳ παραδοθεὶς, ἐν οὐρανοῖς ὢν καὶ τὰ πάντα περιέχων, κενὰς αὐτῶν καὶ ματαίας δείκνυσι τὰς βουλάς. Καὶ ὁ τούτου δὲ Πατὴρ καὶ τῶν ἁπάντων Δεσπότης τὴν ἀξίαν αὐτοῦ εἰσπράξεται δίκην. ***Καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.*** Ἐξουδενώσει γὰρ αὐτοὺς, φησὶ, καὶ μισήσει καὶ ἀποστραφήσεται.

[***Καταγελάσει,*** ἀντὶ τοῦ, μισήσει καὶ ἀποστραφήσεται. Ἀλλ' ὁ τῶν ἐπιβουλευόντων, φησὶν, ὑψηλότερος καταγελάσει, ἤτοι γέλωτα τὴν ἐκείνων ἐπιβουλὴν ἀποφανεῖ, ὡς ἀνοήτοις ἐπιχειρούντων. Καὶ γὰρ μυκτηρισμός ἐστι πνεῦμα διὰ ῥινῶν ἀφιέμενον εἰς ἐξουδένωσιν τῶν μεγάλα φρυαττομένων. Καὶ τὸ μετὰ τῶν προθέσεων δὲ ταῦτα εἰρῆσθαι ἐπιτατικώτερον ἔχει τὸν γέλωτα. Καὶ οὐ μόνον, φησὶ, τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς πειραθήσονται.]

Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. Τότε, πότε, ἢ ὅτε ἔλεγον· *Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν;* Τί δέ ἐστι τὰ ἐν ὀργῇ παρ' αὐτοῦ λαληθέντα; ἢ τό· *Οὐαὶ ὑμῖν, γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι·* καὶ τό· *Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία·* καὶ τό· *Καὶ ὑμῖν οὐαὶ τοῖς νομικοῖς.*

21. *Constitue, Domine, legislatorem super eos.* Ecquis legislator ille, nisi qui Novi Testamenti legem nobis induxit? *Sciant gentes quoniam homines sunt.* Per ingentem dæmonum fallaciam, in jumentorum morem commutati erant, ut de illis diceretur: *Comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [32].

Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς. Καὶ B τίς ὁ νομοθέτης ἢ ὁ τὸν τῆς Καινῆς Διαθήκης νόμον ἡμῖν εἰσηγησάμενος; *Γνώτωσαν ἔθνη, ὅτι ἄνθρωποί εἰσι.* Τῇ ὑπερβολῇ τῆς τῶν δαιμονίων ἀπάτης εἰς κτηνῶν ἦσαν μετενεχθέντες τρόπον· ὡς λέγεσθαι περὶ αὐτῶν· *Παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.*

PSALMUS X secundum Hebræos.

ΨΑΛΜΟΣ Ι'.

1. *Utquid, Domine, recessisti longe.* Rogat accelerari gentium vocationem modico post tempore futuram. Idipsum autem effecit diaboli superbia.

Ἵνα τί, Κύριε, ἀφέστηκας μακρόθεν; Ἐπιταχῦναι τὴν μακρὸν ὕστερον γενησομένην κλῆσιν τῶν ἐθνῶν εὔχεται. Τοῦτο δὲ αὐτὸ πεποίηκεν ἡ τοῦ διαβόλου ὑπεροψία.

2. *Dum superbit impius, incenditur pauper.* Superbia, inquit, improbi, quasi incendium est pauperi, populo scilicet tuo. *Comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.* Id est, comprehendentur. Nam tu es, inquit, qui comprehendis sapientes in astutia eorum [34].

Ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ ἐμπυρίζεται ὁ πτωχός. Ἡ ὑπεροψία, φησί, τοῦ πονηροῦ, πύρωσις τῷ πτωχῷ σου γίνεται λαῷ· *Συλλαμβάνονται* C *ἐν διαβουλίοις, οἷς διαλογίζονται.* Ἀντὶ τοῦ, συλληφθήσονται. Σὺ γὰρ εἶ, φησίν, ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

3. *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ.* Tanta, inquit, fuit ejus clementia, ut, quia impii impuniti remanebant, demum apud quosdam stultissimos homines eorum vita accepta esset et laudaretur.

Ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Τοσαύτη, φησί, γέγονεν ἡ ἀνεξικακία, ὡς καί, διὰ τὸ ἀτιμωρήτους μένειν τοὺς ἀσεβεῖς, λοιπὸν καὶ παρά τισι τῶν ἀνοητοτέρων ἀπόδεκτον αὐτοῖς εἶναι τὸν βίον.

4. *Exacerbavit Dominum peccator.* Exacerbavit quidem irridendo illius de providentia et de judicio verba. Multi namque cum hujuscemodi quidpiam audiunt, statim rident. Hoc autem subjungitur: *Secundum multitudinem iræ suæ.* Ut ita se habeat tota sententia: Exacerbavit Dominum, inquit, peccator, multitudinem iræ sibi thesaurizans. Illud enim, *suæ*, de exacerbante est accipiendum. Deinde quod dicitur: *non quæret*, cum interpunctione legendum, ut ita intelligatur: An ille homo Deum exacerbat, iræ sibi magnitudinem accendens, et Deus non quæret? Cum interpunctione itaque legendum, ut sit hic sensus: Annon quæret Deus? annon tribuet ipsi secundum iram, quam sibi thesaurizavit in die iræ suæ?

Παρώξυνε τὸν Κύριον ὁ ἁμαρτωλός. Παρώξυνε μὲν χλευάζων τοὺς περὶ προνοίας καὶ τῆς κρίσεως αὐτοῦ λόγους. Πολλοὶ μὲν γὰρ ἀκούοντες τοιοῦτόν τι γελῶσιν εὐθέως· τοῦτο δὲ συνάπτεται, τὸ *Κατὰ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ*· ἵνα ᾖ τὸ ὅλον οὕτως· Παρώξυνε τὸν Κύριον, φησίν, ὁ ἁμαρτωλὸς, πλῆθος ὀργῆς ἑαυτῷ θησαυρίζων. Τὸ γὰρ, *αὐτοῦ*, ἐπὶ τοῦ D παροξύναντος ληπτέον. Εἶτα τὸ ἐπιφερόμενον τοῦτο, *οὐκ ἐκζητήσει*, καθ' ὑποστιγμὴν ἀναγνωστέον· ἵνα ᾖ τὸ νοούμενον οὕτως· Ἆρ' οὖν ὁ μὲν παροξύνει τὸν Θεὸν, καίτοι πλῆθος αὐτῷ ἐκκαίων ὀργῆς, ὁ δὲ οὐκ ἐκζητήσει; Καθ' ὑποστιγμὴν ἡ ἀνάγνωσις, ἵνα ᾖ· Οὐκ ἐκζητήσει, φησίν, ὁ Θεὸς, καὶ ἀποδώσει αὐτῷ κατὰ τὴν ὀργὴν, ἣν ἑαυτῷ ἐθησαύρισεν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ;

5. *Non est Deus in conspectu ejus.* Initium omnis improbi operis est Deum non cogitare judicem. *Auferuntur judicia tua a facie ejus.* Nam qui ignorat esse Deum, ignorat item esse judicem. *Omnium inimicorum suorum dominabitur.* Simile est illi: *Universum orbem manu comprehendam quasi nidum* [35]. *Dixit enim in corde suo: Non movebor*, etc.

Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ. Ἀρχὴ πάσης πονηρᾶς πράξεως τὸ μὴ λογίζεσθαι κριτὴν τὸν Θεόν· *Ἀνταναίρεται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ.* Ὁ γὰρ μὴ ἐπιστάμενος, ὅτι ἔστι Θεὸς, οὐδὲ ὅτι κριτής ἐστιν οἶδε. *Πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει.* Ὅμοιον τὸ, *Τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρί μου ὡς νοσσιάν.* Εἶπε γάρ

[32] Psal. XLVIII, 13. [34] Job V, 13. [35] Isa. X, 14, juxta LXX.

ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· **Οὐ μὴ σαλευθῶ.** Ἀντὶ τοῦ· A Οὐ μὴ σφάλω, οὐ μὴ περιτραπήσομαι εἰς γενεάν· οὐ γὰρ ἔσομαι ἐν κακώσει.

Id est: Non inducar in errorem, non evertar in generationem, non in malis ero.

Adjicit Dan. Barb. Nam quicunque vitii particeps est, nihil grave se subiturum putat.

[*Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ.* Ἐκβαλὼν τὸν θεῖον φόβον ἐκ τῆς ψυχῆς, διαπαντὸς ἐν κακίᾳ ἐπιτρίβει. Ἀρχὴ πάσης πονηρᾶς πράξεως τὸ μὴ λογίζεσθαι κριτὴν τὸν Θεόν. *Ἀνταναιρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ.* Οὐ βούλεται εἰδέναι, ὅτι κριτὴς εἶ δίκαιος· ὁ γὰρ μὴ ἐπιστάμενος, ὅτι ἔστι Θεὸς, οὐδὲ ὅτι κριτής ἐστιν οἶδε. *Πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει.* Τῶν πειρασμῶν οἱ μὲν προσάγονται τῇ ψυχῇ, οἱ δὲ τῷ σώματι, οἱ δὲ τοῖς πέριξ τοῦ σώματος. Καὶ οἱ μὲν ψυχῇ προσαγόμενοι λογισμοὶ ἀκάθαρτοι λέγονται, ἁμαρτίας γεννῶντες B καὶ δόγματα ψευδῆ· οἱ δὲ τῷ σώματι προσφερόμενοι πληγῶν καὶ στρεβλώσεων καὶ διωγμῶν καὶ φυλακῶν καὶ θανάτων αἴτιοι γίνονται· οἱ δὲ τῶν περὶ τοῦ σώματος πειρασμοὶ περιέχουσι ζημίας χρημάτων καὶ κτημάτων καὶ ἀποβολὰς τέκνων καὶ γυναικῶν ἀφαιρέσεις. Δῆλον οὖν ἐστιν ἐκ τούτων, ὅτι πάντως διά τινος τῶν κατειλεγμένων πειρασμῶν ἐκυρίευσε παντὸς δικαίου ὁ Σατανᾶς· μόνος γὰρ Χριστὸς *ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε, καὶ οὐχ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.*]

Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει. Παράμονον, φησὶν, ἕξειν τὴν εὐημερίαν λελόγισται. Διὸ καὶ πικρίας καὶ δόλου τὸ στόμα πεπλήρωται· καὶ μὴν ἐνεδρεύει πτωχοὺς πρὸς τὸ ἀποκτεῖναι διὰ τῶν ἰδίων παγίδων. Τὸ δὲ, *μετὰ πλουσίων*, τί ἂν ἕτερον νοηθείη ἢ τῶν C πλουτούντων ἐν κακοῖς; Οὗτοι γὰρ τῷ διαβόλῳ κατὰ τῶν πτωχῶν τῷ πατρὶ αὐτῶν συμπράττουσιν

Ἐγκάθηται ἐν ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων. Ἐν συλλόγοις δὲ καὶ ἐν συνεδρίοις καθήμενος, ἐνέδρας τινὰς καὶ μηχανὰς τοῖς ἀναιτίοις κατασκευάζει.

Κύψει καὶ πεσεῖται. Ὅταν εἴπῃ [*Ambr. add.* ὁ διάβολος]· Νενίκηκα, τότε πεσὼν αἰσχύνεται.

Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Ἐπιλέλησται ὁ Θεός. Λέγει ταῦτα ὁ διάβολος οὐχ οὕτως ἔχων, ἀλλ' ἡμᾶς ἀπατῆσαι βουλόμενος, ἵνα σκελισθῶμεν, ἀμελεῖν τὸν Θεὸν τῶν ἀνθρωπίνων νομίζοντες.

Ἀνάστηθι, Κύριε ὁ Θεός μου. Εὔχεται τὴν ἀνοχὴν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν χρηστότητα κινῆσαι· μὴ ὑψουμένης γὰρ ἐπὶ τῇ μωρίᾳ τῶν ἀσεβῶν τῆς χειρὸς τοῦ D Θεοῦ, προπετέστεροι γίνονται.

[*Ὑψωθήτω ἡ χείρ σου.* Ἔπαρον τὴν χεῖρά σου, καὶ δίδαξον αὐτοὺς, ὡς τῶν ἀδικουμένων προνοῇ· καὶ ὡς ἐξ ὕπνου ἀναστὰς, ἀνωτέραν δεῖξον τῆς ἐκείνων γνώμης τὴν ἀπὸ σοῦ τιμωρίαν. Καὶ κόλασον μὲν ἐκείνους, φεῖσαι δὲ τὸν ἀδικούμενον, σφοδρότερον ἀχθεσθεὶς ταῖς ἐκείνων τόλμαις καὶ βλασφημίαις. *Ἕνεκεν τίνος*, φησὶ, *παρώργισεν ὁ ἀσεβὴς τὸν Θεόν;*]

Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἐκζητήσει. Τοῦτο αἴτιον καὶ τοῦ ἐπαρθῆναι καὶ τοῦ πεσεῖν αὐτόν.

[*Non est Deus in conspectu ejus.* Expulso ex anima sua Dei timore, semper in malitia perseverat. Principium omnis malæ actionis est, non cogitare judicem Deum. *Auferuntur judicia tua a facie ejus.* Nosse non vult te judicem esse justum: qui enim non novit esse Deum, neque judicem esse novit. *Omnium inimicorum suorum dominabitur.* Tentationes aliæ animo, corpori aliæ objiciuntur; aliæ iis quæ circum corpus versantur. Quæ animo offeruntur, cogitationes impuræ nuncupantur, quæ peccata et dogmata falsa generant; quæ corpori admoventur, sunt causæ plagarum, cruciatuum, persecutionum, carcerum, mortis; quæ circa corpus versantur tentationes, sunt pecuniarum et possessionum mulctæ, filiorum et uxorum jacturæ. Palam itaque est ex supradictis Satanam aliquo ex memoratis tentationum generibus, in justos omnes dominatum habuisse: solus quippe Christus *peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus* [88].]

7. *Cujus maledictione os plenum est.* Permanentem, inquit, se felicitatem habiturum putat, quamobrem et amaritudine et dolo os ejus plenum est, atque insidias parat pauperibus, ut laqueis suis interficiat eos. Illud porro, *cum divitibus*, quid aliud sibi voluerit, quam, cum iis qui divites in malis sunt? Illi namque cum diabolo patre suo contra pauperes una machinas parant.

8. *Sedet in insidiis cum divitibus.* In conventibus et cœtibus sedens, insidias et machinas insontibus parat.

10. *Inclinabit se et cadet.* Postquam dixit: Vici, tunc lapsus erubescit.

11. *Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus.* Hæc dicit diabolus, non quod ita se res habeat, sed quo nos decipiat, atque ut supplantemur, rati Deum humana negligere.

12. *Exsurge, Domine Deus meus.* Precatur ut Dei in puniendo mora et clementia moveatur: nam cum Dei manus contra impiorum stultitiam non attollitur, tunc petulantiores evadunt.

[*Exaltetur manus tua.* Erige manum tuam ut doceas illos, te eorum qui injuriis afficiuntur curam gerere: et quasi ex somno surgens, ostende ultionem tuam eorum consiliis superiorem esse. Atque illos quidem corrigas, sed injuria affecti misericordiam capias, vehementer commotus et concitatus eorum facinoribus ac blasphemis dictis. *Propter quid*, inquit, *irritavit impius Deum?*]

13. *Dixit enim in corde suo: Non requiret.* Atque id in causa est, quod ille exaltetur et labatur.

[88] I Petr. II, 22.

14. *Vides, quoniam tu laborem et dolorem consideuras.* Tu, inquit, o Domine, omnia nosti, nihil eorum quæ fiunt ignoras, imo nec eorum quæ in mentem et cogitationem veniunt. Quin et labores hominum, furorem et indignationem eorum qui molestia affliciunt accurate nosti. Quoniam omnium cogitationes consideras, et tu es qui corda et renes scrutaris. Et cum hæc videas, longanimis tamen es, gnarus sub manu tua omnes esse, nec quemquam posse aliquo fugere. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu fuisti adjutor.* Hoc est, tuum ille exspectat auxilium.

Βλέπεις, ὅτι σὺ πόνον καὶ θυμὸν κατανοεῖς. Σὺ, φησὶν, ὦ Κύριε, πάντα γινώσκεις, καὶ οὐδέν σε τῶν πραττομένων λανθάνει, οὐδὲ τῶν ἐν διανοίᾳ καὶ λογισμοῖς ἀνιόντων. Ἀλλὰ καὶ τοὺς πόνους αὐτῶν καὶ τοὺς θυμοὺς τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ τοὺς παροξυσμοὺς τῶν ἀνθρώπων οἶδας ἀκριβῶς. Ἐπειδὴ πάντων τοὺς λογισμοὺς κατανοεῖς, καὶ σὺ ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφρούς. Καὶ ταῦτα πάντα ἐφορῶν μακροθυμεῖς, εἰδὼς, ὅτι ὑπὸ τὰς σὰς χεῖρας οἱ πάντες τυγχάνουσι, καὶ οὐκ ἔστι που οὐδενὶ ἐκτὸς διαδρᾶναι. *Σοὶ ἐγκαταλέλειπται ὁ πτωχὸς, ὀρφανῷ σὺ ἦσθα βοηθός.* Τουτέστι τὴν παρὰ σοῦ μένει βοήθειαν.

15. *Contere brachium peccatoris et maligni.* Hoc est, potentiam inimici. *Quæretur peccatum illius et non invenietur.* Propter ipsum scilicet peccatum. Tota sententia sic habet: Si quæsieris, inquit, peccatum maligni, non invenietur, id est, periit peccator propter ipsum peccatum.

Σύντριψον τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ. Ἀντὶ τοῦ, τὴν δυναστείαν τοῦ ἐχθροῦ. *Ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ.* Δι' αὐτὴν μὲν τὴν ἁμαρτίαν. Τὸ δὲ ὅλον οὕτως· Ἐὰν, φησὶν, ἐκζητήσῃς τὴν ἁμαρτίαν τοῦ πονηροῦ, οὐ μὴ εὑρεθῇ· τουτέστιν, ἀπολεῖται ὁ πονηρὸς δι' αὐτήν.

[Inveniuntur qui salutem a Deo consequuntur, secundum illud: *Inveni David servum meum*[87], et inventa est drachma perdita[88]; ac si inventa non fuisset, periisset. Qui pereunt, non invenientur in sæcula; manet quippe judex, ac regnat semper in futuro ac novo sæculo.]

[Εὑρίσκονται οἱ σωζόμενοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς τό· *Εὗρον Δαυῒδ τὸν δοῦλόν μου*, καὶ, Εὑρέθη ἡ ἀπολλυμένη δραχμή· καὶ ἐπεὶ μὴ εὑρέθη, ἀπώλετο ἄν. Οἱ ἀπολλύμενοι οὐχ εὑρίσκονται εἰς τὸν αἰῶνα· μένει γὰρ ὁ δικαστὴς, καὶ βασιλεύει διαπαντὸς ἐν τῷ μέλλοντι καὶ νέῳ αἰῶνι.]

16. *Dominus regnabit in æternum.* In futuro et novo sæculo.

Κύριος βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐν τῷ μέλλοντι καὶ νέῳ αἰῶνι.

Daniel Barbarus. Hæc dicit ad ostendendum præsens et futurum regnum illius. Quod si Domini regnum fine caret, quod nullus regni illius finis futurus sit; justi qui ejus participes sunt, perpetuam regni possessionem adipiscentur.

Peribitis, gentes, de terra illius. In tempore enim regni ejus projicientur in ignem æternum.

Ἀπολεῖσθε, ἔθνη, ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ. Ἐν γὰρ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ βληθήσονται εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

[Gentes vocat iniquos homines, utpote qui non vivant secundum legem, sed gentilitiam et barbaram immanitatem sectentur. Eos deleri rogat: *Peribitis*, inquit, et exitium ipsis comminatur; ut et illi respirare possint, et hi ad meliorem se frugem recipere.]

[Ἔθνη καλεῖ τοὺς ἀδίκους, ὡς μὴ κατὰ νόμον ζῶντας, ἀλλὰ καὶ ἐθνικὴν καὶ βαρβαρικὴν ὠμότητα. Τούτων αἰτεῖ ἐκκοπὴν, *Ἀπολεῖσθε*, λέγων, καὶ πανωλεθρίαν αὐτοῖς ἀπειλῶν· ὥστε καὶ τούτους ἀναπνεῦσαι, κἀκείνους σωφρονισθῆναι.]

17. *Desiderium pauperum exaudisti, Domine.* Hæc namque illorum erat concupiscentia, hoc desiderium, ut futuris donarentur bonis. *Præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Ad hoc namque parati, ad omnia sustinenda corde prompti sunt.

Τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσας, Κύριε. Αὕτη γὰρ ἦν αὐτῶν ἡ ἐπιθυμία, καὶ οὗτος ὁ πόθος τὸ τῶν μελλόντων ἀξιωθῆναι ἀγαθῶν. *Τὴν ἑτοιμασίαν τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου.* Εἰς τοῦτο γὰρ ἑτοιμαζόμενοι, πάντα ὑπομένειν τῇ καρδίᾳ εὐτρεπίζονται.

[Præparatio cordis est quasi promissio facta a motibus et affectibus animi ad obsequentiam Deo reddendam.]

[Ἑτοιμασία καρδίας ἡ οἷον ὑπόσχεσις τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων πρὸς συνακολούθησιν τοῦ Θεοῦ.]

18. *Judicare pupillo et humili; ut non apponat ultra*, etc. Cum, inquit, pauperes ulciscetur, tunc non apponet ultra magnificare se homo.

Κρῖναι ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ, ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι. Ὅτε, φησὶ, τὴν ἐκδίκησιν τῶν πτωχῶν ποιήσει, τότε οὐκ ἔτι προσθήσει τοῦ μεγαλαυχεῖν ἄνθρωπος.

In finem PSALMUS David. X.

Argumentum.

Hunc quoque psalmum canit postquam inimicos deviceral. Hic piam sententiam mentemque præfert.

Εἰς τὸ τέλος, ΨΑΛΜΟΣ *τῷ Δαυῒδ. Ι'.*

Ὑπόθεσις.

Καὶ τοῦτον μετὰ τὸ περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν ᾄδει τὸν ψαλμόν. Ἔστι δὲ φρονήματος ἁγιοπρεποῦς παραστατικόν (a)

[87] Psal. LXXXVIII, 1. [88] Luc. XV, 9.

(a) Ambr., παραστατικός melius; supple ψαλμός.

Ἐπὶ τῷ Κυρίῳ πέποιθα, πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου; Πῶς μοι ἐρεῖτε, φησὶ, φεύγειν ἐπὶ τὰ ὄρη δίκην στρουθίου, καίτοι πεποιθότι ἐπὶ Θεῷ; *Μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον.* Μετοίκει, μετέρχου, φεῦγε ἐπὶ τὰ ὄρη, τουτέστι τὰς ἀρετάς.

Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐνέτειναν τόξον, ἡτοίμασαν βέλη εἰς φαρέτραν. Τούτοις τοῖς λόγοις εἰς φυγὴν ἠρέθιζον φάσκοντες, εἰ μὴ φεύγῃ κατατοξεύειν αὐτὸν τοὺς ἁμαρτωλούς. Δηλοῖ οὖν τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς βέλη εἶναι τοῦ πονηροῦ. *Τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν σκοτομήνῃ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ,* ἀντὶ λεληθότως. Τοιαῦτα γὰρ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν τὰ τοξεύματα.

Ὅτι ἃ σὺ κατηρτίσω αὐτοὶ καθεῖλον. Κατήνεγκε, φησὶν, ὁ ἐχθρὸς τὸν ἄνθρωπον εἰς φθορὰν, καίτοι ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ κατηρτισμένον. *Ὁ δὲ δίκαιος τί ἐποίησεν;* Εἰ καὶ οἱ ἐχθροὶ, φησὶ, τὰ τοιαῦτα ἔδρασαν, ἀλλ' ὁ Κύριος ὁ ναὸν ἔχων τὸν οὐρανὸν, ἐξέτασιν τῶν δικαίων καὶ τῶν ἀσεβῶν ποιούμενος, τοῖς μὲν ἀπονέμει τὰ ἀγαθὰ, τοὺς δὲ ταῖς αἰωνίαις παραπέμπει κολάσεσι. *Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ.*

[*Ὅτι ἃ σὺ κατηρτίσω αὐτοὶ καθεῖλον.* Ἀντὶ τοῦ, τὰ σὰ ἔργα καταλύειν σπεύδουσι δι' ἐμοῦ· ὃν γὰρ ἔχρισας βασιλέα σπουδάζουσιν ἀκυρῶσαι κατὰ τῆς σῆς ὁπλιζόμενοι ψήφου. Καὶ ταῦτα δρῶσι τὰς κατὰ φύσιν ὀρθὰς ἐννοίας καθελόντες ἐξ ἑαυτῶν, ἃς δῆθεν κατηρτίσατο.]

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἀποβλέπουσιν. Τὸ ἀλάθητον σημαίνει τοῦ Θεοῦ· ὀφθαλμοὺς δὲ τὴν εὐεργετικὴν ἐπισκοπήν. *Τὰ βλέφαρα αὐτοῦ ἐξετάζει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.* Βλέφαρα δὲ τὴν κριτικὴν αὐτοῦ πρόνοιαν καὶ τῶν πραγμάτων ἐξεταστικήν.

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, ΨΑΛΜΟΣ *τῷ Δαυΐδ. ΙΑ'.*

Ὑπόθεσις.

Εἴρηται περὶ τῆς ὀγδόης ἐν τῷ ἕκτῳ ψαλμῷ. Εὔχεται δὲ ῥυσθῆναι τῆς γενεᾶς τῆς πονηρᾶς. Αὐτὴ δὲ ἂν εἴη γενεὰ ἡ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· περὶ ἧς αὐτὸς ἔλεγεν· *Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται, καὶ κατακρινοῦσι τὴν γενεὰν ταύτην.*

Σῶσόν με, Κύριε, ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος, ὅτι ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Τὰς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συνάγων ἐπιβουλάς. Ἀφέντες γὰρ τὴν ἀλήθειαν οἱ Ἰουδαῖοι ψευδῆ κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἐπετέλεσαν.

Χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ. Ὅτι, διδάσκαλον αὐτὸν ἀποκαλοῦντες καὶ ἀγαθὸν, ἕτερα ἐβουλεύοντο περὶ αὐτοῦ.

Ἐξολοθρεύσει Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα. Πῶς γὰρ οὐ μεγαλοῤῥήμων ἡ γλῶσσα ἐκείνη ἡ τολμήσασα τῷ Σωτῆρι λέγειν· *Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην;*

Τοὺς εἰπόντας· *Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦ-*

A 2. *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ?* Cur mihi suadetis, inquit, ut fugiam in montes sicut passer, etiamsi in Deo confidam? *Transmigra in montes sicut passer.* Transfer te, transi, fuge in montes, id est virtutes.

3. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas in pharetra.* His verbis ad fugam eum concitabant dicentes, si non fugeret, sagittis confossum iri a peccatoribus. Declarat itaque malas cogitationes esse maligni tela. *Ut sagittent in obscuro rectos corde.* Quasi dicat, latenter. Hujusmodi namque sunt spiritualium inimicorum tela.

4. *Quoniam quæ perfecisti destruxerunt.* Compulit, inquit, inimicus hominem in corruptionem, B licet in incorruptionem conditus esset. *Justus autem quid fecit?* Etiamsi, inquit, inimici talia fecerint; at Dominus, qui templum habet cœlum, facto justorum et impiorum examine, aliis quidem impertit bona, alios in æterna supplicia dejicit. *Dominus in templo sancto suo.*

[*Quoniam quæ perfecisti destruxerunt.* Quasi dicat, opera tua evertere satagunt propter me, nam quem unxisti regem, contra calculum tuum armati, student abrogare. Et hoc agunt postquam rectas probasque cogitationes, quæ secundum naturam sunt, eliminarunt, quas scilicet Dominus perfecerat.]

5. *Oculi ejus in pauperem respiciunt.* Significat C Dei cognitionem cui nihil latere potest. Oculos autem dicit ejus beneficam inspectionem. *Palpebræ ejus interrogant filios hominum.* Palpebras dicit ejus judicialem rerumque exploratricem providentiam.

1. *In finem, pro octava,* PSALMUS *David. XI.*

Argumentum.

De octava dictum fuit in sexto psalmo. Rogat porro liberari a generatione mala. Hæc autem generatio illa sane fuerit, quæ tempore erat Salvatoris nostri Jesu Christi: de qua ipse dixit [89]: *Viri Ninivitæ surgent, et condemnabunt generationem istam.*

2. *Salvum me fac, Deus, quoniam defecit sanctus,* D *quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum.* Insidias in Christum paratas in unum complectitur. Dimissa namque veritate, Judæi mendacium contra Christum commenti sunt.

3. *Labia dolosa in corde.* Quoniam, cum eum magistrum ac bonum appellarent, longe diversa in eum consilia inibant.

4. *Disperdet Dominus universa labia dolosa, linguam magniloquam.* Quomodo non magniloqua lingua illa, quæ ausa est Salvatori dicere: *In qua potestate hæc facis, et quis tibi dedit hanc potestatem* [90]?

5. *Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabi-*

[89] Matth. xii, 41. [90] Marc. xi, 28.

mus, *labia nostra a nobis sunt. Quis noster Dominus est?* Quasi scilicet hæc secum reputarent, facultatem se habere quidvis pro libidine contra Salvatorem proferendi. Illud autem : *Quis noster Dominus est?* simile est illi dicto : *Hunc autem nescimus unde sit* [91].

6. *Propter miseriam inopum*, etc. Inopes et pauperes secundum spiritum intelligit. Quorum gemitu audito, Exsurgam, ait. *Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.* Id est, Palam omnibus faciam salutare, quod etiam curabo evulgari ultro citroque. Ubique enim terrarum prædicatum est.

7. *Eloquia Domini. eloquia casta*, *argentum igne examinatum.* Vera, inquit, sunt verba de salutari enuntiata et promissa, quemadmodum argentum sæpe in crucibulum immissum. Illud autem, *septuplum*, pro pluries posuit; is enim est mos sacræ Scripturæ.

8. *Tu, Domine, servabis nos.* Ideo, inquit, servabis nos, quia circumdant nos impii, saluti nostræ insidiantes. Hi autem sunt adversariæ et malignæ potestates.

9. *Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* Altitudinem dicit virtutem : multiplicationem autem illam, temporis diuturnitatem. Ut hæc sit sententia : Per virtutem et potestatem tuam, diuturnitatem temporis et vitam æternam dedisti nobis. Nam post salutarem ascensionem, in infinita sæcula vita nostra extenditur. Aut altitudinem dicit, quia scilicet similes tibi homines effecisti, quatenus eorum fert facultas : aut quia multam eorum curam habuisti.

1. *In finem, PSALMUS David. XII.*

Argumentum.

Hunc canit psalmum, dum pœnitentiam delicti ageret, et una salutare nostrum annuntiaret. Unde exemplum nacti sumus, quo pacto oporteat nos, cum peccavimus, ad Deum accedere.

Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem? Quasi post diuturnam moram per pœnitentiam ad Deum accesserit, propter admissum peccatum. *Usquequo avertis faciem tuam a me?* Hanc faciem angeli semper vident.

2. *Quandiu ponam consilia in anima mea?* Angore crucior, inquit, dum animo mecum volvo, ne forte in peccato moriar, et illud maxime est quod animo meo dolores parat. *Dolorem in corde meo die ac nocte.* Corde quotidie meditando.

3. *Usquequo exaltabitur inimicus meus super me?* Nam si colentibus nobis Deum, ac religiose viventibus, deprimitur inimicus; manifestum est peccantibus nobis extolli. Exaltatio namque Satanæ, est hominum humiliatio. Siquidem, quemadmodum

[91] Joan. IX, 29.

μεν· τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστι. Τίς ἡμῶν Κύριός ἐστιν; Ὡς τοῦτο διανοουμένων, τὸ ἐξουσίαν ἔχειν πᾶν ὅ τι ἂν βούλοιντο εἰπεῖν κατὰ τοῦ Σωτῆρος. Τοῦτο δέ· *Τίς ἡμῶν Κύριός ἐστι;* ὅμοιον τῷ *Τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν.*

Ἕνεκε τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν. Πτωχοὺς δὲ καὶ πένητας τοὺς κατὰ πνεῦμα λέγει· ὧν καὶ τοῦ στεναγμοῦ ἀκούσας, Ἀναστήσομαι, φησί. *Θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ.* Τουτέστι, Φανερὸν πᾶσι καταστήσω τὸ σωτήριον, ὃ καὶ ἐξάκουστον παρασκευάσω γενέσθαι. Ἐκηρύχθη γὰρ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν.

Τὰ λόγια Κυρίου λόγια ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον. Ἀληθεῖς, φησὶν, οἱ λόγοι οἱ περὶ τοῦ σωτηρίου ἐπηγγελμένοι, ὥσπερ καὶ τὸ ἀργύριον τὸ πολλάκις χωνευθέν. Τὸ δὲ, *ἑπταπλασίως*, ἀντὶ τοῦ πολυπλασίως τέθεικε· τοῦτο γὰρ σύνηθες τῇ θείᾳ Γραφῇ.

Σὺ, Κύριε, φυλάξεις ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο, φησὶ, φυλάξεις ἡμᾶς, ἐπειδὴ κυκλοῦντες ἡμᾶς οἱ ἀσεβεῖς ἐπιβουλεύοντες τῇ ἡμῶν σωτηρίᾳ. Οὗτοι δ' ἂν εἶεν αἱ ἀντικείμεναι καὶ πονηραὶ δυνάμεις.

Κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ὕψος μὲν τὴν δύναμιν λέγει· πολυωρίαν δὲ τὴν πολυχρονιότητα. Ἵνα ᾖ τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· Διὰ τῆς σῆς ἰσχύος, πολυχρονιότητα καὶ αἰώνιον ζωὴν ἡμῖν δέδωκας. Μετὰ γὰρ τὴν σωτήριον ἀνάστασιν εἰς ἀπεράντους αἰῶνας τὰ τῆς ζωῆς ἡμῖν ἐκτείνεται. Ἢ ὕψος λέγει, ὅτι ὁμοίους σου ἐποίησας, ὡς ἀνθρώπῳ δυνατόν· ἢ ὅτι πολλῆς φροντίδος ἠξίωσας.

Εἰς τὸ τέλος, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΙΒ'.

Ὑπόθεσις.

Τοῦτον τὸν ψαλμὸν ᾄδει εἰς μετάνοιαν τοῦ ἁμαρτήματος γεγονὼς, ἅμα δὲ καὶ τὸ σωτήριον ἡμῖν εὐαγγελιζόμενος. Δι' οὗ ἐλάβομεν ὑπογραμμὸν, πῶς δεῖ ἡμᾶς ἐν ἁμαρτίαις γενομένους προσιέναι Θεῷ.

Ἕως πότε, Κύριε, ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος; Ὡς μακρᾶς οὔσης τῆς γινομένης αὐτῷ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ μετανοίᾳ πρὸς Θεὸν προσόδου. *Ἕως πότε ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ;* Τούτου τὸ πρόσωπον οἱ ἄγγελοι βλέπουσι διαπαντός.

Ἕως τίνος θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου; Ἀνιῶμαι γὰρ, φησὶ, βουλευόμενος κατὰ ψυχὴν μήπως ἄρα ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ἀποθανοῦμαι, καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ μάλιστα ὀδύνας μου τῇ ψυχῇ παρασκευάζει. *Ὀδύνας ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας καὶ νυκτός.* Μεριμνᾷν ἐν τῇ καρδίᾳ καθ' ἡμέραν.

Ἕως πότε ὑψωθήσεται ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμέ; Εἰ γὰρ θεοσεβούντων ἡμῶν ταπεινοῦται ὁ ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος, δῆλον ὅτι ἁμαρτανόντων ὑψοῦται. Ὕψος γὰρ τῷ Σατανᾷ ἡ τῶν ἀνθρώπων ταπείνωσις· ἐπειδὴ, καθάπερ ὁ Θεὸς ἐν τῇ σωτηρίᾳ ὑψοῦσθαι τῇ

ἡμετέρᾳ, οὕτως ὁ διάβολος ἐν τῇ ἀπωλείᾳ ἐπαίρεσθαι λέγεται. A

Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου. Ὀφθαλμοὺς τοὺς τῆς διανοίας δηλοῖ. Φωτίσατε γὰρ ἑαυτοὺς φῶς γνώσεως.

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ ἐλέει σου ἤλπισα. Θαρρῶ, φησὶν, ἁμαρτίας ἄφεσιν δέξασθαι τῷ ἐλέει προσανέχων τῷ σῷ, δι' οὗ καὶ τὸ σωτήριον δέδωκας πᾶσιν ἀνθρώποις· ὅπερ σωτήριον ἀγαλλιᾶσθαι παρασκευάσει μου τὴν καρδίαν, τὴν πάλαι ὀδυνωμένην διὰ τὴν ἁμαρτίαν.

Εἰς τὸ τέλος, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαβίδ. ΙΓ'.

Ὑπόθεσις.

Διαῤῥήδην ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ σαφηνίζει τῶν ἀνθρώπων τὴν εἰς τὸ παντελὲς τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν, ἵνα τὸ ἀναγκαῖον B τῆς ἐπιφανείας κηρύξῃ Χριστοῦ.

Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός. Ἐπειδὴ, μὴ λογισάμενοι, φησὶν, εἶναι Θεὸν ἐφορῶντα τὰ ἀνθρώπινα καὶ κρίνοντα κρίσει δικαίᾳ, πᾶσαν ἀθεμιτουργίαν εἰργάσαντο· τούτου δὴ χάριν ὁ Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε. Τοῦτο γὰρ σαφῶς τὴν εἰς ἀνθρώπους τοῦ Κυρίου πρόοδον κατασημαίνει. *Οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.* Ἐλθὼν, φησὶν, ὁ Κύριος οὐδ' ἕνα εὗρε χρηστότητος ἐργάτην, ἀλλὰ γὰρ ὑπεύθυνον πάσῃ πράξει ἀτόπῳ. *Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν.* Ἑαυτῶν γὰρ τῷ φάρυγγι οἱ δαίμονες ὥσπερ βρῶσιν εἶχον τὸν ἄνθρωπον, μὴ εἶναι νοοῦντες, ὅτι ὁ Θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ πλάσματος αὐτοῦ οὐ δύναται.

Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν; Καθ' ὑποστιγμὴν ἀναγνωστέον, καὶ ἔξωθεν τὸν Κύριον προληπτέον· ἵνα ᾖ οὕτως τὸ σημαινόμενον· Καὶ πάντες ἐξέκλιναν, καὶ τοῦτο ἐποίησαν. Οὐ μέλλουσι γινώσκειν τὸν Κύριον. *Κύριον οὐ προσεκαλέσαντο οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσει ἄρτου.* Κατήσθιον γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀναπείθοντες προσκυνεῖν τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα. Καὶ οὗτοι, φησὶν, ἑτέροις κακῶν εἰσηγηταὶ γενόμενοι, τὸν Κύριον οὐκ ἐπικαλέσονται. Οὕτω γὰρ ἀναγνωστέον μέλλοντα ἀντὶ τοῦ παρεληλυθότος. C

Ἐκεῖ δὲ ἐδειλίασαν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος. Ὁ Μωσέως νόμος, φησὶ, κόλασιν ἐποίει· ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ φόβος ἁγνός ἐστιν· ὡς υἱοὺς γὰρ φοβεῖσθαι Πατέρα παρεσκεύαζε. Κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, φησὶ, D καθ' ὃν δὲ δηλονότι ἡ ἐπιφάνεια, φόβον φοβηθήσονται οὗ οὐκ ἔστι φόβος. Οὐκ ἐκ νομικῆς ἀπειλῆς δηλονότι, ἀλλ' ἡ πρέπουσα μᾶλλον ἐλευθέροις εὐλάβεια.

Ὅτι Κύριος ἐν γενεᾷ δικαίων. Τῶν δικαιουμένων διὰ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ. *Βουλὴ πτωχοῦ κατῃσχύνατε.* Ταῦτα ὡς πρὸς τοὺς ἀπομείναντας τῇ ἀπιστίᾳ καὶ διώξαντας τοὺς πιστεύσαντας εἰς Χριστόν.

Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; Τοῦτο δὲ διπλῆν ἔχει τὴν προφητείαν· οὐ γὰρ μόνον τηνικάδε γενομένην τοῖς πολιορκηθεῖσι προσαγορεύει σωτηρίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν πολλοῖς ὕστερον χρόνοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενομένην ἐκεῖθεν σωτήριον ἐπιφάνειαν. *Ἀγαλλιάσεται Ἰακώβ.* Τοὺς ἁγίους πα-

A Deus dicitur in salute nostra exaltari; ita et diabolus in pernicie nostra extolli.

4. *Illumina oculos meos.* Oculos mentis indicat. Illuminate illos lumine cognitionis.

6. *Ego autem in misericordia tua speravi.* Confido, inquit, peccati me remissionem accepturum, dum tuam perpendo misericordiam. *Tua*, inquit, per quam salutare tuum dedisti omnibus hominibus. Quod salutare exsultationem parabit cordi meo, olim de peccato dolenti.

1. *In finem, PSALMUS David. XIII.*

Argumentum.

Diserte in præsenti psalmo declarat hominum in omnibus studiis et actibus suis impietatem iniquitatemque, ut necessitatem prædicet adventus Christi.

Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Quandoquidem non cogitantes Deum esse, qui respiciat omnia humana, ac qui justo judicio judicet, nullum non scelus perpetrarunt; idcirco Dominus de cœlo prospexit. Illud enim aperte Domini ad homines adventum indicat. *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Cum venit, inquit, Dominus, nullum mansuetudini deditum; sed omnes nulli non pravo operi addictos, invenit. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* In suo namque gutture dæmones hominem quasi cibum detinebant, non cogitantes non posse Deum unquam opificii sui oblivisci.

4. *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem?* Cum interpunctione legendum, atque illud, *Dominum*, extra accipiendum; ut hæc sit sententia: Et omnes, inquit, declinaverunt, atque id perpetrarunt. Nequaquam futurum est ut Dominum cognoscant. *Qui devorant plebem meam sicut escam panis, Dominum non invocaverunt.* Comedebant enim populum ejus, suadentes adorare creaturam et non creatorem. Atque illi, inquit, aliis malorum auctores facti, Dominum non invocabunt. Ita namque legendum futurum pro præterito.

5. *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* Moysis lex, inquit, pœnam inferebat, timor autem Domini castus est: nam nos tanquam filios, Patrem timere docuit. Post illud tempus, quo scilicet adventus erit ejus, ibi timebunt ubi non est timor. Non timore qui ex legis comminatione oriatur, sed reverentia quæ liberos deceat.

6. *Quoniam Dominus in generatione justorum.* Qui justificantur per ejus adventum. *Consilium inopis confunditur.* Hæc dicit ad eos qui perseverant in incredulitate, et persequuntur eos qui in Christum credidere.

7. *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* Hoc duplicem continet prophetiam: non modo enim hic obsessis partam salutem annuntiat, sed etiam salutarem Christi adventum, multis post sæculis futurum. *Exsultabit Jacob.* Sanctos patriarchas et prophetas intelligit, qui summopere læti erunt, cum

prædictas ab ipsis promissiones Christus impleverit. Hæ autem erant, quæ omnium gentium salutem prænuntiabant.

1. *In finem, PSALMUS David. XIV.*

Argumentum.

Hunc canit psalmum, docens quidnam aditum homini præbeat ad illam assequendam sortem: quapropter ita orditur:

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Habitatio est commoratio temporanea, non fixam et permanentem vitam, sed transeuntem, ac cum spe transmigrationis ad præstantiora conjunctam significans. Sancti quippe viri est hanc vitam prætereundo agere, atque ad aliam transmittere. Quæ causa est ut David de se ipso dicat [92]: *Advena ego sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei.* Quis, ait, dignus erit in cœlestibus illis tabernaculis consistere? *Aut quis tabernaculum ponet in monte sancto tuo?* Postquam enim quispiam æterno illo tabernaculo dignatus fuerit, beatitudine fruetur in sæcula infinita.

2-5. *Qui incedit sine macula*, etc. Docet quibus modis beatum hujusmodi finem consecuturi sumus: primo quidem si immaculata via incedamus quæ est ipse Christus; deinde, si operemur justitiam; tertio, si cor nostrum veritatis domicilium paremus; quarto, si dolosa instructi lingua non simus; quinto, si malum proximo non inferamus; sexto, si opprobrio proximum superbe non afficiamus; septimo, si personam non accipiamus; octavo, si juramenti fidem non violemus; nono, si non feneremur; decimo, quod est omnis complementum boni, si muneribus pervii non simus. Qui horumce æquitatem ac meritum edidicerit, firmam atque immotam bonorum donationem nanciscetur.

1. *Tituli inscriptio, Davidi. XV.*

Argumentum.

Quam nunc tractamus prophetia, gentium vocationem complectitur, nec non varias inobsequentiæ accusationes adversus Israelem; itemque ipsum resurrectionis Salvatoris omnium nostrum Jesu Christi mysterium: unde arbitror canticum istud vocatum στηλογραφίαν, sive tituli aut columnæ inscriptionem fuisse, ipso Davide propheta illud ceu in columna inscribente, ad posteros transmittendum. Ejus porro verba quasi ex Christi persona canuntur. Namque ut ita sentiamus auctor nobis Petrus est [93].

Conserva me, Domine, quoniam speravi in te. Quasi assumpta humani generis persona, his Deum et Patrem alloquitur. Nec tantum pro se, sed etiam propter nos et pro nobis, utpote per œconomiam et incarnationem unus ex nobis effectus. Dominum itaque Patrem vocat, quod in forma servi fuerit. Conservari autem se postulat propter Ecclesiam quæ caro ipsius est. Caro namque ejus est Eccle-

A τριάρχας καὶ προφήτας φησὶ, τοὺς χαρᾷ χαίροντας ἐπὶ τῷ τῆς προλεχθείσης αὐτῶν ἐπαγγελίας ἀποπληρῶσαι τὸν Χριστόν. Αὗται δὲ ἦσαν αἱ τὴν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων σωτηρίαν καταστημαίνουσαι.

Εἰς τὸ τέλος ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΙΔ'.

Ὑπόθεσις.

Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν, διδάσκων τί ἂν ἄνθρωπον παρασκευάσῃ τῆς μακαρίας ἐκείνης τυχεῖν λήξεως· διὸ ἀρχόμενός φησιν·

Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; Παροικία ἐστὶ διαγωγὴ πρόσκαιρος, οὐχ ἱδρυμένην ζωὴν, ἀλλὰ παροδικὴν ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταστάσεως ὑποφαίνουσα. Ἁγίου γὰρ ἀνδρὸς παροδεύειν τὸν βίον τοῦτον, ἐπάγεσθαι δὲ πρὸς ἑτέραν ζωήν. Διὸ καὶ ὁ Δαυῒδ περὶ αὐτοῦ φησι· *Πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ καὶ παρεπίδημος, καθὼς* B *πάντες οἱ πατέρες μου.* Τίς, φησὶν, ἄξιος ἔσται ἐν ἐκείναις ταῖς οὐρανίαις γενέσθαι σκηναῖς; *Ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου;* ἐπειδὴ ἂν γάρ τις ἀξιωθῇ τῆς μακαρίας ἐκείνης σκηνῆς, εἰς ἀπεράντους αἰῶνας ἕξει τὴν μακαριότητα.

Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ τὰ ἑξῆς. Διδάσκει δι' ὧν τευξόμεθα τοῦ μακαρίου ἐκείνου πέρατος· καὶ πρῶτον μὲν εἰ τὴν ἄμωμον ὁδεύσωμεν ὁδὸν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός· ἔπειτα εἰ ἐργασώμεθα δικαιοσύνην· τρίτον, εἰ ἀληθείας οἶκον τὴν καρδίαν ποιήσωμεν· τέταρτον, εἰ δολίαν γλῶσσαν μὴ κτησώμεθα· πέμπτον τὸ μὴ κακὸν τῷ πλησίον ἐργάζεσθαι· ἕκτον τὸ μὴ ὀνειδίσαι τὸν πλησίον ὑπερηφανευόμενον· ἕβδομον C μὴ πρόσωπον θαυμάζειν· ὄγδοον τὸ μὴ παραβαίνειν ὅρκου πίστιν· ἔννατον τὸ μὴ ἐκτοκίζειν· δέκατον, ὃ καὶ τέλος ἐστὶ παντὸς ἀγαθοῦ, ἀδωροδόκητον εἶναι. Τούτων ὁ ἐκμαθὼν τὴν κατόρθωσιν ἀσάλευτον ἕξει τῶν ἀγαθῶν τὴν δόσιν.

Στηλογραφία τῷ Δαυΐδ. ΙΕ'.

Ὑπόθεσις.

Ἡ ἐν χερσὶ προφητεία περιέχει τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς ἀπειθείαις τοῦ Ἰσραὴλ ἐγκλήματα, καὶ μὴν καὶ αὐτὸ τὸ τῆς ἀναστάσεως τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ μυστήριον· ὅθεν οἶμαι καὶ στηλογραφίαν ὠνομάσθαι τὴν ᾠδὴν, ἀναθέντος αὐτὴν τοῦ προφήτου Δαυῒδ D ὥσπερ ἐν στήλῃ τοῖς μετ' αὐτόν. Ἄδονται δὲ οἱ ἐν αὐτῷ λόγοι ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ. Οὕτως γὰρ ἡμᾶς ὁ Πέτρος ἐδίδαξε φρονεῖν.

Φύλαξόν με, Κύριε, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα. Τὸ κοινὸν ὥσπερ πρόσωπον τῆς ἀνθρωπότητος ἀναλαβὼν τοὺς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα ποιεῖται λόγους· οὐχ ὑπέρ γε μᾶλλον ἑαυτοῦ, δι' ἡμᾶς δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν διὰ τὴν οἰκονομίαν. Κύριον οὖν ὀνομάζει τὸν Πατέρα διὰ τὸ ἐν τῇ τοῦ δούλου γενέσθαι μορφῇ. Φυλαχθῆναι δὲ αὐτὸν αἰτεῖ διὰ τὴν Ἐκκλησίαν, ἥ ἐστιν ἡ σὰρξ αὐτοῦ. Ἡ σὰρξ γὰρ

[92] Psal. xxxviii, 13. [93] Act. ii, 25.

αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία· φυλαχθῆναι δὲ ταύτην αἰτεῖ. Εἰκότως οὖν καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ἀναφέροιτ' ἂν ἡ φυλακή.

Εἶπα τῷ Κυρίῳ, Θεός μου εἶ σύ. Πάλιν καὶ τοῦτο προτρέπων (1) τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· δηλοῖ δὲ ἅμα καὶ τὴν ἐν πίστει δι' ὁμολογίας δικαιοσύνην. *Ὅτι τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις.* Ἀγαθάς φησιν ἐν τούτοις τὰς κατὰ νόμον προσφερομένας θυσίας· τὸ γὰρ τῆς πίστεως ῥῆμα ἐκεῖνο ἀναιρεῖ· *Μὴ φάγομαι γὰρ*, φησὶν, *κρέα ταύρων, καὶ αἷμα τράγων πίομαι;*

Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐθαυμάστωσεν ὁ Κύριος πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς. Ἁγίους εἶναί φησι τοὺς ἡγιασμένους ἐν Πνεύματι· Χριστοῦ δὲ γῆν τὴν Ἐκκλησίαν· τὸ δὲ *ἐθαυμάστωσεν* ἀντὶ τοῦ, ἐδίδαξεν· τὸ δὲ, *αὐτοῦ*, τοῦ Πατρός· ἵν' ᾖ τὸ ὅλον οὕτως· Τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πίστει γνωστὸν ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ Πατρός· διὸ καὶ καλεῖται τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος.

[*Τοῖς ἀγαθοῖς ἐν τῇ γῇ ἐθαυμάστωσεν ὁ Θεός.* Τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πίστει γνωστὸν ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, *ἐν αὐτοῖς*, τοῖς ἐν τῇ γῇ τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἢ τινων τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ γῇ, ἢ ὅτι, ἐν οὐρανῷ οἱ ἅγιοι τὸ πολίτευμα ἔχοντες, ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ διατρίβουσι, κἂν ἐν ταύτῃ ὦσιν ἔτι τῇ γῇ. *Θελήματα* δὲ Θεοῦ αἱ κατ' εἶδος ἀρεταὶ, ἃς θαυμαστοῖ ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, πλέον τι τούτων ἐχόντων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐν τῷ κατ' ἀρετὴν ἐνεργεῖν. Οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἀνδρεία ἀποστόλων καὶ μαρτύρων τῇ τῶν ἄλλως ἀνδριζομένων, οὐδὲ ἡ σωφροσύνη Ἰωσὴφ κατὰ τὰς ἑτέρων. Οὕτως δέ τις θαυμαστωθεὶς αἰσθάνεται τῆς ἰδίας ἀσθενείας, ὡς πολὺ τῆς θείας ἰσχύος καὶ τοῦ μεγέθους ἀπολιπόμενος. Ὅταν γὰρ πληθυνθῶσιν αἱ ἀσθένειαι τῶν δικαίων, ταχύνουσι πρὸς τὸν Θεὸν μετανοοῦντες.]

Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν· ὅτε εἰδωλολάτρουν. *Μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν.* Κἂν ἠσθένουν, φησὶ, τὸ πρότερον ἐν ἁμαρτίαις ὄντες, ἀλλ' οὖν ἀκούσαντες τοῦ κηρύγματος, ὠκέως ὑπήκουσαν. Τοῦτο γάρ ἐστι τό· *Ἐτάχυναν μετὰ ταῦτα*, δηλονότι εἰς τὸ ὑπακοῦσαι τῷ κηρύγματι. *Οὐ μὴ συνάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων.* Συνάγων, φησὶ, συναγωγὰς ἐκ τῶν ἐθνῶν, οὐ δι' αἱμάτων αὐτὰς συνάξω, τουτέστιν οὐ παρασκευάσω διὰ τῆς νομικῆς μοι προσέρχεσθαι λατρείας, δι' αἰνέσεως δὲ μᾶλλον καὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας. *Οὐδὲ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου.* Οὐκέτι κληθήσονται, φησὶν, εἰδωλολάτραι καὶ ἄθεοι, ἀλλὰ κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοί. Πάλαι μὲν, φησὶν, ἐπαξίας τῶν πράξεων ἐπήγοντο προσηγορίας, εἰδωλολάτραι, πολύθεοι ὀνομαζόμενοι· νῦν δὲ οὐκέτι μνησθήσομαι τῶν ὀνομάτων ἐκείνων, εὐσεβεῖς αὐτοὺς καὶ ἁγίους κλητοὺς καὶ ἐκλεκτοὺς ὀνομάζων.

sia, quam conservari postulat. Quæ conservatio ideo jure ac merito ad ejus personam referatur.

2. *Dixi Domino, Deus meus es tu.* Rursum hic secundum servi formam obsecrat: exhibetque una justitiam quæ in fide per confessionem præstatur. *Quoniam bonorum meorum non eges.* Hisce verbis bona ait esse sacrificia juxta legem oblata: quæ verbum fidei eliminat. *Nunquid manducabo enim*, inquit, *carnes taurorum, et sanguinem hircorum potabo* [94]?

3. *Sanctis qui sunt in terra ejus mirificavit omnes voluntates ejus in eis.* Sanctos ait eos qui sanctificati sunt in Spiritu: Christi terram, Ecclesiam dicit: illud, *mirificavit*, pro docuit, jacet: illud autem, *ejus*, id est Patris; ut tota sententia sic intelligatur: Sanctificatis in fide notam fecit Patris voluntatem: quare vocatur magni consilii Angelus [95].

[*Sanctis in terra mirificavit Deus.* Sanctificatis in fide notam fecit voluntatem Patris, *in eis* scilicet, qui in terra Dei, sive in Ecclesia erant; aut, aliquibus in terra sancta versantibus; aut quia sancti in cœlo conversationem habentes [96], in terra ejus degunt, etsi adhuc in hac terra versentur. *Voluntates* autem Dei sunt virtutes cujuscunque speciei, quas mirificat Deus in sanctis suis, qui, plus quam alii homines, in exercenda virtute facultatis habent. Non enim eadem fortitudo apostolorum et martyrum est, ac illa qua alii alio modo viriliter agunt, neque continentia Josephi, aliorum similis est. Atque ita quispiam mirificatus propriam sentit infirmitatem, ut divinæ virtuti et magnitudini plurimum inferior. Cum enim multiplicatæ fuerint infirmitates justorum, accedunt illi ad Deum pœnitentia moti.]

4. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum*, cum idola colerent. *Postea acceleraverunt.* Quamvis, ait, antea infirmarentur, cum in peccatis degerent, at audita prædicatione, quamprimum obtemperarunt. Nam id sibi vult illud: *Postea acceleraverunt*, videlicet quando prædicationi sunt obsecuti. *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus.* Ubi congregabo, inquit, Synagogas ex gentibus, non per sanguinem eas congregabo, id est, non curabo ut per legalem cultum me adeant, verum potius per laudes et per incruentum sacrificium. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Non ultra appellabuntur, inquit, idololatræ et athei, sed vocati et electi. Olim, condignam gestis suis nomenclaturam nacti sunt, idololatræ et polythei, id est, multos colentes deos, nuncupati. Jam vero non ulterius nominum eorum recordabor, sed pios, sanctos, vocatos, electos compellabo.

[94] *Psal.* XLIX, 13. [95] Isa. IX, 6. [96] Philipp. III, 20.

(1) In codice Ambrosiano legitur καὶ τοῦτο πρέπων, et hæc est vera lectio dum πρέπων substituatur. Mox pro δικαιοσύνην Ambr. habet δικαίωσιν. Totusque locus secundum hanc lectionem ita vertendus: *Rursum, hoc servi formam decet, exhibetque una justificationem quæ in fide per confessionem obtinetur.*

Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Eo plane modo intelligendum illud est : *Omnia subjecisti sub pedibus ejus.* Et nunc quidem animalia : sed quia vita angelicæ par in cœlo hominibus reposita est, cum ibi constitutus erit super opera manuum ejus, cœlorum et omnium quæ in illis sunt speculator erit. Beatus autem Paulus hoc etiam de Salvatore accepit [79], ut futurum in sæculo venturo. Quare ait illi Pater : *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [80]. *Oves et boves universas.* His adumbrat eos qui crediderunt ex Israel. *Insuper et pecora campi.* His gentes indicat. *Volucres cœli,* eos dicit qui in vita sua elati et superbi sunt, qui alte sentiunt, homines admodum insipientes.

10. *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!* Repetit illud, admiratione stupefactus, uti jam dixi, ob datam hominibus Dei cognitionem.

In finem, pro occultis filii, PSALMUS David. IX.

Argumentum.

Hoc psalmo ea declarat quæ latenter a Salvatore facta sunt. Multa autem illa erant occulte gesta : Nativitas scilicet secundum carnem ex Maria Virgine per Spiritum sanctum : stupendæ ac miraculis insignes virtutes : mors ipsa ac descensus in infernum, resurrectio demum ex mortuis. Hæc quippe omnia occulte ab illo gesta sunt. Abscondit enim illa etiam principibus mundi hujus. Pro hisce occultis Propheta personam gerens humanæ naturæ ingreditur gratias agens ac dicens : *Confitebor tibi, Domine.* Occultorum porro illorum revelatio mors est, atque ea quæ in inferno gesta sunt : necnon resurrectio et ascensio.

2. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo In convertendo inimicum meum retrorsum,* etc. De quibusnam confessio sit declarat. Inimicum autem ejus, mortem esse ait, quæ retrorsum convertitur, videlicet, ad non esse.

4. *Infirmabuntur et peribunt a facie tua.* Quando, ait, retrorsum mors convertetur, tum omnis adversaria potestas destruetur ; nam si ultima omnium inimica mors destruitur [81], palam est prius destrui adversarias potestates.

5. Illud : *Quoniam fecisti judicium meum et causam meam,* causam affert gratiarum actionis ; hoc autem : *Sedisti super thronum,* indicat Dei in judicando inspectionem.

6. *Increpasti gentes, et periit impius.* Intelligibiles inimicos scilicet. *Nomen eorum delesti in sæculum.* Draconem ait spiritualem, id est diabolum.

[*Increpasti gentes, et periit impius.* Draconem ait aut diabolum, quia increpatio emendationem significat. Jure quis dixerit, emendatis per aposto-

[79] Hebr. II, 8. [80] Psal. CIX, 1. [81] I Cor. XV, 26.

A *Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ.* Οὕτως καὶ τὸ, *Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ,* νοητέον. Νῦν μὲν τὰ ζῶα· ἐπειδὴ δὲ βίος ἰσάγγελος ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἐν οὐρανῷ, ἐκεῖ καταστὰς ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, θεωρὸς οὐρανῶν ἔσται καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς. Ὁ δὲ μακάριος Παῦλος καὶ τοῦτο περὶ τοῦ Σωτῆρος ἐξέλαβεν ἐν αἰῶνι τῷ μέλλοντι γενησόμενον. Διό φησι πρὸς αὐτὸν ὁ Πατήρ· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας.* Τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύοντας αἰνίττεται. *Ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου.* Διὰ τούτων τὰ ἔθνη δηλοῖ. *Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ,* τοὺς ἐπηρμένους κατὰ τὸν βίον καὶ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντας, τοὺς ἀλογωτάτους.

B *Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ!* Ἀναλαμβάνων ἀναδιπλασιάζει τὸ θαῦμα ἐκπληττόμενος, ὡς ἔφην, ἐπὶ τῇ γενομένῃ τῶν ἀνθρώπων θεογνωσίᾳ.

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ, ΨΑΛΜΟΣ *τῷ Δαυΐδ. Θ'.*

Ὑπόθεσις.

Διὰ τούτου τοῦ ψαλμοῦ τὰ κρυφίως πεπραγμένα τῷ Σωτῆρι δηλοῖ. Πολλὰ δὲ ἦν αὐτῷ τὰ κρυφίως πραττόμενα· ἥ τε ἐκ Παρθένου διὰ Πνεύματος ἁγίου κατὰ σάρκα γέννησις, αἵ τε παράδοξοι καὶ θαυματουργοὶ δυνάμεις, ὅ τε θάνατος αὐτὸς, καὶ ἡ εἰς ᾅδου κάθοδος, καὶ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσις. Ταῦτα γὰρ πάντα κρυφίως αὐτῷ πέπρακται. Ἀπέκρυψε γὰρ αὐτὰ καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ κόσμου τούτου. C Ὑπὲρ δὴ τούτων τῶν κρυφίων ὁ προφήτης ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπότητος εἰσέρχεται εὐχαριστῶν καὶ λέγων· *Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε.* (*Alius autem codex*) Ἐπισφράγισμα δὲ τῶν κρυφίων ὁ θάνατος καὶ τὰ ἐν ᾅδου πραχθέντα, ἡ ἀνάστασίς τε καὶ ἡ ἀνάληψις.

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου . . . . ἐν τῷ ἀποστραφῆναι τὸν ἐχθρόν μου εἰς τὰ ὀπίσω. Ἐπὶ τίσιν ἡ ἐξομολόγησις δηλοῖ. Ἐχθρὸν δὲ αὐτοῦ τὸν θάνατον εἶναί φησι τὸν εἰς τὰ ὀπίσω ἀποστρεφόμενον, τουτέστιν εἰς τὸ μὴ εἶναι.

Ἀσθενήσουσι καὶ ἀπολοῦνται ἀπὸ προσώπου σου. Ἐπειδὰν, φησὶν, ἀποστραφῇ εἰς τὰ ὀπίσω ὁ θάνατος, τότε δὴ καὶ πᾶσα δύναμις ἀντικειμένη D καταργηθήσεται· εἰ γὰρ ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος, δηλονότι προαναιρεθεισῶν τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων.

Ὅτι ἐποίησας τὴν κρίσιν μου καὶ τὴν δίκην μου. Τὴν αἰτίαν τῆς εὐχαριστίας ἀνταποδίδωσι· τὸ, *Ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου* τὴν εἰς τὸ κρίνειν ἐπισκοπὴν δηλοῖ τοῦ Θεοῦ.

Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής. Τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς δηλονότι. *Τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξήλειψας εἰς τὸν αἰῶνα.* Τὸν δράκοντά φησι τὸν νοητὸν, ὅς ἐστιν ὁ διάβολος.

[*Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής.* Τὸν δράκοντά φησιν, ἢ τὸν διάβολον· ἐπειδὴ ἡ ἐπιτίμησις καὶ διόρθωσιν σημαίνει. Εἴποι ἄν τις, διορ-

θωμένων τῶν ἐθνῶν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, ἀπολέσθαι τὸν ἀσεβῆ, σβεσθείσης αὐτοῦ τῆς ἐπιβωμίου κνίσσης καὶ παυθείσης. Ἐπιτιμηθέντων γὰρ τῶν ἐθνῶν, καὶ πρὸς Κύριον ἐπιστρεψάντων, ὁ ἐν αὐτοῖς ἐνεργῶν, ἅτε υἱοῖς οὖσιν ἀπειθείας, διάβολος, ἀπώλετο μετὰ τῶν νεῶν τῶν εἰδωλικῶν· οἳ ὡς πόλεις συνεῖχον τοὺς τὴν δυσσέβειαν ἀφορῶντας. Καὶ οὕτως ἀπώλοντο, ὡς μηδὲ ἴχνος ὑπολειφθῆναι. Ἔστιν ἐκλαβεῖν τοῦτο καὶ κατὰ τὴν τελευταίαν κρίσιν· τότε γὰρ τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπιτιμωμένων, καὶ ὁ διάβολος, ὁ κυρίως ἀσεβής, ἀφανίζεται. Αἱ πόλεις, τῆς ἐν αὐταῖς πάλαι πολιτευομένης ἀσεβείας καταλυθείσης, τὴν οἰκοδομίαν τῆς εὐσεβείας ἐδέξαντο.]

Τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος. Ῥομφαίας τοῦ διαβόλου τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις φησὶ, δι' ὧν ἦν ἰσχυρός. [Αἱ πόλεις αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, αἳ, ὥσπερ πόλεις ἰσχυραὶ τετειχισμέναι, τοὺς ἁλόντας αὐτῶν ἀπάτῃ ἐν αὐταῖς συλλαβοῦσαι κατεῖχον. Καὶ πόλεις ποίας λέγει ἢ ταύτας περὶ ὧν ἀλλαχοῦ λέγεται· *Ἔθηκας εἰς χῶμα πόλεις ὀχυρὰς, τοῦ πεσεῖν αὐτῶν τὰ θεμέλια;* αἵ εἰσιν, ὡς δεδήλωται, αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις.] *Ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ' ἤχου.* [Ὥστε ἐξάκουστον γενέσθαι αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν. Ἢ τὴν πανολεθρίαν φησὶν, ἢ τὸ διωλύγιον τῶν κακῶν, καὶ τὸ περιφανὲς τῆς ἀπωλείας.] Ἐξάκουστος γὰρ αὐτῶν γέγονεν ἡ ἀπώλεια.

Καὶ ἐγένετο Κύριος καταφυγὴ τῷ πένητι. [Συνεχῶς ἑαυτὸν καλεῖ πένητα καὶ πτωχὸν, καίτοι γε ἐν βασιλείοις. Ἤδει γὰρ τὰ ἀνθρώπινα πάντα σκιᾶς ἀδρανέστερα. *Εὐκαιρίαν* λέγει τὸν τῆς θλίψεως καιρόν· ἀεὶ μὲν γὰρ τῆς βοηθείας ἐπιδεόμεθα, καὶ ἐν εὐημερίαις· ἀλλὰ πλέον ἐν θλίψει τῆς συμμαχίας ἐπαισθανόμεθα.] Τῷ πτωχῷ, τῷ πνευματικῷ λαῷ φησι. *Βοηθὸς ἐν εὐκαιρίαις ἐν θλίψεσιν.* Ὡς· *Ἐν καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου.*

Ψάλατε τῷ Κυρίῳ τῷ κατοικοῦντι ἐν Σιών. Τῇ ἐπουρανίῳ, φησὶ, Ἱερουσαλήμ. *Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ.* Ταῦτα ὡς πρὸς τοὺς ἀποστόλους καὶ τοὺς τῶν Εὐαγγελίων κήρυκάς φησιν. Τίνα δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα διὰ τῶν ἑξῆς σημαίνει.

Ὅτι ὁ ἐκζητῶν τὰ αἵματα αὐτῶν ἐμνήσθη. Τὰ αἵματα, φησὶ, τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκκεχυμένα ἐκζητήσει ἐπὶ τὸ ἐκδικίας ἀξιῶσαι.

[*Οὐκ ἐπελάθετο τῆς δεήσεως τῶν πενήτων.* Πένητας πάλιν τοὺς δι' αὐτὸν πτωχεύοντάς φησιν, οἳ καὶ διὰ παντὸς τὰς πρὸς αὐτὸν ἱκεσίας ποιοῦντες, ἐκδίκησιν τῶν κατ' αὐτῶν γενομένων ἀδικιῶν παρὰ τῶν δαιμόνων αἰτοῦντες.]

Ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. Διὰ τοῦτο ἐγείρεις ἐκ γῆς ταπεινώσεως, ἵνα τῇ ἐπουρανίῳ συγχορεύσω Σιών.

[*Ἐν πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών.* Ἐν τῇ ἐπουρανίῳ Ἱερουσαλήμ. Τὸ, *ἐξαγγείλω*, ἀντὶ τοῦ, χρονίως ᾄσομαι.]

Γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν. Κρίμα γὰρ ἀληθῶς δίκαιον τὸ τοὺς κατασκευάσαντας ἀνθρώπῳ

[81] Isa. xxv, 2. [81*] Isa. xlix, 2.

A los gentilibus, periisse impium, exstincto prorsus atque deleto altarium ejus nidore. Postquam enim gentes increpatæ, et ad Dominum conversæ sunt, qui in ipsis utpote inobsequentiæ filiis vim suam exercebat, diabolus scilicet, una cum idolorum templis periit, quæ ceu civitates quædam, continebant eos qui impietatem sectabantur. Atque ita deleta sunt, ut ne vestigium quidem eorum remanserit. Potest illud de postremo quoque judicio explicari; tunc enim increpatis peccatoribus, diabolus, qui proprie impius audit, funditus peribit. Civitates porro, exstincta, quæ in ipsis ante dominabatur, impietate, ædificium pietatis susceperunt.]

7. *Inimici defecerunt frameæ in finem.* Frameas diaboli adversarias dicit potestates, quibus potens B ille est. [Civitates sunt adversariæ potestates, quæ quasi civitates prævalidæ muris instructæ, errore deceptos complectebantur. Et cujusmodi quæso civitates ait, nisi eas de quibus alibi dicitur[81], *Redegisti in pulverem civitates potentes, ita ut cadant ipsarum fundamenta?* quæ uti declaratum est, sunt adversariæ potestates.] *Periit memoria eorum cum sonitu.* [Ita ut eorum pernicies ubique pervulgetur. Aut exitium supremum dicit, sive malorum vehementiam, et perniciei conspicuitatem.] Ejus namque pernicies ultro citroque audita fuit.

10. *Et factus est Dominus refugium pauperi.* [Sese frequenter pauperem ac mendicum vocat, etiamsi in regia versaretur. Noverat enim humana C omnia vel umbris imbecilliora esse. *Opportunitatem* vocat tempus tribulationis: semper enim auxilio egemus, etiam in prosperitate: verum in ærumnis, auxiliorum usum magis experimur.] Mendico, scilicet, spirituali populo ait. *Adjutor in opportunitatibus in tribulationibus.* Ut illud: *In tempore accepto exaudivi te* [81*].

12. *Psallite Domino qui habitat in Sion.* In cœlesti, inquit, Jerusalem. *Annuntiate inter gentes studia ejus.* Hæc quasi ad apostolos et Evangeliorum præcones loquitur. Quæ porro sint ejusmodi studia in sequentibus indicat.

13. *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est.* Sanguinem, ait, pro illo effusum requiret, D ut vindictam postulet.

[*Non est oblitus clamorem pauperum.* Pauperes rursum vocat eos qui propter ipsum mendicant, qui assidue ipsum supplices rogant, postulantque ultionem injuriarum sibi ab dæmonibus illatarum.]

15. *Qui exaltas me de portis mortis.* Ideo excitas me ex terra humiliationis, ut choreas agam in cœlesti Sion.

[*In portis filiæ Sion.* In cœlesti Jerusalem. Illud porro, *annuntiem*, intelligas, assidue canam.]

17. *Cognoscitur Dominus judicia faciens*, etc. Judicium namque plane justum est, ut ii qui mortem

homini struxere, in ea ipsa re comprehendantur. Fortasse (id ait) quia ii in quos fertur judicium, judicem cognoscent tempore judicii.

A θάνατον ἐν αὐτῷ περιληφθῆναι. Τάχα ἐπεὶ καὶ οἷς τὸ κρίμα γίνεται, γνώσονται τὸν κρίνοντα ἐν καιρῷ κρίσεως.

18. *Daniel Barbarus : Convertantur peccatores in infernum.* Dæmones scilicet, et quicunque illis servierunt. *Omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.* Græci, hæretici, Judæi.

20. *Exsurge, Domine, non confortetur homo.* Precatur Unigenitum in terris illucescere ; ne superbus ille diabolus, quem in præsenti vocat hominem, supercilium ultra tollat. *Judicentur gentes in conspectu tuo.* Salutarem gentium vocationem rogat citius adesse.

Ἀνάστηθι, Κύριε, μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος. Ἐπιλάμψειν τοῖς ἐπὶ γῆς εὔχεται τὸν Μονογενῆ· ὅπως ὁ ὑψηλόφρων ἐκεῖνος διάβολος, ὃν καὶ ἄνθρωπον ἐπὶ τοῦ παρόντος καλεῖ, ἐπὶ πλείω μὴ ἐπαίρῃ τὴν ὀφρύν. *Κριθήτωσαν ἔθνη ἐνώπιόν σου.* Τὴν ἐπὶ σωτηρίᾳ γενομένην τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἐπισπεύδων εὔχεται.

21. *Constitue, Domine, legislatorem super eos.* Ecquis legislator ille, nisi qui Novi Testamenti legem nobis induxit? *Sciant gentes quoniam homines sunt.* Per ingentem dæmonum fallaciam, in jumentorum morem commutati erant, ut de illis diceretur: *Comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [33].

Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς. Καὶ
Domine, a paucis de terra divide eos. Precatur ut a paucis impii separentur, quod est ac si dividerentur. Quinam autem sunt pauci illi, nisi de quibus dictum est: *Multi quidem sunt vocati pauci vero electi* [1]?

Κύριε, ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτούς. Χωρισθῆναι τοὺς ἀσεβεῖς τῶν ὀλίγων εὔχεται, οἱονεί πως διαμερισθῆναι. Τίνες δὲ οἱ ὀλίγοι ἢ περὶ ὧν λέλεκται· *Πολλοὶ μὲν κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί*

Daniel Barbarus: Præparata est, inquit, illis occulta pœna quæ usque ad viscera penetrabit, juxta illud quod de Juda dictum est: *Et intravit maledictio quasi aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus ejus* [2].

Et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Omnibus, inquit, pretiosis potiti sunt; ideoque ita recalcitrarunt, ut prævaricarentur. *Alio modo. De absconditis tuis*, ac si diceret, quas tu pœnas occulte nosti, ego ignoro, iis imple ventres eorum, quod periphrasi dictum, pro, eos ipsos. *Saturati sunt filiis, et dimiserunt reliquias suas parvulis suis.* Omni repleti sunt iniquitate, et eam filiis transmiserunt.

[Atque ipsam reliquere parvulis filiorum suorum, scilicet usque ad abnepotes.]

15. *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo.*

D *Καὶ τῶν κεκρυμμένων σου ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν.* Πάντων, φησὶ, τῶν τιμίων ἀπέλαυσαν· διὸ καὶ ἀπελάκτισαν οὕτως, ὡς καὶ παρανομεῖν. *Τῶν δὲ κεκρυμμένων σου* ἀντὶ τοῦ, ὧν ἐν ἀποκρύφῳ τιμωριῶν ἔχεις τὴν γνῶσιν, ἐγὼ ἀγνοῶ, τούτων ἔμπλησον τὰς γαστέρας αὐτῶν, περιφραστικῶς ἀντὶ, αὐτούς. *Ἐχορτάσθησαν υἱῶν, καὶ ἀφῆκαν τὰ κατάλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν.* Πάσης, φησὶ, παρανομίας ἐπλήσθησαν, καὶ εἰς παῖδας δὲ ταύτην παρέπεμψαν.

[Καὶ ταύτην κατέλειψαν τοῖς νηπίοις τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἤγουν μέχρι ἐκγόνων.]

Ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῷ προσώ-

[1] Matth. xx, 16. [2] Psal. cviii, 18.

κῳ σου. Οὐχ ὁμοιωθήσομαι ἐκείνοις, οὐδὲ τῶν αὐτῶν, φησὶ, χορτασθήσομαι· ἀλλὰ τῆς σῆς δόξης ἐμπλησθήσομαι διὰ δικαίων ἔργων.

Εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ Κυρίου τῷ Δαυῒδ, ἃ ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐῤῥύσατο αὐτὸν Κύριος ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ, καὶ εἶπεν. ΙΖ'.

Ὑπόθεσις.

Περιέχει ὁ ψαλμὸς ἐπανάστασιν ἐχθρῶν καὶ ἐπίκλησιν εἰς συμμαχίαν Θεοῦ, καὶ κάθοδον τοῦ Μονογενοῦς καὶ ἀνάληψιν, καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τὰ κατὰ τῶν δαιμόνων πραχθέντα, καὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκβολὴν, καὶ τῶν ἐθνῶν κλῆσιν. Τὸ δὲ, *ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ*, ἀναφέροιτ' ἂν εἰς τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα.

Ἀγαπήσω σε, Κύριε, ἰσχύς μου· Κύριος στερέωμά μου καὶ καταφυγή μου. Τῶν εὐεργεσιῶν αἰσθόμενος τοῦ Θεοῦ, ὅπερ ἐστὶ μέγιστον δῶρον, ἀνατίθησιν αὐτῷ, τὴν ἀγάπην φημί· ἣν καὶ πρώτην ὁ Σωτὴρ ἐν ἐντολαῖς ἔταξεν.

Αἰνῶν ἐπικαλέσομαι τὸν Κύριον καὶ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι. Ἐνταῦθα διδασκόμεθα χάριν μὲν ὁμολογεῖν ὑπὲρ τῶν ὑπηργμένων ἀγαθῶν· αἰτεῖν δὲ πάλιν τὰ ἐνδέοντα. Εἶτα διηγεῖται τὰς παντοδαπὰς τῶν πολεμίων ἐπαναστάσεις.

Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου. Οὐδενὸς, φησὶν, ἐνταῦθα πολέμου θνητοῦ μέμνηται, ἀλλὰ δυνάμεων ἀφανῶν, ἔνδον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ κυκλουσῶν. *Καὶ χείμαῤῥοι ἀνομίας ἐξετάραξάν με. Ὠδῖνες ᾅδου περιεκύκλωσάν με· προέφθασάν με παγίδες θανάτου.* Χείμαῤῥοι ἀνομίας εἰσὶν οἱ παράνομοι λογισμοί· οὗτοι δὲ αὐτοὶ καὶ ὠδῖνες καλοῦνται χρονίζοντες ἐν ἡμῖν, καὶ πάλιν παγίδες, θανατοῦντες ἡμᾶς διὰ τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας.

Καὶ ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ. Τὰ παραχθέντα τότε ἐπὶ τῇ καθόδῳ τοῦ Κυρίου εἰσηγεῖται· πάντες γὰρ οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες ἐκινήθησαν· πᾶσά τε χώρα ἐπληροῦτο τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης. *Καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν.* Ὄρη δυνάμεις εἰσὶ πονηραὶ αἱ ἐπαιρόμεναι κατὰ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Θεμέλια δὲ αὐτῶν τοὺς ἐν βάθει λογισμούς φησιν. *Καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ Θεός.* Διότι ἐν μακρῷ αἰῶνι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἠπάτησαν διὰ τῆς πολυθέου δεισιδαιμονίας.

Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. Ὀργισθεὶς, φησὶ, κατέσβεσεν αὐτῶν τὸ πῦρ δι' οὗ πάλαι τοὺς ἀνθρώπους κατέφλεγον. Καὶ τούτου σύμβολον τὸν καπνὸν τίθησι. *Καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καταφλεγήσεται.* Ταῦτα γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἐνεργεῖ ἀφανῶς κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τὸ πῦρ αὐτῶν σβεννὺς ἑτέρῳ πυρὶ κρείττονι καὶ δυνατωτέρῳ. [Ὁρῶντες γὰρ οἱ δαίμονες τὸν Κύριον, ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἐκαίοντο ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ.] *Ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ.* Οἱ κατὰ μετουσίαν τοῦ θείου πυρὸς φωτισθέντες.

Non ero similis illis, neque iisdem queis illi satiabor: sed tua gloria per bona opera replebor.

1. *In finem puero Domini David, quæ locutus est Domino verba cantici hujus, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saul, et dixit. PSALMUS XVII.*

Argumentum.

Continet psalmus irruptionem inimicorum, et implorationem auxilii Dei; descensum Unigeniti, et assumptionem ejus, et post assumptionem, quæ contra dæmones acta sunt, ejectionem Israelis et gentium vocationem. Illud autem, *de manu inimicorum ejus et de manu Saulis*, ad spirituales hostes et horum principem referri potest.

2. *Diligam te, Domine, fortitudo mea, Dominus firmamentum meum et refugium meum.* Cum Dei senserit beneficia, quod omnium donorum est maximum offert ipsi, nempe charitatem, cui primas in præceptis Salvator detulit.

3. *Laudans invocavi Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.* Hic docemur gratiam referre de bonis quibus aucti sumus: et rursum postulare quæ desunt. Deinceps autem diversas enarrat inimicorum irruptiones.

5. *Circumdederunt me dolores mortis.* Non mortale hic bellum memorat, sed invisibiles potestates, intus animam ipsius circumdantes. *Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis.* Torrentes iniquitatis sunt pravæ cogitationes: eæ enim ipsæ dolores vocantur cum diu in nobis perseverant, et iterum laquei, quia nos per actuale peccatum enecant.

8. *Commota est et contremuit terra.* Quæ in descensu Domini evenere narrat. Omnes enim incolæ terræ commoti sunt, regio omnis ejus fama repleta est. *Fundamenta montium conturbata sunt.* Montes sunt malignæ potestates, quæ insurrexerunt adversus Dei gloriam. Fundamenta autem eorum ait profundas cogitationes. *Et commota sunt quoniam iratus est eis Deus.* Quia diuturno temporis spatio terræ incolas deceperunt per superstitiosum multorum numinum cultum.

9. *Ascendit fumus in ira ejus.* Iratus, inquit, eorum ignem quo olim homines concremabant, restinxit. Ignisque signum fumum ponit. *Et ignis a facie ejus exardescet.* Hæc enim Dei Filius contra adversarias potestates occulte operatur ignem eorum exstinguens igne alio potiore et ardentiore. [Videntes enim dæmones Dominum, in adventu ejus comburebantur a facie ipsius.] *Carbones succensi sunt ab eo.* Ii scilicet qui per participationem divino igne sunt illuminati.

10. *Inclinavit cœlos, et descendit.* Apertissime A prophetat descensum Domini, et hoc significare videtur : *Humiliavit semetipsum usque ad mortem* [4]. *Et caligo sub pedibus ejus.* Occultum in œconomia seu incarnatione adventum significat, atque Dei invisibilitatem ; ne illius verbis ad rerum corporalium cogitationem pertrahamur.

11. *Ascendit super cherubim et volavit, volavit super pennas ventorum.* Assumptionem illius hisce indicat, cherubim et pennas ventorum nubem vocat [quæ ipsum suscepit : aut adventus Christi velocitas, aut præsentiæ et auxilii illius celeritas significatur]. De qua in Actibus scriptum : *Et cum hæc dixisset, videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum* [5].

12. *Et posuit tenebras latibulum suum.* Occultam B scilicet et latentem Salvatoris cum hominibus commorationem. *In circuitu ejus tabernaculum ejus.* Tabernaculum sanctam Ecclesiam significat, in qua pollicitus est se habitaturum. *In circuitu ejus*, ait, juxta illud : *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum* [6]. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Hoc ait quia quæ de illo prænuntiarunt prophetæ obscure jacent. Qui prophetæ nubes sunt appellati.

13. *Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt.* Lumen, inquit, adventus illius, manifestas reddidit prophetias. [Quia autem comminationes in propheticis verbis habentur, eas grandine et carbonibus adumbravit. Vel, hoc modo : a prædicationis C splendore in conspectu ejus transeuntes apostoli, nubium instar mundum irrigarunt. Grandines autem supplicii genus sunt, ad ulciscendum infideles.] *Grando et carbones ignis.* His ea significat quæ post assumptionem ejus inimicis acciderunt, spiritualibus dico. Quemadmodum autem cum Israelem ex Ægyptiis liberaret, grandinem et ignem ceu pluviam demisit ; ita et cum omnes gentes ex dæmonum servitute liberaret, grandinem pluere fecit et carbones ignis. Isthæc autem fuerint ultrices virtutes : quibus intelligibiles illas Ægyptias potestates sustulit.

16. *Et apparuerunt fontes aquarum*, etc. Postquam sublati inimici fuerunt, apparuerunt fontes aquarum, salutare videlicet Evangelii verbum, quod D vere fuit orbis fundamentum : super eo namque fundati et constructi sumus. Vel hoc modo : fontes intellige sanctos prophetas, utpote qui salutarem sermonem scaturiant. Ita namque de illis scriptum est : *Et haurietis aquas cum gaudio de fontibus Salvatoris* [7]. Fundamenta item orbis terræ, Moysis sapientissimi Scripturam accipias : in ea quippe prima basim fidei et divinæ cognitionis invenimus repositam, mysterium Christi in figura gestantem, et pariter in prophetis. *Apparuerunt* igitur, quasi dicas, ostensi sunt. Aut fontes intelligas et funda-

A *Καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη.* Λευκότατα προφητεύει τὴν κατάβασιν τοῦ Κυρίου. Εἴη δ' ἂν σημαντικὸν τοῦ· *Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου. Καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.* Τὸ κρύφιον τῆς ἐν τῇ οἰκονομίᾳ πορείας δηλοῖ καὶ τὸ ἀόρατον τοῦ Θεοῦ· ἵνα μὴ δι' ὧν εἶπεν εἰς σωματικὰς ἑλκυσθῶμεν ἐννοίας.

Ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. Τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ διὰ τούτων δηλοῖ· χερουβὶμ καὶ πτέρυγας ἀνέμων τὴν νεφέλην φησὶ [ἥτις αὐτὸν ὑπέλαβεν· ἢ τὸ τῆς ἐπιφανείας ὀξὺ, τὸ τῆς παρουσίας καὶ βοηθείας τάχος] περὶ ἧς ἐν ταῖς Πράξεσι γέγραπται· *Καὶ ταῦτα εἰπὼν βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.*

B *Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ.* Τὴν ἀφανῆ καὶ λανθάνουσαν τοῦ Σωτῆρος σὺν ἀνθρώποις διατριβήν. *Κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ.* Σκηνὴν αὐτοῦ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν σημαίνει, ἐν ᾗ κατασκηνῶσαι ἐπήγγελται. *Κύκλῳ* δὲ *αὐτοῦ*, φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων.* Τοῦτό φησι διὰ τὸ ἀμαυρῶς τοὺς περὶ αὐτοῦ λόγους ἐν τοῖς προφήταις κεῖσθαι, οἵτινες καὶ νεφέλαι προσηγορεύθησαν.

Ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον. Τὸ φῶς, φησὶ, τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ φανερὰς τὰς προφητείας ἐποίησεν. [Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀπειλαὶ τοῖς προφητικοῖς ἔγκεινται λόγοις, καὶ C ταύτας διὰ τῆς χαλάζης καὶ ἀνθράκων ᾐνίξατο. Ἢ οὕτως, ἀπὸ τῆς τοῦ κηρύγματος ἐκλάμψεως ἔμπροσθεν αὐτοῦ διελθόντες οἱ ἀπόστολοι νεφελῶν δίκην τὸν κόσμον κατήρδευσαν. Αἱ δὲ χάλαζαι κολάσεων εἴδη τοὺς ἀπιστοῦντας ἀμυνόμεναι.] *Χάλαζα καὶ ἄνθρακες πυρός.* Διὰ τούτων σημαίνει τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ συμβεβηκότα τοῖς ἐχθροῖς, τοῖς νοητοῖς φημι. Ὥσπερ δὲ τὸν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγυπτίων ἐλευθερῶν χάλαζαν καὶ πῦρ ἔβρεξεν, οὕτω καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς τῶν δαιμόνων δουλείας ἐλευθερῶν χάλαζαν ἔβρεξε καὶ ἄνθρακας πυρός. Ταῦτα δὲ εἶεν ἂν τιμωρητικαὶ δυνάμεις, δι' ὧν τὰς νοητὰς αἰγυπτίας καθεῖλεν.

Καὶ ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων. Μετὰ τὴν καθαίρεσιν τῶν ἐχθρῶν ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάD των· δηλαδὴ ὁ σωτήριος τοῦ Εὐαγγελίου λόγος, ὅστις καὶ θεμέλιος τῆς οἰκουμένης γέγονεν· ἐπ' αὐτὸν γὰρ ἐπῳκοδομήθημεν. Ἢ καὶ οὕτως· πηγὰς νοήσεις τοὺς ἁγίους προφήτας, ἅτε δὴ τὸν σωτήριον ἀναβλύζοντας λόγον. Οὕτω γὰρ γέγραπται περὶ αὐτῶν· *Καὶ ἀντλήσετε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ πηγῶν τοῦ σωτηρίου.* Θεμέλια δὲ τῆς οἰκουμένης τὴν Μωϋσέως τοῦ πανσόφου Γραφήν. Κρηπῖδα γὰρ πίστεως καὶ θεογνωσίας ἐν αὐτῇ καὶ πρώτῃ τεθειμένην εὑρήκαμεν τὸ Χριστοῦ μυστήριον ἐν τύποις ὠδίνουσαν ἅμα τοῖς προφήταις. *Ὤφθησαν* τοίνυν ἀντὶ τοῦ, ἐφανερώθησαν. Ἤγουν πηγὰς νοήσεις καὶ

[4] Philipp. II, 8. [5] Act. I, 9. [6] Matth. XVIII, 20. [7] Isa. XII 3.

θεμέλια τῆς ὑπ' οὐρανὸν, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· A ἀναπηγάζουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸν σωτήριον λόγον καὶ κρηπῖδα τῇ ὑπ' οὐρανὸν κατεβάλοντο τὴν πίστιν. Πηγὰς δὲ ὑδάτων καὶ θεμέλια τῆς οἰκουμένης νοήσεις πάλιν τὸ σωτήριον βάπτισμα.

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου, Κύριε. Προσυπακουστέον τὸ, ἀνῃρέθησαν οἱ προλεχθέντες ἐχθροί. *Ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς σου.* Οὐ παραυτὰ Θεὸς κολάζει τοὺς ἁμαρτάνοντας· ἢ γὰρ ἂν ἄρδην ἀπώλοντο· προαναφωνεῖ δὲ τῆς ὀργῆς τὰς κολάσεις· *Παιδεύσω γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ ὀργῇ τῆς θλίψεως αὐτῶν.* Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐμπνέειν αὐτὸν πνεῦμα τῆς ὀργῆς αὐτοῦ.

menta orbis, sanctos apostolos : nam et ipsi salutare verbum scaturiunt, et fundamentum orbis posuerunt, fidem videlicet. Fontes item et fundamenta orbis salutarem baptismum interpretaberis.

17. *Ab increpatione tua, Domine.* Subintellige, sublati sunt prædicti hostes. *Ab inspiratione spiritus iræ tuæ.* Non autem statim cum peccant homines eos Deus punit; nam si hoc fieret, ipsi plane interirent : nam iræ supplicia longe ante prænuntiat quam infligat. Ait enim : *Corripiam eos in ira tribulationis eorum* [a]. Et in hoc dicitur inspirare spiritum iræ suæ.

Daniel Barbarus : Misit de cœlo et accepit me. Vere humanum genus servavit, de cœlo nobis sancti Spiritus donum demittens. Theodotio : *De cœlo salutem mihi tribuit.*

Προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. Ὕδατα B τοὺς πειρασμούς φησι.

[*Ἐξ ὑδάτων πολλῶν.* Ὕδατα τοὺς πειρασμούς φησι. Λέγει ὁ Δαυῒδ· *Ἔλαβέ με*, ἤτοι τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν· ἐβαπτίσθησαν γὰρ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς ὡσεὶ ψυχαὶ τρισχίλιαι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων.]

Ῥύσεταί με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου δυνατῶν, καὶ ἐκ τῶν μισούντων με. Εἰς τὰ πεπραγμένα αὐτῷ ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τῇ μετανοίᾳ μετέβη. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. Ἤδη μὲν, τῆς ἐξομολογήσεώς μου ἐπακούσας ὁ Κύριος, γέγονέ μοι ἀντιστήριγμα, μέλλοντός μου περιτρέπεσθαι καὶ μέγα πτῶμα ὑπομένειν, εἰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν εἰς παντελῆ ἐξέπιπτον ἀποστασίαν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ παντελῶς ῥύσεταί με διδοὺς ἄφεσιν τῆς ἁμαρτίας κατὰ τὸν προφητευόμε- C νον καιρὸν τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ τοῦτο ποιήσει εὐεργετῶν με ὁ Κύριος, *Ὅτι ἠθέλησέ με.* Εἰ μὴ γὰρ ἠθέλησέ με, οὐκ ἂν τὸν προφήτην αὐτοῦ πρὸς με ἀπέστειλε.

Καὶ ἀνταποδώσει μοι Κύριος. Πέπεισμαι, φησὶν, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δικαιοκρισίας αὐτοῦ, οὐ μνημονεύσας μου τὰς ἁμαρτίας, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου ἀνταποδώσει. Τὰς γὰρ ἄλλας μου πράξεις τὰς ἐν δικαιοσύνῃ ὥσπερ ζυγῷ ἀντιπαραβάλλων καὶ ἀντιστήσας τῷ ἁμαρτήματί μου, κατὰ πολὺ πλεοναζούσας εὑρήσει τοῦ γενομένου μοι ἁμαρτήματος. Διδάσκει δὲ ὁ λόγος τὸ δύνασθαι τὸν κατά τινα ἀσθένειαν ὠλισθηκότα ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν διὰ δευτέρων κατορθωμάτων.

[Δικαιοσύνην τὴν καθόλου ἀρετὴν λέγει· τὴν πρα- D κτικὴν καθαρότητα χειρῶν τὰς πρακτικὰς ἐνεργείας ἀμολύντους γενομένας τὸ ἀπὸ βελτίστης ἕξεως ἀποτελεῖσθαι.]

Assumpsit me ae aquis multis. Aquas dicit tentationes.

[*De aquis multis.* Aquas vocat tentationes. Ait David : *Accepit me*, hoc est humanam naturam : baptizata namque sunt in die Pentecostes quasi tria millia animarum ab apostolis.]

18. *Eripiet me de inimicis meis fortissimis, et ab iis qui oderunt me*, etc. Transit ad ea enarranda quæ peccati et pœnitentiæ causa egit. Quod autem ait sic intelligito. Jam mea exaudita confessione Dominus factus est mihi in fulcrum, cum proxime esset ut ego subverterer, et in magnum casum ruerem, si post peccatum in ultimam decidissem defectionem. Cæterum prorsus ille eripiet me, et dabit peccati veniam, tempore adventus ejus a prophetis prænuntiato. Idque aget Dominus beneficium mihi tribuens, *Quoniam voluit me.* Nam si me noluisset, nequaquam prophetam suum ad me misisset.

21. *Et retribuet mihi Dominus*, etc. Persuasum mihi, inquit, est, eum tempore justi judicii peccatorum meorum immemorem, secundum justitiam meam mihi retributurum. Cum enim alia mea opera in justitia edita in lance comparabit et opponet peccato meo, multum ea peccato a me perpetrato præponderare inveniet. Docetur autem cum qui infirmitate quadam lapsus sit, posse per secunda bona opera in pristinum se gradum restituere.

[Justitiam omnem virtutem dicit; puritatem manuum in agendo, inculpatas operationes, quæ ab optimo habitu et affectu procedant.]

Daniel Barbarus : Cæterum qui hæc loquitur nihil sibi tribuit; quare ad Salvatorem aiunt hæc referri, qui ex ejus persona hunc psalmum dictari dicunt : *Tentatum per omnia secundum similitudinem sine peccato* [b]. Justitiam vero vocat in universum actricem virtutem; puritatem autem manuum, actrices facultates et actiones sordium immunes, et ab optimo habitu proficiscentes. Cæterum ab omni jactantia alienas benefactorum suorum causas Deo tribuit. Vias autem mandata intelligit. Non impie autem se gerit ab eo, quicunque veritatis dogmata et assertiones probe ac recte explicat.

[a] Ose. VII, 12. [b] Hebr. IV, 15.

22. *Daniel Barbarus : Nec impie gessi a Deo meo.* Justis enim qui prompte illi parent mercedem rependit : ille autem non se impie gerit qui vera dogmata suscipit.

[*Quoniam omnia judicia*, etc. Qui lapsi sunt oportet ut repetitis bonis operibus ad meliorem se frugem recipiant. Etsi autem investigari non queant judicia ejus, atque abysso consimilia sint, quia scilicet incomprehensibilia sunt ; verumtamen omnia religioso viro præsentia sunt.]

A [*Ὅτι πάντα τὰ κρίματα*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὀλισθηκότας ἀναλαμβάνειν δεῖ ἑαυτοὺς διὰ δευτέρων κατορθωμάτων. Εἰ καὶ ἀνεξερεύνητα δὲ καὶ τὰ κρίματα καὶ ἀβύσσῳ ἐοικότα διὰ τὸ ἀκατάληπτον, ἀλλ' οὖν πάντα ἐνώπιόν ἐστι τοῦ θεοφιλοῦς.]

23. *Daniel Barbarus : Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo.* Qui secundum Deum homo est, divinum timorem ante oculos continenter habens, cum fiducia et libertate coram Deo agit. Judicia Dei si inquirantur, inscrutabilia sunt et abyssus multa, quoniam propter obscuritatem comprehendi nequeunt. Fieri tamen haud potest, ut qui judicia Dei præ oculis habet, ægre ferat Dei providentiam, et judicio Dei cuncta disponi : nam vel ex ipso judicii nomine justum esse judicium cognoscitur : jus enim dat. Vel justitiam dicit, cum omnia judicia quæ citra justitiam fiant, eo additamento nominentur, ut non judicia, sed judicia perversa dicantur. Propterea dictum est, *Egrediatur judicium perversum* [10]. *Et justitias ejus non repuli a me.* Adhæreo, inquit, justitiis Dei. Ab illis enim recedunt, qui eas non amplectuntur. Justitiæ vero hoc loco dicuntur, quæ justitiæ causa et æquitatis lege sancita sunt, ut illud : *Si emas servum Hebræum* [11], et reliqua ; nam prius dixerat : *Hæc sunt judicia quæ propones eis* [12]. Verum cum justitias una cum judiciis nominet, purgatos ac probatos Dei sermones hæ justitiæ significare possunt. Qui sermones cum judicantur, nec argui nec perverti possint, judicia nuncupantur. Justorum quoque cogitationes ponderatæ et probatæ diligenter, cum similes æquilibrio sint, judicia merito dici possunt.

Daniel Barbarus : Et justificationes ejus non recesserunt a me. Mandata intelligit per justificationes, et decedunt ab illis qui ea non admittunt.

26. *Cum sancto sanctus eris.* Merito tuis me beneficiis dignatus es : nam sanctus cum sis, nosti cum sancto sanctificari. Si enim in peccato perseverassem, et in ruinam funditus lapsus essem, novi te quoque magnum judicem, de peccato meo æquum judicium pronuntiaturum fuisse. At quando custodivi vias tuas, ideo tu qui cum sancto sanctus es et cum innocente innocens, nequaquam rem disposuisti secundum illum perniciosum statum in quo certo tempore versatus sum, sed secundum vitam quæ exinde subsecuta est, et vitam in justitia actam, promeritam mihi retributionem in tribunali illo tuo largieris.

B *Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ.* Εἰκότως κατηξίωσάς με τῆς σῆς εὐεργεσίας· ἐπειδήπερ, δίκαιος ὤν, οἶδας μετὰ ὁσίου ὁσιοῦσθαι. Εἰ γὰρ ἤμην ἐναπομείνας τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ παντελῆ διαστροφὴν ὑπομείνας, οἶδα, ὅτι καὶ σὺ αὐτὸς ὁ μέγας κριτὴς τῇ ἐμῇ ἁμαρτίᾳ κατάλληλον ἐπήγαγες τὸ σαυτοῦ κρίμα. Ἐπειδὴ δὲ ἐφύλαξα τὰς ὁδούς σου, τούτου χάριν ὁ μετὰ ὁσίου ὁσιούμενος καὶ μετὰ ἀθώου ἀθωούμενος, οὐ κατὰ τὴν ἐν καιρῷ τινι γεγενημένην μοι διαστροφὴν ἡρμόσω, κατὰ δὲ τὴν μετὰ ταῦτα ζωήν, καὶ τὸν ἐν δικαιοσύνῃ μου βίον τὴν ἀμοιβήν μοι παρέξεις ἐν τῷ σῷ δικαστηρίῳ

28. *Quoniam tu populum humilem salvum facies.* Ad chorum mittit apostolorum. *Et oculos superborum humiliabis.* Hoc tendit in Scribas et Pharisæos.

C *Ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν σώσεις.* Ἐπὶ τὸν χορὸν ἀναπέμπει τῶν ἀποστόλων. *Καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων ταπεινώσεις.* Τοῦτο εἰς τοὺς Φαρισαίους καὶ γραμματεῖς τείνει.

29. *Quoniam tu illuminabis lucernam meam, Domine.* Mentem ait. *Deus meus, illuminabis tenebras meas* ; ignorantiam, inquit, meam dissipabis.

Ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε. Τὸν νοῦν φησιν. *Ὁ Θεός μου, φωτιεῖς τὸ σκότος μου.* Τὴν ἄγνοιαν, φησί, τὴν ἐν ἐμοὶ διασκεδάσεις.

30. *Quoniam in te eripiar a tentatione, et in Deo meo transgrediar murum.* Quia comprehenderunt me, inquit, inimici mei, ut me circumsisterent.

[Tentationem etiam vocat voluptatem, et murum, diabolum.]

Ὅτι ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι ἀπὸ πειρατηρίου, καὶ ἐν τῷ Θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος. Ὅτι περιέλαβόν με οἱ ἐχθροί μου, φησίν, εἰς τὸ ἀποκλεῖσαι.

[Πειρατήριον δὲ καὶ λέγει τὰς ἡδονάς, καὶ τεῖχος τὸν διάβολον.]

31. *Deus meus, impolluta via ejus*, etc. Hæc dicens, ingratitudinem, perfidiam, immorigerum animum, et duritiem cordis ingratorum et sceleratorum Judæorum carpit. Quoniam Salvatorem nostrum Christum reprehenderunt, quasi contra divinam legem ageret. Dicta namque illius, quasi blasphema conviciis et calumniis impetebant, mutuo

D *Ὁ Θεός μου ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ.* Ἐνταῦθα, φησί, τὴν ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν κακίαν καὶ τὴν ἀπειθῆ γνώμην καὶ τὴν σκληρότητα τῶν ἀγνωμόνων καὶ ἀχαρίστων καὶ σκληροκαρδίων Ἰουδαίων καταμέμφεται. Ἐπειδὴ ἐπελαμβάνοντο τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ὡς παρὰ τὸν θεῖον πράττοντος νόμον. Καὶ μὴν καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ ἐλοιδόρουν καὶ διέβαλλον

[10] Habac. I, 4. [11] Exod. XXI, 2. [12] ibid. 1.

ὁ; βλασφήμων, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, ὅτι *Βλασφημεῖ. Τίς γὰρ δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας;* Ἐκ πονηρᾶς συνειδήσεως καὶ κακοῦ λογισμοῦ ταῦτα πρὸς τὸν τῶν ὅλων Κύριον καὶ Θεὸν διανοούμενοι, καὶ λογιζόμενοι ἃ διελογίζοντο.

[*Τὰ λόγια αὐτοῦ πεπυρωμένα.* Καὶ τὰ περὶ τουτου λόγια αὐτοῦ ὡς τὸ πεπυρωμένον ἀργύριον, καθαρὰ πάσης μέμψεως, βεβασανισμένα, δεδοκιμασμένα.

Ὅτι τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Κυρίου; ἢ τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ Λόγος μόνος Θεὸς ἀληθής, διὸ καὶ Μονογενής, διὰ τὸ μόνος εἶναι Θεὸς ὡς ὁ Πατήρ. Εἰπὼν δὲ περὶ Χριστοῦ, ὡς φύσει Θεὸς, νῦν λέγει, *Ἢ τίς Θεός;* μόνον εἶναι λέγων, κατ' αὐτὸν, τὸν Πατέρα. Ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ· οὐ γάρ ἐστι Θεὸς ἕτερος, ἵνα ὁ μὲν τούτῳ, ὁ δὲ ἐκείνῳ παράσχῃ τὴν αἴτησιν. Ἴσως δὲ καὶ ἐκ παραλλήλου τοὺς δύο προηνέγκατο στίχους· οὕτω, φησὶν, ὁ ἀληθὴς Θεὸς, ὡς ἐπεποίθειν, ἐν μὲν τῷ νικᾷν δύναμιν περιεζώννυε, καὶ ἀβλαβῆ μοι τὴν περὶ τὰ πρακτέα ἐτίθει ὁδόν.]

Ὁ Θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν. Ὅμοιον τὸ εἰρημένον· *Ἕως οὗ ἐνδύσησθε ἐξ ὕψους δύναμιν. Καὶ ἔθετο ἄμωμον τὴν ὁδόν μου.* Τουτέστι διὰ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἄμωμόν με παρεσκεύασε τρέχειν ὁδόν.

Καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἱστῶν με. Τουτέστι τὰ ἄνω διδάσκει φρονεῖν.

[*Καταρτιζόμενος τοὺς πόδας μου.* Ἀναλωτικοὶ γὰρ οἱ ἅγιοι τῶν ἰοβόλων παθῶν· ἔλαβον γὰρ δύναμιν κατὰ τῶν νοητῶν ὄφεων, καὶ διὰ τοῦτο ἐλάφοις παρεικάζονται· καὶ αὗται γὰρ ἀναλωτικαὶ τῶν αἰσθητῶν ὑπάρχουσιν ὄφεων· *Ὡσεὶ ἐλάφου*· ἔλαβον γὰρ ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.]

Διδάσκων χεῖράς μου εἰς πόλεμον. Εἰς εὐχὴν γὰρ αὐτὰς ἐκτείνων περιγίνομαι τῶν δυσμενῶν. *Καὶ ἔθου τόξον χαλκοῦν τοὺς βραχίονάς μου.* Τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἀνδρικὰς δίκην τόξου χαλκοῦ κατασκευάσας. Διὰ μὲν τοῦ χαλκοῦ τὸ εὔτονον δείκνυσι καὶ τὸ ἄτρωτον, διὰ δὲ τοῦ τόξου τὸ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων συμβολικῶς βραχιόνων ἀφίεσθαι βέλη.

[*Διδάσκων χεῖράς μου εἰς πόλεμον.* Ἐπιτευκτικὸν εἶναι κατὰ τὴν μάχην διδάσκων, καὶ τιθεὶς τοὺς βραχίονας ὡς τόξον, ὡσανεὶ χαλκοῦς ποιῶν κατὰ τὴν ἰσχὺν τούτους. Ἢ λέγει τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἀνδρικὰς δίκην τόξου χαλκοῦ κατεσκεύασεν. Ὁ χαλκὸς σύμβολόν ἐστι πρακτικῆς· *Διέφθειρε γὰρ*, φησὶ, *τὸν χαλκόν σου*, φησὶν ὁ Ἰεζεκιὴλ πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ.]

A dicentes : *Hic blasphemat : quis enim potest dimittere peccata* [13]? Ex prava scilicet conscientia, et mala cogitatione hæc contra Dominum ac Deum universorum in mente versabant et cogitabant.

[*Eloquia ejus igne examinata.* Et eloquia ejus ad rem istam, de qua agimus, pertinentia, quasi argentum igne purgatum, nulli reprehensioni obnoxia, probata et examinata.

32. *Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?* Nam Dei Verbum solus Deus verus est, propterea que Unigenitus, quia solus Deus est sicuti et Pater. Postquam autem de Christo, ut natura Deo, locutus est; nunc ait, *Aut quis Deus?* Solum aiens Deum Patrem secundum seipsum. Nobis autem unus Deus est B Pater; non enim est alius Deus, ut iste quidem illi, alius illi vota concedat. Fortassis comparative duos versus protulit : sic, inquit, est verus Deus, uti confidebam, vincendo fortitudinem induit, et securam mihi ad recte agendum viam munivit.]

33. *Deus qui præcinxit me virtute.* Simili huic est dictum illud : *Donec induamini virtute ex alto* [14]. *Et posuit immaculatam viam meam.* Id est, per evangelica præcepta immaculatam viam currendam mihi munivit.

34. *Et super excelsa statuens me.* Id est, docet me superna sentire.

[*Qui perfecit pedes meos.* Sancti quippe venenosas C passiones absumunt, accepta scilicet virtute contra intelligibiles serpentes, quare cervis comparantur; nam illi quoque serpentes, qui sub sensum cadunt, absumunt, *tanquam cervi* : siquidem potestatem acceperant calcandi super serpentes et scorpiones et omnem virtutem inimici [15].]

35. *Qui docet manus meas ad prælium.* Eas enim ad orandum extendens adversariis superior evado. *Et posuisti arcum æreum brachia mea.* Virtutes illas animæ robustas, ceu arcum æreum adornasti. Per æs autem robur et impenetrabilitatem significat; per arcum vero, indicat per brachia nostra symbolice emitti tela.

D [*Qui docet manus meas ad prælium.* Id est, qui docet quo pacto ad pugnam instructum esse opus sit, et brachia velut arcum constituit, et quasi ænea quoad robur efficit. Vel significat, facultates animi viriles quasi arcum æneum adornavit. Æs symbolum est virtutis agendi : *Æs tuum corrupit*, ait Ezechiel ad Jerusalem [16].]

Daniel Barbarus : Brachia mea. Manus et brachia sunt virtutes, quæ intellectuales hostes jaculantur et expugnant. Maxima vero manus est eleemosyna, quæ pauperum amatores omni materia fortiores reddit : nunquam enim infirmantur brachia miserentis.

Καὶ ἔδωκάς μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας. Ὑπερήσπισάς μου, φησὶ, διὰ τοῦ σωτηρίου σου. Τοῦτο δέ ἐστιν ἡ τῆς οἰκονομίας ἐπιδημία.

36. *Et dedisti mihi protectionem salutis.* Protexisti me, inquit, per salutare tuum. Hoc autem significat œconomiæ adventum, sive incarnationem.

[13] Marc. II, 7. [14] Luc. XXIV, 49. [15] Luc. X, 19. [16] Ezech. XVI, 36.

A [*Et disciplina tua correxit me.* Disciplinam evangelicam dicit; aut disciplinam, institutionem scilicet quæ ex lege accipitur : qui mihi, inquit, nulla non beneficia contulisti, dedisti quoque leges; quibus, ut oportet, instituimur. Cum enim, ait, lege edidicerim, non oportere injuriam facere, ab ea abstinui. Verum ne ob æquitatem hujusmodi, quid mihi mali eveniat, idoneum mihi mali auxilium afferas, *latitudinem* tribuens, vel disciplinam institutionis causa datam dicit, secundum illud, *Accipe disciplinam* [17]; vel laboriosum vivendi institutum, secundum illud, *Ne varvivendas disciplinam Domini* [18].]

[*Καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με.* Παιδείαν τὴν εὐαγγελικὴν λέγει · ἢ παιδείαν τὴν ἐκ νόμου φησὶ παίδευσιν · οἷον διὰ πάντων με, φησὶν, εὐεργετῶν δέδωκας καὶ νόμους, δι' ὧν ἐπαιδευόμην τὸ δέον. Μανθάνων γὰρ ἐκεῖθεν ὡς οὐ δεῖ ἀδικεῖν, ἀπειχόμην τούτου. Ἀλλ' ἵνα μὴ βλάπτωμαι πάλιν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπιεικείας, ἱκανὴν περιέχῃς βοήθειαν, πλατυσμὸν παρεχόμενος, ἢ παιδείαν τὴν παιδευτικὴν λέγει διδασκαλίαν, κατὰ τό · *Ἐπιλάβου παιδείας* · ἢ τὴν ἐπίπονον ἀγωγὴν, κατὰ τό · *Μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου.*]

Daniel Barbarus : Hoc autem est adventus providentiæ, ac dispensationis, quo me collapsum erexisti, et quam magnum malum sit peccatum ostendisti, et salute dignum fecisti. Salutare autem et salus Christus est, quem pro nobis pugnaturum Pater amandavit.

B *Et dextera tua suscepit me.* Dextera Patris Filius. *Et disciplina tua correxit me in finem.* Evangelica scilicet doctrina. *Et disciplina tua ipsa me docebit.* Illud : *Et disciplina tua ipsa me docebit*, Theodotionis est. Cujus loco Septuaginta habent : *Et disciplina tua correxit me in finem.*

37. *Dilatasti gressus meos*, etc. Statuisti enim supra petram pedes meos, quæ est fides nostra. *Et non sunt infirmata vestigia mea.* Sublatis namque offendiculis et laqueis, quæ paraverunt inimici, viam et aditum nobis munivit.

[*Dilatasti gressus meos.* Remotis, inquit, offendiculis et laqueis, quæ mihi struxerant inimici, liberam mihi viam parasti. Gressus autem vocat, quatenus C a malitia ad virtutem quis pertransit, quod quidem sub initium laboriosum et asperum iis est, qui in via angusta gradiuntur ; at in profectu dilatatur. Nam quia post virtutis labores, quietem nacturus sum, id sane vestigia confirmat mea. Statuit namque super petram pedes nostros.]

38. *Persequar inimicos meos.* Tanquam divina gratia ad cursum adornatus, de victoria confidit.

39. *Confringam illos, nec poterunt stare.* Frangit inimicos animus passionibus vacuus.

40. *Et præcinxisti me virtute.* Summam victoriæ rursum fortitudinem tribuenti Deo ascribit.

41. *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.* Id est, in fugam vertisti. Proprium namque fugientium D est terga dare : et sane terga dant inimici nostri dæmones, cum non ulterius cogitationes turbulentas animæ immittere valent. *Et odientes me disperdidisti :* Saulem, Achitophelem, Abessalonem et sexcentos alios.

42. *Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret*, etc. Hæc de inimicis sensibilibus ait, quasi ex persona Domini. Neque enim alienigenæ deos suos in subsidium vocantes, eorum providentia et cura adjuti sunt : neque Saul, Abessalom, Semei et reliqui

Καὶ δεξιά σου ἀντελάβετό μου. Δεξιὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός. *Καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος.* Ἡ εὐαγγελικὴ δηλονότι διδασκαλία. *Καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει.* Τὸ, *Καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει*, Θεοδοτίωνός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, *Ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος*, εἰρημένου τοῖς Ἑβδομήκοντα.

Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου. Ἔστησας γὰρ ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, ἥτις ἐστὶν ἡ πίστις ἡμῶν. *Καὶ οὐκ ἠσθένησαν τὰ ἴχνη μου.* Περιελὼν γὰρ τὰ σκάνδαλα καὶ τὰς παγίδας, ἃς κατεσκεύαζον οἱ ἐχθροὶ, κατήρτισεν ἡμῖν τὴν πορείαν.

[*Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου.* Περιελὼν φησι τὰ σκάνδαλα καὶ τὰς παγίδας ἃς κατεσκεύαζον οἱ ἐχθροὶ, ἐλευθέραν μοι τὴν πορείαν ἐποίησας. Διαβήματα λέγει καθὸ ἐκ κακίας πρὸς ἀρετὴν διαβαίνει τις, ἃ κατ' ἀρχὰς μὲν ἐπίπονά ἐστι τῷ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύοντι · τῇ δὲ προκοπῇ πλατύνεται. Τῷ γὰρ μετὰ τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους ἀνάπαυλαν δέχεσθαι ἰσχυροποιεῖται τὰ ἴχνη · ἔστησε γὰρ ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας ἡμῶν.]

Καταδιώξω τοὺς ἐχθρούς μου. Ὡς κατεσκευασμένος διὰ τῆς θείας χάριτος εἰς δρόμον, περὶ τῆς νίκης θαῤῥεῖ.

Ἐκθλίψω αὐτοὺς, καὶ μὴ δύνωνται στῆναι. Ἔκθλιψιν τῶν ἐχθρῶν ἡ ἀπάθεια κατεργάζεται.

Καὶ περιέζωσάς με δύναμιν. Πάλιν τὸ πᾶν τῆς νίκης τῷ δεδωκότι τὴν ἰσχὺν ἀνατίθησι.

Καὶ τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον. Ἀντὶ τοῦ εἰς φυγὴν ἔτρεψας. Ἴδιον γὰρ τῶν φευγόντων νῶτα διδόναι. Νῶτα δὲ διδόασιν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν δαίμονες μηκέτι λογισμοὺς ἐμπαθεῖς ἐμβαλεῖν δυνάμενοι τῇ ψυχῇ. *Καὶ τοὺς μισοῦντάς με ἐξωλόθρευσας.* Τὸν Σαοὺλ, τὸν Ἀχιτόφελ, τὸν Ἀβεσσαλὼμ, καὶ μυρίους ἑτέρους.

Ἐκέκραξαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ σώζων. Ταῦτα περὶ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν φησιν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου. Οὔτε γὰρ ἀλλόφυλοι τοὺς οἰκείους καλοῦντες εἰς ἐπικουρίαν θεοὺς τῆς παρ' αὐτῶν προνοίας ἀπέλαυσαν, οὔτε ὁ Σαοὺλ καὶ Ἀβεσσαλὼμ καὶ ὁ Σε-

[17] Prov. xix, 20. [18] Prov. iii, 11.

μεὶ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν πολέμιοι τὸν Θεὸν ἐσχήκασι σύμμαχον.

Καὶ λεπτυνῶ αὐτοὺς ὡσεὶ χοῦν. Φροῦδοι, φησί, γενήσονται παντελῶς τῆς σῆς μοι χάριτος συνεργούσης.

Ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ. Ἔτι τοῦ Κυρίου τὸ πρόσωπον ἀποστρεφομένου μὲν δι' ἀπείθειαν τῶν Ἰουδαίων, αἰτοῦντος δὲ τὰ ἔθνη εἰς κληρονομίαν αὐτοῦ. *Καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν.* Ἀλλ' οὐκ ἴσμεν τὸν Δαυῒδ τῶν ἐθνῶν βασιλεύσαντα· οὐκοῦν διὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τεχθέντος ἡ προφητεία πληροῦται. Ὁ γὰρ ἐκ Δαυῒδ κατὰ σάρκα τεχθείς, Δαυῒδ καὶ αὐτὸς ὀνομαζόμενος κατὰ τὸν θεῖον Ἰεζεκιήλ, ὁ Δεσπότης, λέγω, Χριστὸς, πάντων ἐβασίλευσε τῶν ἐθνῶν· ἀεὶ μὲν ὡς Θεὸς τῶν ἁπάντων δεσπόζων, μετὰ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ τὴν ἐθελούσιον τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων δουλείαν δεξάμενος.

Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι. [Τοῦ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· ἀποστρεφόμενος γὰρ τοὺς ἀπειθεῖς Ἰουδαίους, αἰτεῖ τὰ ἔθνη εἰς κληρονομίαν.] Οὐκ ἀγνοίας ἐστὶ σημαντικὸν, πάντα γὰρ οἶδεν ὡς Θεός· ἀλλ' ὅτι οἱ κατὰ καιροὺς τὴν οἰκειότητα τὴν πρὸς ἐμὲ μὴ λαχόντες ἀλλότριοι ἂν εἶεν καὶ ξένοι καὶ πόῤῥω τῆς ἐμῆς ἀπέχοντες οἰκειότητος.

Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό με. Ὁ κληθεὶς υἱὸς πρωτότοκος Ἰσραὴλ ἀλλότριος ἐκλήθη διὰ τὴν ἀπιστίαν υἱός. *Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν.* Πᾶν τὸ παλαιούμενον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ.

Ζῇ Κύριος, καὶ εὐλογητὸς ὁ Θεός μου. Εὐκαίρως τὸ, *Ζῇ Κύριος* ἐπεφώνησεν. Ἐπειδὴ ἐμνημόνευσεν τῆς ἀντιλογίας τοῦ λαοῦ, ἐν ᾗ ἐβόων λέγοντες *Αἶρε, αἶρε· σταύρωσον αὐτόν. Καὶ ὑψωθήτω ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου.* Εἰ καὶ *ἐταπείνωσεν ἑαυτόν*, φησί, *λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν*, ἀλλ' ὑψηλός ἐστιν. Ὅμοιον δὲ τῷ εἰρημένῳ τὸ, *Ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.*

Ὁ Θεὸς ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοί. Ἐκ τοῦ ἀπίστου λαοῦ τῶν Ἰουδαίων δηλονότι. *Καὶ ὑποτάξας λαοὺς ὑπ' ἐμέ.* Τὰ ἔθνη, φησὶν, ὑπετάγησαν τῷ Χριστῷ. *Ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχθρῶν μου.* Τῶν ἀρχόντων τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ λαοῦ φησιν.

Ἀπὸ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμέ. Τοῦ Ἰούδα λέγει.

[*Ὁ ῥύστης μου ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ὀργίλων.* Ἐκ τοῦ λαοῦ ἀπίστου. Ὀργίλοι ἐχθροὶ ὁ Ἰουδαϊκὸς λαὸς Σαμαρείτην αὐτὸν κερτομοῦντες. Ἀνὴρ δὲ ἄδικος ὁ Ἰούδας, ἢ Πιλᾶτος, ἀναιτίως κολάσας. Διὰ τοῦτο ἢ διὰ τὰς εἰς ἐμὲ εὐεργεσίας εὐχαριστήσω σοι ἐπὶ πάντων εἴτε Ἰουδαίων εἴτε ἐθνῶν, καὶ ἐν ὕμνοις ᾄσω τὸ ὄνομά σου.]

Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, Κύριε. Ἐπειδὴ τὰ καὶ τὰ εἰργάσω, ἐγώ, φησὶν ὁ προφήτης, ἐπειδὰν σὺ αὐτὸς ὁ Κύριος τὰ ἔθνη καλέσῃς,

[19] Joan. XIX, 15. [20] Philipp. II, 8. [21] ibid. 9.

(4) Hæc Origeni tribuuntur in Reg. 1.

Israelitarum hostes, Deum opitulatorem habuerunt.

43. *Et comminuam eos ut pulverem.* Vacui, inquit, erunt, tua mihi gratia fortiter auxiliante.

44. *Eripe me de contradictionibus populi.* Domino scilicet adhuc faciem avertente ob Judæorum inobsequentiam, postulante autem gentes in hæreditatem suam. *Constitues me in caput gentium* (4). (Et tamen nescimus Davidem gentibus imperasse.) Per eum itaque, qui ex Davide secundum carnem ortus est, impletur prophetia. Nam qui ex Davide secundum carnem natus est, et ipse David vocatus juxta divinum Ezechielem, nempe Dominus Christus, omnibus gentibus imperavit. Et quidem ut Deus omnibus semper imperat; postquam autem homo factus est, voluntariam credentium in ipsum servitutem subiit.

45. *Populus quem non cognovi servivit mihi.* [Ipsius Christi, qui, repulsis Judæis ut inobsequentibus, postulat gentes in hæreditatem.] (5) Non est hæc ignorantiæ nota: cuncta enim novit utpote Deus. Sed quoniam, ait, qui per diversa tempora nulla mihi necessitudine juncti erant, alieni et extranei jure dicantur, atque a mea familiaritate longe remoti.

46. *Filii alieni mentiti sunt mihi.* Israel, qui primogenitus vocabatur, alienus filius ob incredulitatem dictus est. *Filii alieni inveterati sunt.* Omne inveteratum, proximum interitui est.

47. *Vivit Dominus, et benedictus Deus meus.* Opportune illud, *Vivit Dominus*, vociferatus est. Quia commemoravit contradictionem populi, qua clamabant: *Tolle, tolle, crucifige eum* [19]. *Et exaltetur Deus salutis meæ.* Etiamsi, *humiliavit semetipsum*, inquit, *forma servi accepta* [20], excelsus nihilominus est. Simile autem huic dictum est: *Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen* [21].

48. *Deus qui das vindictas mihi.* Videlicet adversus infidelem populum Judæorum. *Et subdis populos sub me.* Gentes, inquit, Christo subditæ fuerunt. *Liberator meus de inimicis meis.* De principibus Israelitici populi.

Ab insurgentibus in me. Judam ait.

[*Liberator meus de inimicis meis iracundis.* A populo infideli. Inimici iracundi sunt Judaicus populus, qui quasi Samaritano illi maledicebant. Vir autem iniquus est Judas, aut Pilatus qui sine causa ipsum supplicio affecit. Propterea, aut propter tua erga me beneficia, gratias agam tibi in omnibus nationibus, sive Judæis sive gentibus, et hymnis celebrabo nomen tuum.]

Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine. Cum tu, Domine, ait Propheta, hæc et illa mihi præstiteris, quando tu ipse Dominus gentes vocave-

(5) In Colb. 3, hæc tribuuntur Cyrillo.

ris, per eas confitebor ego tibi, canentibus illis hymnos quos edidi. Non modo autem hoc erit, sed etiam magnificabo salutes regis eorum, scilicet gentium. Quam salutem operatus est in medio terræ. *Magnificabo*, id est, perspicue omnibus acclamabo. Nam eam, inquit, salutem operatus est, cum misericordia in sibi unctum populum est usus : siquidem in regale sacerdotium uncti sumus. Ubi autem eam populo quam mihi Davidi misericordiam feceris, idipsum quoque ad semen meum pervenire concedes. Semen quippe David est etiam gentium populus, quippe qui filius ejus effectus sit, qui ex semine David secundum carnem natus est.

I. *In finem PSALMUS Davidi. XVIII.*

Argumentum.

Initialem complectitur doctrinam hic psalmus ex persona apostolorum ad gentes. Quamobrem cœlum et solem et reliqua elementa, quos magnos illæ deos esse arbitrabantur, opificem laudare suum dicuntur.

2. *Cœli enarrant gloriam Dei.* Simile est hoc illi : *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur : sempiterna quoque ejus virtus et divinitas* [22].

3. *Dies diei eructat verbum, et nox*, etc. Dies, inquit, et nox, mutuo sibi spatium concinno et congruenti ordine ad cursum concedentes, ipsis rebus creatorem suum prædicant.

4. *Non sunt loquelæ neque sermones*, etc. Cum interpunctione legendum. Nam ex adverso interrogans clausulam distinguit, quod autem per interrogationem opponitur est illud : et nihilne loquuntur ? Quapropter dicit : Annon aliquæ res sunt, quæ licet nullam emittant vocem, artificem denuntiant ? Enimvero ex pulchre adornata navi, fabri peritia dignoscitur : et similiter de reliquis. Prædicta itaque opificia a magnitudine, pulchritudine, concinnitate opificem prædicant : ita ut eorum prædicatio omnem pervadat orbem.

6. *In sole posuit tabernaculum suum.* In sole posuit, inquit, tabernaculum sive domum. Ubinam autem posuit nisi in cœlo et in firmamento supra memoratis ? Hanc porro domum, lectum item vocavit. Ut autem dies et nox pulchro illo ordine et consensu prædicant opificem, ita et sol quod quadam concinnitate cursum [1] conficiat iubentis potentiam declarat.

8. *Lex Domini immaculata convertens animas.* Evangelica scilicet. Ethnici utpote qui jam ex prædictis elementis edidicerint unum opificem esse, docentur demum evangelicam legem ; ita ut omnium gentium animæ ad veritatem convertantur. *Testimonium Domini fidele sapientiam præstans parvulis.* Testimonium scilicet quod de se ipse Salvator reddidit ; et : *Ego lux in mundum veni* [23]; et : *Ego ex Patre exivi et venio* [24]; et : *Ego sum vita* [25].

A δι' αὐτῶν σοι ἐξομολογήσομαι, ᾀδόντων αὐτῶν οὓς πεποίηκα ὕμνους. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μεγαλυνῶ, φησὶ, τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτῶν τῶν ἐθνῶν· ἣν ἐποίησε σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς. *Μεγαλυνῶ*, τουτέστι τοῖς πᾶσι διαβοήσω λαμπρῶς. Ἐπειδὴ καὶ ταύτην εἰργάσατο, φησί. ποιῶν ἔλεον ἐπὶ τὸν χρισθέντα αὐτοῦ λαόν· εἰς βασίλειον γὰρ ἱεράτευμα ἐχρίσθημεν. Ποιῶν δὲ τῷ λαῷ τὸ ἔλεος καί μοι τῷ Δαυῒδ, παρασκευάσεις γενέσθαι αὐτῷ καὶ τῷ σπέρματί μου. Σπέρμα γὰρ τοῦ Δαυῒδ καὶ ὁ ἐξ ἐθνῶν λαός· ἅτε δὴ γεγονὼς τέκνον τοῦ ἐκ σπέρματος κατὰ σάρκα γεννηθέντος Δαυῒδ.

Εἰς τέλος, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυῒδ. ΙΗ'.

Ὑπόθεσις.

B Εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν περιέχει ὁ παρὼν ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων πρὸς τὰ ἔθνη. Διὸ καὶ οὐρανὸν, καὶ ἥλιον, καὶ τὰ ἕτερα στοιχεῖα, οὓς καὶ μεγάλους ἐνόμιζε θεοὺς ταῦτα ἀνυμνεῖν τὸν ποιητὴν αὐτῶν λέγουσιν.

Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ. Ὅμοιον τὸ εἰρημένον· *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης.*

Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα καὶ νὺξ... Ἡ ἡμέρα, φησὶ, καὶ ἡ νὺξ εὐτάκτως καὶ εὐαρμόστως ἀντιπαραχωροῦσαι τοὺς δρόμους ἀλλήλαις, δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὸν δημιουργὸν αὐτῶν ἀνακηρύττουσιν.

Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι. Καθ' ὑποστιγμὴν ἡ
C ἀνάγνωσις. Ἀντιπίπτων δὲ, ὑποτέμνεται· τὸ δὲ ἀντιπῖπτον ἐστί· Καὶ μὴν οὐ φθέγγονται ; Διὸ λέγει· Ἆρα οὐκ εἰσὶ τινὰ πράγματα ἃ, καὶ μὴ ἀφιέντα φωνὴν, τὸν τεχνίτην ἀνακηρύττουσι; Ναὶ μὴν καὶ γὰρ ἐκ τῆς καλῶς ἡρμοσμένης νηὸς ἡ τέχνη τοῦ ναυπηγοῦ φαίνεται· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ὡσαύτως. Οὐκοῦν καὶ τὰ ποιήματα τὰ προειρημένα οὕτω κηρύττει ἀπὸ μεγέθους καὶ καλλονῆς καὶ εὐαρμοστίας τὸν δημιουργόν· ὡς εἰς πᾶσαν αὐτῶν τὴν οἰκουμένην διαδραμεῖν τὸ κήρυγμα.

Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ. Τῷ ἡλίῳ, φησὶν, ἔθετο τὸ σκήνωμα, ἤτοι οἶκον. Ποῦ δὲ ἔθετο ἢ ἐν τῷ προειρημένῳ οὐρανῷ καὶ στερεώματι; Τοῦτον δὲ τὸν οἶκον καὶ παστὸν ὠνόμασεν. Ὥσπερ δὲ ἡμέρα καὶ νὺξ τῇ εὐτάκτῳ συμφωνίᾳ κηρύττουσι
D τὸν δημιουργὸν, οὕτω καὶ ὁ ἥλιος, τὸ τὸν δρόμον μετά τινος εὐαρμοστίας ποιεῖσθαι, δηλοῖ τοῦ προστάττοντος τὴν δύναμιν.

Ὁ νόμος Κυρίου ἄμωμος ἐπιστρέφων ψυχάς. Ὁ εὐαγγελικὸς δηλονότι. Ὡς ἤδη δὲ ἀπὸ τῶν προειρημένων στοιχείων παιδαγωγηθέντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, ἕνα εἶναι τὸν δημιουργὸν, διδάσκονται λοιπὸν καὶ τὸν εὐαγγελικὸν νόμον, ὡς καὶ ἐπιστρέψαι τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τὰς ψυχὰς εἰς ἀλήθειαν. *Ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστὴ σοφίζουσα νήπια.* Ἣν ἐμαρτύρησεν περὶ ἑαυτοῦ ὁ Μονογενής· τό· *Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα*· καὶ, *Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω*· καὶ, *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή*.

[22] Rom. I, 20. [23] Joan. XII, 46. [24] Joan. XVI, 28. [25] Joan. XIV, 6.

[Σοφίζουσα νήπια, βεβαιοῦσα τοὺς ἀποστόλους, ἢ A νήπια τοὺς ἐν Χριστῷ γενομένους νηπίους φησὶ καὶ ἄφρονας, καὶ τοὺς ἀνθρώπους σοφίας ἀπείρους.]

[Quæ infantibus sapientiam tribuo, apostolos confirmo, aut per infantes intelligit eos qui in Christo infantes evadunt, aut insanos, hominesque sapientiæ e pertes.]

Daniel Barbarus : Testimonium hoc imperfectos parvulos et rudes instruit et sapientes reddit.

Τὰ δικαιώματα Κυρίου εὐθέα εὐφραίνοντα καρδίαν. Ἀντὶ τοῦ, ἡ δικαίωσις ἡ γενομένη ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κρίσει. Κρίνας γὰρ ἡμῶν τὴν κρίσιν, ἐξέβαλε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος, διδοὺς ἡμῖν εὐφροσύνην ἐν καρδίᾳ. *Ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμούς.* Τοὺς τῆς διανοίας φησὶν ὀφθαλμοὺς πόῤῥωθεν τὴν αὐγὴν ἀναπέμπουσα.

9. *Justificationes Domini rectæ lætificantes corda.* Id est, justificatio in judicio nostro facta. Nam cum de causa judicaret nostra, ejecit principem sæculi, tribuens nobis lætitiam in corde. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos ;* mentis nimirum oculos, eminus radios immittens.

Daniel Barbarus : Mentis nimirum, docens quomodo universorum Deo serviatur.

Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς διαμένων εἰς αἰῶνα B *αἰῶνος.* Ὡς πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ νομικοῦ φόβου τὸ τοιοῦτον· ἐκεῖνος γὰρ κολαστής. Ἡμῶν ἁγνεία ἐστὶν ἁμαρτημάτων ἀποχή. Διὸ καὶ ἁγνὸς εἴρηται ὁ φόβος, ὡς ἁγνοὺς ποιῶν· τῷ γὰρ φόβῳ Κυρίου, φησὶν, ἐκκλίνει τις ἀπὸ κακοῦ. Αἰώνιος δὲ ὢν ὁ φόβος, ἐν οἷς ἂν γένηται καὶ αὐτοὺς αἰωνίους ποιεῖ.

Ἐν τῷ φυλάσσειν αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή. Μισθὸς γὰρ φυλακῆς γίνεται *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ οἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη.*

10. *Timor Domini castus permanens in sæculum sæculi.* Quasi ad differentiam legalis timoris castus dicitur : ille enim pœnam spectabat. (6) Castitas autem est abstinentia a peccatis. Quare castus timor dicitur, quod castos efficiat : nam præ timore Domini declinat quis a malo. Æternus autem cum sit timor, æternos item efficit quos ingreditur.

12. *In custodiendis illis retributio multa.* Merces quippe observantiæ sunt quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt [26].

Adjicit Daniel Barbarus : Non est igitur sine lucro illorum observantia ; etenim multas et pulchras retributiones habet. Hactenus autem de pietate disseruit. Hinc percurrit quæ ad justitiæ administrationem in homines, et juris actionem spectant, deque humanis delictis agit : peccata dividit in ea quæ consulto, et in ea quæ non sponte fiunt, et ex his alia ex imbecillitate, alia ex necessitate, alia ex errore fiunt.

[*Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά.* Ὁ μυ- C σταγωγηθεὶς τῷ εὐαγγελικῷ νόμῳ νέος λαὸς, καὶ τὰ κρίματα ἀληθινὰ φυλάττειν εἰπὼν, εὐχὴν ἀναπέμπει, καὶ τὸν κατὰ διάνοιαν λογισμὸν καθαρὸς εὑρεθῆναι ὡσαύτως καὶ τῶν ἐντὸς ῥυσθῆναι δαιμόνων.]

[*Etenim servus tuus custodit ea.* Qui evangelica lege imbutus est populus novus, qui judicia vera se custodire dicit, preces fundit, ut et animi cogitationibus purus deprehendatur, ab externisque similiter dæmonibus liberetur.]

Εἰς τὸ τέλος, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΙΘʹ.

Ὑπόθεσις.

Λέγεται μὲν ὁ ψαλμὸς ὡς ἐκ προσώπου τῶν περὶ τὸν Δαυΐδ ἑταίρων, αὐτῷ τῷ Δαυΐδ ἐπευχομένων ποιοῦντι θυσίαν. Ἀναφέρεται δὲ καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἀποστόλων, ὡς ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ ῥηθέντος.

Ἐπακούσαι σου ὁ Κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως. Προστεθείη σοι· *Σκεπάσαι σε,* φυλάξαι σε. *Ἐξαποστείλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου, καὶ ἐκ Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου.* Λέγοι δ' ἂν ταῦτα πρὸς τὴν τοῦ ἀθυμοῦντος παραμυθίαν ἢ ὁ ἐνυπάρχων τῇ ψυχῇ Λόγος, ἢ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Εὐχῆς δὲ δεῖ τῷ θλιβομένῳ, καὶ τοῦ μὴ καταβαλεῖν τὰς ἐλπίδας· οὕτω γὰρ Θεὸς ἐπήκοος γίνεται.

Ἀγαλλιασόμεθα ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου. Σωτήριος τοῦ Πατρὸς ἐν κόσμῳ ὁ Υἱός· σωτήριον τοῦ Υἱοῦ ἐν κόσμῳ ὁ σταυρός.

[*Ἀγαλλιασόμεθα ἐν τῷ σωτηρίῳ σου.* Τὸ σωτήριον, φησὶν, ὃ δέδωκας τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, διὰ τῆς σῆς ἀναστάσεως πᾶσι φανερὸν κατέστησας.]

I. *In finem, PSALMUS Davidi. XIX.*

Argumentum.

Dicitur hic psalmus tanquam ex persona familiarium ipsius Davidis, qui ipsi Davidi sacrificium offerenti bene precantur. Refertur quoque ad personam apostolorum, quasi ea ipsa die pronuntiatus qua cruci Dominus affixus est.

2. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis :* adsit tibi : *protegat te,* id est, custodiat te.

3. *Mittat tibi auxilium de sancto, et de Sion tuea-* D *tur te.* Hæc ad consolationem animo deficientis fortasse dixerit Verbum quod in anima exsistit, aut Spiritus sanctus. Precatione autem opus ei qui angitur, nec amittenda spes, sic namque Deus efficitur propitius.

6. *Lætabimur in salutari tuo.* Salutare Patris in mundo Filius : salutare Filii in mundo crux.

[*Exsultabimus in salutari tuo.* Salutare, inquit, quod dedisti humano generi, per tuam resurrectionem omnibus manifestum fecisti. *Sic Daniel Barbarus.*]

[26] I Cor. II 9.

(6) Hæc Daniel Barbarus tribuit Origeni.

7. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas.* Quæ A erant petitiones, nisi, *Pater sancte, serva eos de mundo* [37] ? Palam autem est de credentibus in eum dici. [Aut Davidem aut Ezechiam dicit, tempore scilicet sacerdotum et regum, aut propter œconomiam Domini secundum carnem, et propter resurrectionem ; aut quia nobis salutem consecutis, ipse salutem obtinere dicitur, qui et curam hujusce habebit, cum unum corpus simus. Quamobrem nunc dicit : In præsenti quippe cognoscimus Christum salutem nactum, quia inde nos nostræ pignus salutis accipimus. Salvos autem fecisti nos per virtutem dexteræ tuæ. Dexteram dixit opera, virtutes magnas, auxilium : aut divina signa prædicit a Christo edenda.] *Nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum*, utpote jam illuminatus per Spiritum B sanctum circa ea quæ resurrectionem spectant.

In potentatibus salutis dexteræ ejus. Salutem, inquit, nobis tribuit magnas virtutes operatus. Opera namque hic significat eo quod virtutes dexteræ accedentibus porrigat. [Illi, inquit, his confisi ceciderunt : nos autem in nomine Domini armis instructi, salutem nacti sumus.] Dexteram hic quoque humano more loquendo vocat divinam operationem.

8. *Hi in curribus, et hi in equis.* Quemadmodum, cum Israelem eriperet a sensibilibus Ægyptiis currus Pharaonis et virtutem ejus projecit in mare : ita cum totum hominum genus liberaret a spiritualibus Ægyptiis, currus contrivit. C

10. *Domine, salvum fac regem.* Proinde tantum nacti patrocinium, supplicamus tibi, Domine, ut cum nos, tum rex noster eo fruamur assidue.

1 *In finem, PSALMUS Davidi. XX*

Argumentum.

Hunc quoque psalmum prius memorati amici regis offerunt : tanquam lætante illo quod ex semine ipsius exortum mundo sit salutare. Hoc erat enim quod ex animo peroptabat, darique sibi maxime supplicabat. Quod ubi concessum fuisset, factum ipsi est ceu corona quædam ex pretioso lapide confecta, qua caput exornaret suum. David enim apud omnes gentes cum Domino suo atque D filio secundum carnem, laudibus celebratur. Neque corona tantum fuit illi hoc salutare ; imo etiam vita, et diuturnitas incolumitatis, gloria, magnificentia, lætitia, gaudium, spes et misericordia nunquam nutans.

2. *Domine, in virtute tua lætabitur rex.*

7. *Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi.* In omnibus, inquit, generationibus celebris et præclarus erit, quod tantam a te fiduciam acceperit. Nam illud, *cum vultu tuo*, vertit Symmachus, *apud vultum tuum.* Lætitia itaque, ait, et

[37] Joan. xvii, 11.

Πληρώσαι Κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου. Τίνα ἦν τὰ αἰτήματα, ἢ τὸ, *Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου ;* Δῆλον δὲ, ὅτι τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν. [Ἢ τὸν Δαυῒδ ἢ τὸν Ἐζεκίαν· ἐφ' ἱερέων γὰρ καὶ βασιλέων, ἢ διὰ τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου οἰκονομίαν καὶ ἀνάστασιν· ἢ καὶ ὅτι σωζομένων ἡμῶν, αὐτὸς λέγει σώζεσθαι, οὗ καὶ μελήσει μὲν σώματος ὄντες ἑνός. Διὸ καὶ νῦν εἶπεν· Ἐν γὰρ τῷ παρόντι γινώσκομεν σωζόμενον τὸν Χριστὸν, τῷ ἀπεντεῦθεν ἀῤῥαβῶνα ἡμᾶς δέχεσθαι σωτηρίας. Ἔσωσας δὲ διὰ τῆς δυναστείας τῆς δεξιᾶς σου. Δεξιὰν τὰς πράξεις, τὰς μεγάλας δυνάμεις, τὴν βοήθειαν εἰπών· ἢ τὰς θεοσημείας προαναφωνεῖ τοῦ Χριστοῦ.] *Νῦν ἔγνων, ὅτι ἔσωσε Κύριος τὸν Χριστὸν αὐτοῦ*, ὡς ἤδη φωταγωγηθεὶς διὰ τοῦ Πνεύματος τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως.

Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Adversarias potestates despicit, quia in Domini illuminatione confidit. A te, inquit, illuminatus, omnes una hostes contemno

D *Κύριος φωτισμός μου καὶ Σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι;* Κατευμεγεθεῖ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τῷ φωτὶ τοῦ Κυρίου θαῤῥήσας. Ὑπὸ σοῦ, φησὶ, φωτιζόμενος πάντων ὁμοῦ τῶν πολεμούντων καταφρονῶ.

Daniel Barbarus : Dominus protector vitæ meæ. Quis adeo insidiarum potens erit, ut potens Deus est ad auxilium ferendum?

[67] Judic. ix, 15.

Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας. Προσῆλθον μὲν, φησὶ, διαφθεῖραι θέλοντες· πεπόνθασι δὲ ὃ δρᾶσαι ἤλπισαν.

Τοῦ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου. Καὶ γὰρ ἁγιοπρεπὴς ἡ αἴτησις γέγονε, καὶ Θεῷ δοῦναι ἀξία. *Τῷ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου.* Ἐν ταύτῃ, φησὶν, εὔχομαι διαπαντὸς οἰκεῖν, ἐν ᾗ καὶ τῆς σωτηρίας ἐπέτυχον.

Ἐν πέτρᾳ ὕψωσέν με. Σαφῶς ὁ Παῦλος τὴν πέτραν εἶναι τὸν Χριστὸν διισχυρίζεται. *Ἄσω καὶ ψαλῶ τῷ Κυρίῳ.* Σαφῶς τὴν τοῦ, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἀνακηρύττει λατρείαν.

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς μου. Ἀντὶ τοῦ, Εὐχαριστῶ σοι ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων, δεηθήσομαι δὲ ὑπὲρ τῶν ἑξῆς.

Νομοθέτησόν με, Κύριε, ἐν τῇ ὁδῷ σου. Τὸν εὐαγγελικὸν νόμον εὔχεται γυμνωθῆναι αὐτῷ· αὐτὸς δὲ γὰρ ἦν καὶ ἡ εὐθεῖα ὁδός.

Καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ. Τουτέστιν ἠσθένησεν ἡ καθ' ἡμῶν ἀδικία.

Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων. Τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ φησιν.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΚΖ'.

Ὑπόθεσις.

Ἄδει τὸν παρόντα ψαλμὸν ἐκ προσώπου τῶν πιστευσάντων εἰς Χριστὸν, διὰ δεήσεως εἰς ἐπικουρίαν καλῶν τὸν Θεόν· ἅμα δὲ καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀπονοίας κατάρασιν ἔχει καὶ εὐχὴν τοῦ χωρισθῆναι τῆς χείρονος ἐκείνων μερίδος.

Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι... καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ λάκκον ὀνομάζειν τὸν ᾅδην.

Μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν. Ἁμαρτωλοὺς τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος· *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε.* Αὐτοὶ δὲ καὶ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅτι τὸν ἀθῷον καὶ δίκαιον ἀπέκτειναν, ὃν οὐκ ἀποκτεῖναι ὁ νόμος ἐκέλευσεν. *Τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν.* Τοῦτό φησιν, ὅτι, διδάσκαλον καὶ ἀγαθὸν ἀποκαλοῦντες τὸν Σωτῆρα, κακὰ διελογίζοντο κατ' αὐτοῦ.

Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα Κυρίου. Ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἠθέλησαν, φησὶ, τὴν οἰκείαν παραδέξασθαι σωτηρίαν.

Καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου. Σαφῶς τὴν ἀνάστασιν ἐν τούτοις κηρύττει.

A 2. *Dum appropiant super me nocentes.* Accesserunt, inquit, animo mei perdendi, quod sperabant illaturos se mali, accidit ipsis.

4. *Ut inhabitem in domo Domini.* Etenim sancta et æqua postulatio, quam concedere Deo dignum est. *Ut videam voluptatem Domini.* In hac, inquit, precor mihi semper habitare liceat, in qua sum salutem consecutus.

6. *In petra exaltavit me.* Aperte Paulus petram esse Christum affirmat [48]. *Cantabo et psalmum dicam Domino.* Manifeste cultum per hæc verba, Sanctus, sanctus, sanctus [49], redditum prædicat.

7. *Exaudi, Domine, vocem meam.* Quasi dicat: gratias tibi de præteritis ago, supplico pro futuris.

B 11. *Legem pone mihi, Domine, in via tua.* Evangelicam legem sibi notam fieri postulat; ipsa enim recta via est.

12. *Et mentita est iniquitas sibi.* Id est, fracta est iniquitas qua impetebamur.

13. *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Supernam Jerusalem intelligit.

PSALMUS David. XXVII.

Argumentum.

Præsentem canit psalmum ex persona credentium in Christum, et supplex Dei implorat auxilium; atque una Judæorum vesaniæ execrationem continet, atque a pessima illorum sorte separari postulat.

C 1. *Ad te, Domine, clamabo.... et assimilabor descendentibus in lacum.* Mos divinæ Scripturæ lacum appellare infernum.

3. *Ne simul trahas me cum peccatoribus.* Peccatores Judæorum gentem dicit, juxta illud a Salvatore dictum: *Nisi credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini* [50], ipsi interea operantes iniquitatem, cum innocentem et justum contra quam lex vetaret occiderent. *Qui loquuntur pacem cum proximo suo.* Hoc ait quia Salvatorem magistrum et bonum appellantes, mala moliebantur ipsi.

5. *Quoniam non intellexerunt opera Domini.* Quasi diceret: Noluerunt propriam admittere salutem.

D 7. *Et refloruit caro mea.* Aperte his resurrectionem prædicit.

Adjicit Daniel Barbarus: Refloret caro nostra cum spem resurrectionis accipimus; cæterum non caro, sed cor alii verterunt.

Daniel Barbarus: Ex voluntate mea confitebor ei. Dixit *ex voluntate*, ad differentiam legalis cultus, qui suppliciorum metu afficiebatur, id est, non invitam et coactam, sed voluntariam et promptam tibi laudem proferam: sic et alias dixit: *Voluntarie sacrificabo tibi* [51]: Et *voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine, et exaudi me* [52]. Sed quoniam verbum confiteri et damnationem peccatorum, et gratiarum actionem significat; ideo si hoc loco pro damnatione peccati commissi sumatur, innuit quod non pudore et respectu hominum peccare destitit: sed quoniam respexerit ad odium et noxam peccati: si vero sumitur pro gratiarum actione, ostendit se de omnibus gratias agere, idque summa cum voluntate præstare: nam id vel dolore vel necessitate agere, non est ex voluntate confiteri.

[48] I Cor. x, 4. [49] Isa. vi, 3. [50] Joan. viii, 21. [51] Psal. liii, 8. [52] Psal. cxviii, 108.

8. *Et protector salvationum Christi sui est.* Christum sive unctum hic vocat populum in regale sacerdotium inunctum. Ipse igitur, ait, Dominus populum protegit, ut salutem populo paret quem per se et ad se inunxit.

9. *Et pasce illos, et extolle illos usque in æternum.* Ipse namque nos pascet misso in vicem sui Paracleto. Et quidem nos extollit, id est, sublimes agit in futura et infinita sæcula.

PSALMUS David, de exitu Tabernaculi. XXVIII.

Argumentum.

Canitur præsens psalmus ejecto Israelis populo, gentibusque eorum vice accitis, quod ipsa indicat inscriptio, Exitus Tabernaculi, quæ palam nobis exitum illorum significat.

1, 2. *Afferte Domino, filii Dei.* Filios Dei sanctos apostolos vocat, quippe quos dicere docuerit: *Pater noster qui es in cœlis* [83]. *Afferte Domino filios arietum.* Filios arietum vocat eos qui per apostolos ex Judæis ad fidem Domini sunt vocati, vel etiam qui ex gentibus accesserunt, quippe qui ex irrationalibus patribus nati sunt. *Afferte Domino gloriam et honorem.* Gloriam affert Domino qui bonis operibus vacat, secundum illud quod dictum est: *Ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum* [84]. Rursus honorem affert qui bona edit opera, juxta id quod dictum est [85]: *Honora Dominum de justis tuis operibus.*

Adorate Dominum in atrio sancto ejus. Palam edicit, non oportere nos extra ecclesiam adorare: quod heterodoxorum conventuum causa dicitur. [Non oportet extra ecclesiam adorare, sed in ipsa aula Dei. Ne mihi, inquit, proprias aulas et synagogas excogitetis, una est aula sancta Dei.] Possumus item, mente sursum erecta, per atrium cœlestem mansionem intelligere.

3. *Vox Domini super aquas.* Aquas dicit eorum multitudinem qui per eas salutem consequuntur. Aquæ sunt sancti, quoniam flumina de ventre eorum fluent, [86] spiritualis videlicet doctrina', qua irrigant auditores. Super hujusmodi aquas Dominus est. Sed quod historiam spectat, Elias cum pluviæ defectus esset, audivit vocem aquarum multarum (*alius codex*). Vocem Domini ait in Jordane a Deo et Patre emissam ac dicentem [87]: *Hic est filius meus dilectus,* quam etiam tonitruo comparat.

5. *Vox Domini confringentis cedros.* Cedros hic dicit adversarias potestates. *Et confringet Dominus cedros Libani.* Cedros Libani ait sublimes Judaici populi homines: quia plerumque in divina Scriptura Libanus Jerosolyma dicitur.

6. *Et comminuet eas tanquam vitulum Libanum.* Vitulus, id est altare. *Et dilectus quemadmodum filius unicornium.* Dilectus apostolorum chorus filius

A *Καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ.* Χριστὸν ἐνταῦθα τὸν χρισθέντα λαὸν εἰς βασίλειον ἱεράτευμά φησιν. Αὐτὸς οὖν, φησὶν, ὁ Κύριος ὑπερασπίζει εἰς τὸ σῶσαι τὸν χρισθέντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν λαόν.

Καὶ ποίμανον αὐτοὺς, καὶ ἔπαρον αὐτοὺς ἕως τοῦ αἰῶνος. Αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς ποιμανεῖ, πέμψας ἡμῖν ἀντ' αὐτοῦ καὶ ὡς ἑαυτὸν τὸν Παράκλητον. Καὶ μὴν καὶ ἐπαίρει, τουτέστιν ὑψηλοὺς ἀποφαίνει εἰς τοὺς μέλλοντας καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας.

ΨΑΛΜΟΣ *τῷ Δαυὶδ ἐξόδου Σκηνῆς. ΚΗ'.*

Ὑπόθεσις.

Ὁ παρὼν ᾄδεται ψαλμὸς, ἐκβαλλομένων μὲν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἀντεισαγομένων δὲ τῶν ἐθνῶν. Τοῦτο δὲ δηλοῖ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἡ λέγουσα, *Ἐξόδου Σκηνῆς,* B σαφῶς τὴν ἔξοδον αὐτῶν ἡμῖν κατασημαίνουσα.

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ. Υἱοὺς Θεοῦ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καλεῖ· ἐδίδαξε γὰρ αὐτοὺς λέγειν· *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὺς κριῶν.* Υἱοὺς κριῶν τοὺς κληθέντας δι' αὐτῶν ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους εἰς τὴν πίστιν τὴν ἐν Κυρίῳ σημαίνει· ἢ καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας, ἅτε δὴ φύντας ἐξ ἀλόγων πατέρων. *Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν.* Δόξαν μὲν φέρει τις τῷ Κυρίῳ ἀγαθοεργῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν.* Τιμὴν δὲ πάλιν, ἀγαθὰς ἐπιτηδεύων πράξεις, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων.*

C *Προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ.* Σαφῶς διὰ τούτων ἡμῖν παρακελεύεται, ὡς ἔξω τῆς ἐκκλησίας οὐ δεῖ προσκυνεῖν. Τοῦτο δέ φησι διὰ τὰς τῶν ἑτεροδόξων συναγωγάς. [Προσκύνησις δὲ οὐ χρὴ ἔξω τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ αὐλῇ τοῦ Θεοῦ τελουμένη. Μή μοι, φησὶν, ἰδίας αὐλὰς καὶ συναγωγὰς ἐπινοεῖτε· μία ἐστὶν αὐλὴ ἡ ἁγία Θεοῦ.] Δυνατὸν δὲ αὐλὴν ἐπαναβεβηκότας νοῆσαι τὴν ἐπουράνιον διαγωγήν.

Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Ὕδατά φησι τῶν διὰ τούτων σωζομένων τὰ πλήθη. Ὕδατα οἱ ἅγιοι, διόπερ ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτῶν· τουτέστι πνευματικὴ διδασκαλία, δι' ἧς ἄρδουσι τοὺς ἀκούοντας. Ἐπὶ τῶν τοιούτων οὖν ὑδάτων ὁ Κύριος. Ἀλλὰ καθ' ἱστορίαν Ἠλίας μετὰ τὴν ἀβροχίαν ἤκουε D φωνὴν ὑδάτων πολλῶν. Τὴν γενομένην φησὶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ λέγουσαν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς,* ἣν καὶ βροντῇ παρεικάζει

Φωνὴ Κυρίου συντρίβοντος κέδρους. Κέδρους ἐν τούτοις τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις φησίν. *Καὶ συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.* Κέδρους Λιβάνου τοὺς ὑψηλοὺς τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ φησιν, διὰ τὸ ὠνομάσθαι πολλάκις ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ Λίβανον τὴν Ἱερουσαλήμ.

Καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον. Ὁ μόσχος τὸ θυσιαστήριον δηλοῖ. *Καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων.* Ὁ ἠγαπημένος,

[83] Matth. vi, 9. [84] Matth. v, 16. [85] Prov. iii, 9. [86] Joan. vii, 38. [87] Matth. iii, 17.

φησὶ, τῶν ἀποστόλων χορὸς υἱὸς γέγονε μονοκερώτων. Μονοκέρωτες δὲ οἱ ἅγιοι προφῆται καὶ πατριάρχαι, ὧν υἱοὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι· διὰ τὸ ἐπὶ μόνῳ Θεῷ τὸ κέρας καὶ τὴν ἰσχὺν ἔχειν.

Φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός. Αὕτη τὴν ἐπαγγελίαν σημαίνει, ἣν τοῖς ἁγίοις ἐπηγγείλατο λέγων· *Καὶ ἐὰν ἐν μέσῳ πυρὸς διέλθῃς, πῦρ οὐ κατακαύσει σε.*

Φωνὴ Κυρίου συσσείοντος ἔρημον. Τὸ, *συσσείων* ἐνταῦθα εἴρηται ἐπὶ τοῦ ἐξακούστου πάλιν, ὡς τὸ, *Εἰσελθόντος τοῦ Ἰησοῦ, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις.* Ἔρημον δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν λέγει, τὴν πάλαι ἔρημον οὖσαν τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως. *Καὶ συσσείσει Κύριος τὴν ἔρημον Κάδης.* Κάδης ἁγία ἑρμηνεύεται. Ἁγία δὲ ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία κεῖται. B

Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένη ἐλάφους, καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς. Ἔλαφοι μὲν οἱ ἅγιοι· *καταρτιζομένη* δὲ ἀντὶ τοῦ, εὐτρεπίζοντος. Αὐτὸς γὰρ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους εὐτρεπίσας ἐξέπεμψε, κατὰ τὸ, *Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Δρυμοὺς τὴν Ἐκκλησίαν ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ πάλαι ξύλων ἀκάρπων εἶναι μητέρα.

[*Καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν.* Ὁ Κύριος, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους εὐτρεπίσας ἐξέπεμψεν, ὥστε τοὺς δαίμονας ἀποσοβῆσαι, καὶ τὰ ἔθνη εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ ἀγαγεῖν.]

Κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοικιεῖ. Κατακλυσμὸν τὸ πλῆθος τῶν πιστευσάντων λέγει κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι *Ἡ σύμπασα γῆ ἐνεπλήσθη τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς* ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας. *Καὶ καθιεῖται Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα·* ὅμοιον τῷ, *Ὅτι αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ.*

Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει. Ὅμοιον τῷ· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Κύριος εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ.* Ὅμοιον τῷ, *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.*

A fuit unicorninm. Unicornes autem sunt sancti prophetæ et patriarchæ, quorum filii sunt sancti apostoli, eo quod cornu et fortitudinem in solo Deo habuerint.

7. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Promissionem illam significat qua sanctis se obligavit dicens [58]. *Et si per medium ignis transieris, ignis non te comburet.*

8. *Vox Domini concutientis desertum. Concutiens* hic dictum est, eo quod ex sonitu audiretur, ut est illud: *Ingrediente Jesu commota est universa civitas* [59]. Desertum autem dicit Ecclesiam gentium, quæ olim deserta et destituta esset Dei cognitione. *Et commovebit Dominus desertum Cades.* Cades *sancta* interpretatur. Et vero Ecclesia Christi sancta censetur.

9. *Vox Domini præparantis cervos, et revelavit condensa.* Cervi sunt sancti. *Præparantis* autem est ceu adornantis: ipse namque sanctos apostolos adornatos et instructos misit, juxta illud: *Euntes docete omnes gentes* [60]. *Condensa* autem Ecclesiam dicit, quod esset olim infructuosarum arborum mater.

[*Et in templo ejus quivis gloriam dicit.* Dominus cum sanctos apostolos præparasset, emisit eos, ut dæmones exterrerent atque fugarent, et gentes in Dei cognitionem agerent.]

10. *Dominus diluvium inhabitare facit.* Diluvium ait esse gentium multitudinem, juxta illud quod C dictum est: *Omnis terra impleta est cognitione Domini* [61], ceu aqua multa quæ mare operiat. *Et sedebit Dominus rex in æternum*, huic simile, *quoniam ipsi curvabitur omne genu* [62].

11. *Dominus virtutem populo suo dabit:* Simile huic: *Omnia possum in eo qui me confortat Christo* [63]. *Dominus benedicet populo suo in pace*, simile huic: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* [64].

Adjicit in fine Daniel Barbarus: Desolatam ab Assyriis terram iterum reformabit et habitare faciet.

ΨΑΛΜΟΣ *ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυΐδ. ΚΘ'.*

Ἐγκαινισμὸς τοῦ οἴκου ἐστὶν, ἤτοι τῆς Ἐκκλησίας, ἢ ὅτε τοῦ ἔξω ἀνθρώπου ἡμῶν φθειρομένου ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται.

Ὑπόθεσις.

Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν μετὰ τὸ ῥυσθῆναι τῆς ἁμαρτίας, ὥσπερ ἀνακαινισθείσης αὐτοῦ τῆς ψυχῆς διὰ τῆς μετανοίας, ἣ καὶ οἶκος πάλαι ἦν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ψάλλει δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως, εὐχαριστίας ἀνατιθεὶς, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἀσφαλῆ μένειν ἑαυτὸν εὐχόμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχων διδασκαλίαν, εἴ ποτε ἄρα τι τοιοῦτον συμβῇ, εὐχὰς ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀνατείνειν.

Ὑψώσω σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με.....

Ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Λάκκον τὸν ᾅδην φησίν.

1. *PSALMUS cantici in dedicatione domus Davidi. XXIX.*

Dedicatio domus est, aut Ecclesiæ, aut cum exteriore nostro homine corrupto interior renovatur.

Argumentum.

D Hunc canit psalmum postquam a peccato liberatus et quasi renovata anima ejus per pœnitentiam, quæ olim domus erat Spiritus sancti. Psallit autem pro concessa venia gratias agens, et rogans tutum se in futuro servari, aliosque docet ut, si quid forte hujusmodi contingat, preces ad Deum emittant

2. *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me....*

3. *Salvasti me a descendentibus in lacum.* Lacum vocat infernum.

[58] Isa. XLIII, 2. [59] Matth. XXI, 10. [60] Matth. XXVIII, 19. [61] Psal. CIII, 24. [62] Isa. XLV, 24. [63] Philipp. IV, 13. [64] Joan. XIV, 27.

4. *Et confitemini memoriæ sanctitatis ejus.* Oportet, inquit, hymnos multiplicare, memores benignitatis ejus. A

6. *Quoniam ira in indignatione ejus.* Non ejus consilio et voluntate; sed quod singuli per peccata sua eam sibi pertrahant. Nam ejus voluntas vita est. *Ad vesperum demorabitur fletus.* His verbis significatur pœnitentiæ præstantia. Nullus enim tam ingens peccatorum numerus, quem non celeriter pœnitentia in exsultationem vertat.

7. *Ego autem dixi in abundantia mea: Non movebor in æternum.* Causam lapsus enarrat. Quoniam, inquit, prosperis rebus, altos spiritus assumpsi, propterea conturbatus sum. Hoc vero non te compellente, sed tantum faciem tuam avertente, mihi accidit. Quando igitur, nisi tua fortitudine innitamur B ne consistere quidem possumus, fac, obsecro, ut dum tuam impleo voluntatem, decore animam meam illustres (10). Id sibi Adam in paradiso degens eventurum speravit, antequam in fraudem deduceretur: id Ezechias postquam Assyrium devicerat. Et hæc aperte docet liber Paralipomenon, cum ait exaltatum fuisse cor Ezechiæ regis [**].

9. *Ad te, Domine, clamabo....* 10. *Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem.* Precor, inquit, reduci me de lacu, quia *non confitebitur tibi pulvis.* Quod si descendero in corruptionem, neque mihi neque aliis ulla erit utilitas. Ego autem ea vita privatus sum quæ abs te obtinetur: alii vero nullam per me salutem nacti sunt. Sin vero audieris vocem meam et converteris luctum in gaudium, C et me lætitia cinxeris, non parva mihi eveniet utilitas: etenim postquam pristinam gloriam meam recuperavero, cum ea te alloquar, non cum prava conscientia. Hoc enim significat illud, *Non compungar.*

12. *Conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia.* Saccum dicit luctum, quando mos est lugentibus uti sacco. Nam saccus malitiam et ignorantiam significat: quoniam ex hædorum pilis confecti sunt sacci, qui hædi ad sinistram consistunt; ex pilis item hirci illius emissarii.

In finem, PSALMUS Davidi pro extasi. XXX.

Argumentum.

Præsentem canit psalmum quasi peccati causa in D pœnitentia adhuc versaretur et rogaret ab eo liberari. Quinimo ut jam exauditus gratias agit ac quæ ipsi pœnitentiæ tempore contigere narrat: illud autem, *pro exstasi*, nihil nisi peccatum significat, quo quasi a sana mente anima excessit: ut non ultra se assumptum iri speraret, et palam diceret: *Ego autem dixi in excessu meo, projectus sum a facie oculorum tuorum.*

2, 3. *In te, Domine, speravi... Inclina ad me aurem tuam.* Quando non potest clamor noster in al-

Καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ. Προσήκει, φησὶν, ἐπιτείνειν τοὺς ὕμνους, μεμνημένους τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας.

Ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ. Οὐκ αὐτοῦ τοῦτο βουλομένου ποιεῖν· ἀλλ' ἑκάστῳ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἑαυτῷ ταύτην ἐπεισάγοντος. Τὸ γὰρ αὐτοῦ θέλημα ζωή ἐστιν. *Τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμός.* Τὸ εὐκατόρθωτον τῆς μετανοίας διὰ τούτων σημαίνεται. Οὐδὲν γὰρ τοσοῦτον πλῆθος ἁμαρτιῶν, ὃ μὴ ταχέως ἡ μετάνοια εἰς ἀγαλλίασιν ἐκφέρει.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου· Μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα. Τὸ αἴτιον λέγει τῆς πτώσεως. Ἐπειδὴ μέγα, φησὶν, ἐν τῇ εὐημερίᾳ πεφρόνηκα, τούτου χάριν τετάραγμαι. Γέγονε δέ μοι τοῦτο, οὐ σοῦ με προσωθήσαντος, ἀλλὰ ἀποστρέψαντος μόνον τὸ πρόσωπον. Ἐπειδὴ τοίνυν ἄνευ τῆς ἰσχύος τῆς σῆς οὐδὲ στῆναι δυνάμεθα, τὸ σὸν πάλιν ἐπιτελῶν θέλημα, τὸ κάλλος μου τῆς ψυχῆς διαλάμπειν παρασκεύασον. Τοῦτο καὶ ὁ Ἀδὰμ ἤλπισεν ἐπὶ τοῦ παραδείσου πρὸ τῆς ἀπάτης πολιτευόμενος, καὶ ὁ Ἐζεκίας νενικηκὼς τὸν Ἀσσύριον, καὶ διδάσκει τοῦτο σαφῶς τῶν Παραλειπομένων ἡ βίβλος, ὑψωθῆναι λέγουσα τὴν καρδίαν Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως.

Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι..... Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν; Δέομαι, φησὶν, ἀναχθῆναι ἐκ τοῦ λάκκου, ἐπειδὴ οὐκ *ἐξομολογεῖταί σοι χοῦς.* Ἐν δὲ τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθορὰν οὔτε μία τις ὠφέλεια οὔτε ἐμοὶ, οὔτε ἑτέροις. Ἐγώ τε γὰρ ἀπεστερούμην τῆς παρὰ σοῦ ζωῆς· ἄλλοι δὲ οὐδαμῶς ἐτύγχανον τῆς παρ' ἐμοῦ σωτηρίας. Ἐν δὲ τῷ εἰσακοῦσαί σε τῆς φωνῆς, καὶ μεταβαλεῖν τὸν κοπετὸν εἰς χαρὰν, καὶ περιζῶσαί με εὐφροσύνην, οὐχ ἡ τυχοῦσά μοι γενήσεται ὠφέλεια. Ἀπολαβὼν γὰρ τὴν προτέραν ἐμαυτοῦ δόξαν, δι' αὐτῆς σοι λαλῶ, οὐ μετά τινος φαύλης συνειδήσεως· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τό· *Οὐ μὴ κατανυγῶ.*

Διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην. Σάκκον εἶπε τὸ πένθος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἐν πένθει καὶ σάκκῳ κεχρῆσθαι. Ὁ γὰρ σάκκος κακίαν καὶ ἀγνωσίαν σημαίνει· ἐπειδὴ καὶ τρίχες τῶν ἐρίφων εἰσὶ τῶν ἱσταμένων ἐξ εὐωνύμων, καὶ τοῦ ἀποπομπαίου χιμάρου.

Εἰς τὸ τέλος ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυῒδ ἐκστάσεως. Λ'.

Ὑπόθεσις.

Ἄδει τὸν προκείμενον ψαλμὸν ὡς ἔτι ἐν τῇ μετανοίᾳ τῇ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὢν, καὶ ἀξιῶν αὐτῆς ἐλευθερωθῆναι. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὡς ἤδη εἰσηκουσμένος εὐχαριστίαν ἀναφέρει· καὶ μὴν καὶ τὰ συμβάντα αὐτῷ ἐν τῷ τῆς μετανοίας καιρῷ διηγεῖται. Τὸ δὲ, *ἐκστάσεως*, οὐδὲν ἕτερον ἢ αὐτὴν τὴν ἁμαρτίαν ἡμῖν κατασημαίνει, δι' ἣν ὥσπερ ἀγαθῶν φρενῶν ἐξίστατο ἡ ψυχή· καὶ ὡς μὴ ἐλπίζειν ἔτι τὴν ἀνάληψιν, φάσκειν τε σαφῶς· *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Ἀπέῤῥιμμαι ἄρα ἀπὸ προσώπου τῶν ὀφθαλμῶν σου.*

Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα . . . . . . Κλῖνον

[**] II Paralip. XXXII, 25

(10) Hæc apud Danielem Barbarum Theodoreti esse feruntur.

πρός με τὸ οὖς σου. Ἐπεὶ μὴ φθάνει ἡ ἡμετέρα κραυγὴ εἰς τὸ ὕψος, κλῖνον τὸ οὖς σου πρὸς ἐμὲ, διὰ τοῦ συγκαταβαίνειν μοι.

Ἐξάξεις με ἐκ παγίδος ταύτης ἧς ἔκρυψάν μοι. Ἐφεδρεύσαντες γὰρ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, συνελάβοντο αὐτόν. Ἐν τίνι; ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ.

Λυτρώσω με, Κύριε, ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας. Ὡς ἤδη εἰσακουσθεὶς τοιαῦτά φησιν.

Ἐμίσησας τοὺς διαφυλάσσοντας ματαιότητας διακενῆς. Ματαιότητάς φησι τοῦ παρόντος βίου τοὺς περισπασμούς· οὓς καὶ ἐργαζόμενοι ματαιότητα ποιοῦμεν. Παρέπεται τὸ, *διακενῆς*, τῷ φυλάσσοντι ματαιότητας.

Ἀγαλλιάσομαι, καὶ εὐφρανθήσομαι. Λύπην καὶ τὰ λοιπὰ πάθη καταπατήσας.

Καὶ οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. Ἀντὶ τοῦ, οὐ παραδέδωκας. *Ἔστησας ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου.* Ἀπαλλάξας με θλίψεως, κατέστησας ἐν ἀνέσει καὶ εὐρυχωρίᾳ.

Ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου, ἡ ψυχή μου καὶ ἡ γαστήρ μου. Ὥσπερ ὀφθαλμὸν τὸν νοῦν τῆς ψυχῆς φησιν, οὕτω καὶ γαστέρα φησὶ τῆς ψυχῆς τὴν μνήμην· ἐν ᾗ ὥσπερ ἐν γαστρὶ τὰς λογικὰς ἀποτιθέμεθα τροφάς. *Ἡ ψυχή μου καὶ ἡ γαστήρ μου.* Ἀπέστησα τὸν ὀφθαλμόν μου ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐν θυμῷ καὶ ὀργῇ μεγάλῃ.

Ὅτι ἐξέλιπεν ἐν ὀδύνῃ ἡ ζωή μου. Τὸ ἐπιτεταμένον τῆς διανοίας δηλοῖ. *Καὶ τὰ ἔτη μου ἐν στεναγμοῖς.* Διετέλεσα, φησὶ, στενάζων ἀπὸ τῶν κακῶν. *Ἠσθένησεν ἐν πτωχείᾳ ἡ ἰσχύς μου.* Πτωχεύσας, φησὶ, τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἠσθένησα. *Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ἐταράχθησαν.* Ὀστᾶ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις φησίν.

[*Ὅτι ἐξέλιπεν ἐν ὀδύνῃ ἡ ζωή μου.* Ἡ ἔνδεια, φησὶ, τῶν ἀναγκαίων κατέτηξέ μου τὸ σῶμα, ὅτι ὁ Σιβὰ καὶ ὁ Βερσελεὶ ἤνεγκαν τῷ Δαυῒδ πυροὺς καὶ κριθὰς, καὶ ἄλευρα, καὶ κύαμον, καὶ φάκον, καὶ μέλι, καὶ ἕτερά τινα· καὶ τάπητας, καὶ στρώματα· καὶ προσήνεγκαν τῷ λαῷ ταῦτα, καὶ τὰς τροφάς· ὅτι ἔλεγον τὸν λαὸν πεινᾷν, καὶ ἐκλελύσθαι διψήσαντα ἐν τῇ ἐρήμῳ.]

Παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου ἐγενήθην ὄνειδος. [Νεκρὸς μὲν ἀπὸ καρδίας ἐστὶν ὁ ἐστερημένος ἀρετῶν.] Καὶ οἱ ἐχθροί μου, φησὶν, ὠνείδιζόν με, καὶ οἱ γνωστοί μου ἐφοβοῦντό με, καὶ οἱ θεωροῦντες ἀπέφευγον διὰ τὴν ὑπερβολὴν ἧς ὑπεδεικνύμην μετανοίας· σάκκῳ δὲ καὶ σποδῷ κατατρυχόμενος, καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς κλαίων. Διὸ καὶ φευγόντων αὐτῶν, ἐν λήθῃ γεγένημαι, ὥσπερ ἀμέλει καὶ νεκρὸς ἐδόκουν σκεύει ἐοικέναι ἀπολωλότι. Τὸ δὲ, *παρὰ πάντας*, οὐχ ὑπὲρ πάντας εἰπεῖν βούλεται, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, παρὰ πάντας· τουτέστιν παρὰ τῶν ἐχθρῶν ὠνειδίσθην. Οὕτω γὰρ λέγει καὶ Ἀκύλας· *Παρὰ πάντων τῶν ἐχθρῶν μου ἐγενήθην ὄνειδος.*

Ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν παροικούντων κυκλόθεν. Ψόγον τὴν ἐπιβουλήν φησιν. Λέγει δὲ, ὡς οἱ ἐχθροὶ ἐκύκλουν ἐπιβουλεύοντες. *Τοῦ λαβεῖν τὴν ψυχήν μου ἐβουλεύσαντο.* Ἐγὼ δὲ ἐπὶ σοὶ, Κύ-

A tum pertingere, inclina aurem tuam ad me, te attemperando mihi.

5. *Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi.* Insidiis enim ejus animæ paratis comprehenderunt eum; in quo? in peccato.

6. *Redemisti me, Domine, Deus veritatis.* Quasi jam postulatum impetrarit, hoc ait.

7. *Odisti observantes vanitates supervacue...* Vanitates appellat hujus vitæ distractiones, quibus vacantes in vanum laboramus. Subsequitur, *supervacue,* de eo scilicet qui observat vanitates.

8. *Exsultabo et lætabor.* Dolorem et reliquos animi motus conculcans.

B 9. *Nec conclusisti me in manibus inimici,* quasi dicat, non tradidisti. *Statuisti in loco spatioso pedes meos:* postquam liberasti me ab angore animi, statuisti in tranquillum et pacificum statum.

Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus. Sicut mentem ceu animæ oculum, ita et memoriam ventrem animæ habet: in qua ceu in ventre rationabiles cibos deponimus. *Alius codex. Anima mea et venter meus.* Averti oculum meum a Judaico populo in furore et in ira magna.

10. *Quoniam defecit in dolore vita mea.* Intentum valde animum indicat. *Et annos meos in gemitibus* transegi gemens ob malorum vehementiam. C *Infirmata est in paupertate virtus mea.* Cum tuum auxilium emendicarem propter peccata mea, infirmatus sum. *Et ossa mea conturbata sunt.* Ossa animæ facultates appellat.

[*Quoniam defecit in dolore vita mea.* Rerum, inquit [66], necessariarum inopia, corpus meum tabe confecit, quia Siba et Bercellai Davidi attulerunt frumentum et hordeum, farinam, fabas, lentem, mel et alia quædam, necnon tapetas et velamina: atque isthæc populo cum aliis cibis obtulerunt, quia dicebant populum fame laborare, ac siti confectum solutum fuisse in deserto.]

12. *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium,* etc. [Mortuus a corde est, qui virtutibus D est vacuus.] Inimici mei, inquit, me conviciis onerabant: et noti mei fugerunt me. Et qui me videbant aufugerunt ob magnitudinem pœnitentiæ meæ; sacco enim et cinere maceratus, flebam die noctuque. Quare fugientibus illis, in oblivionem veni, et ceu mortuus esse videbar, ut vasi perdito similis essem. Illud autem *super omnes,* non sibi vult præ omnibus, sed apud omnes, id est, ab inimicis opprobrio oneratus sum. Sic enim habet Aquila: *Ab omnibus inimicis meis factus sum opprobrium.*

14. *Quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Vituperationem insidias vocat. Ait autem quod circumdantes inimici insidiarentur. *Accipere animam meam consiliati sunt.*

[66] II Reg. XVI, 1-4.

Ego autem in te speravi, Domine. Per animam cor capiunt, per iram et cupiditates mentem occidunt.

16. *In manibus tuis sortes meæ.* Etiamsi insidiis inimici animam meam comprehendere satagant; at sortes meæ tutæ sunt in manibus tuis, quas dabis in tempore mihi, quoniam in te spem colloco meam. Quamobrem rogo in præsenti liberari ab inimicis meis. *Alius codex.* Illi, inquit, coacti, necem mihi moliuntur: ego autem te Deum novi mihi atque patronum. *Eripe me de manu inimicorum meorum, et a persequentibus me.* Fuge malignitatem, inquit Apostolus[87], etiamsi persequitur malignitas, persequitur tamen fornicatio, avaritia, furor, ira: reliqua defecerunt.

17. *Illustra faciem tuam super servum tuum: salvum me fac in misericordia tua.* Nam te animam meam illustrante, tristia quæque statim evanescent. Hæc una mihi, inquit, salutis ratio est, si faciem tuam illustraveris.

18. *Domine, non confundar quoniam invocavi te.* Hinc ediscimus multum peccatum inter et impietatem discriminis esse. Quapropter rogat magnus ille David a peccati se turpitudine liberari, eos autem qui in impietate vitam agunt, cum infamia morte affici.

19. *Muta fiant labia dolosa.* Rogo, inquit, obmutescere inimicos: quod eveniet si ostenderis faciem tuam.

20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine!* Utpote jam per spiritum illustratus, de futuris gratias agit. Mos autem Davidi, vocem, *quam*, per admirationem usurpare, quasi, *valde.* Magna dulcedo tua est, quam recondis et servas nobis. Illud enim, *abscondisti*, est quasi, *custodisti.* Ut etiam illud, *abscondit me in tabernaculo suo.* Utitur autem voce, *abscondisti* pro *custodisti*, quia quod absconditur custoditur. *Perfecisti eis qui sperant in te.* Quasi dicat, perfecisti in tempore congruenti.

21. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ.* Facies tua, inquit, tegumentum sperantibus in te factum est. *A conturbatione hominum proteges eos, in tabernaculo tuo a contradictione linguarum.* Ut tegumentum, inquit, conteges eos, ita ut neque ab iis qui verbo ipsis nocere tentant, neque ab iis cui operibus oppugnant, superentur.

22. *Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita.* Per me, inquit, Deus glorificatus est, quoniam circumsistente me innumera hostium multitudine, et animam meam ceu magnam urbem obsidere conante, qui mei custos est vallo me muniens, misericordiam suam mirabilem ostendit.

23. *Ego autem dixi in excessu mentis meæ: Projectus sum.* Cum memetipsum humiliarem, inquit,

[87] Coloss. III, 8.

A *ριε, ἤλπισα.* Διὰ τῆς ψυχῆς τὴν καρδίαν λαμβάνουσιν· διὰ γὰρ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας τὸν νοῦν θανατοῦσιν.

Ἐν ταῖς χερσίν σου οἱ κλῆροί μου. Εἰ καὶ ἐπιβουλεύουσιν οἱ ἐχθροὶ, ἐπιβουλεύοντες τὴν ψυχήν μου λαβεῖν, ἀλλὰ οἱ κλῆροί μου πεφυλαγμένοι εἰσὶν ἐν ταῖς χερσί σου, οὓς ἀποδώσεις μοι κατὰ καιρὸν, διὰ τὸ ἐπὶ σοί με ἐλπίζειν. Διὸ καὶ δέομαι ἐπὶ τοῦ παρόντος ῥυσθῆναι ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἀθροισθέντες τὸν ἐμὸν καττύουσι θάνατον· ἐγὼ δὲ σὲ Θεὸν οἶδα καὶ πρύτανιν. *Ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν μου καὶ ἐκ τῶν καταδιωκόντων με.* Φεῦγε τὴν πονηρίαν, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· εἰ καὶ διώκει ἡ πονηρία, διώκει δηλονότι καὶ ἡ μοιχεία, καὶ ἡ πλεονεξία, καὶ ὁ θυμὸς, καὶ ἡ ὀργή· τὰ δὲ λοιπὰ ἀπολέλειπτο.

B *Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου· σῶσόν με ἐν τῷ ἐλέει σου.* Τῆς γὰρ σῆς μοι γενομένης ἐπιφανείας, τὰ σκυθρωπὰ παραυτίκα λυθήσεται. Οὗτός μοι, φησὶ, μόνος τρόπος τῆς σωτηρίας, εἰ τὸ σὸν ἐπιφάνῃς πρόσωπον.

Κύριε, μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἐπεκαλεσάμην σέ. Ἐντεῦθεν μανθάνομεν ὡς πολλὴν διαφορὰν ἁμαρτία πρὸς ἀσέβειαν ἔχει. Διὸ καὶ ὁ μέγας παρακαλεῖ Δαυῒδ αὐτὸν μὲν τῆς διὰ τὴν ἁμαρτίαν γεγενημένης αἰσχύνης ἀπαλλαγῆναι, τοὺς δὲ ἐν δυσσεβείᾳ συζῶντας μετ' αἰσχύνης τῷ θανάτῳ παραπεμφθῆναι

Ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια. Εὔχομαι, φησὶν, ἀποκωφωθῆναι τοὺς ἐχθρούς· τοῦτο δὲ ἔσται, εἰ ἐπιφάνῃς τὸ πρόσωπόν σου.

C *Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε!* Ὡς ἤδη διὰ τοῦ Πνεύματος φωταγωγηθεὶς, περὶ τῶν ἐσομένων εὐχαριστίαν ἀναφέρει. Ἔθος δὲ τῷ Δαυῒδ ἐπὶ ἐκπλήξεως πολλάκις λαμβάνειν τὴν, ὡς, φωνὴν, ἀντὶ τοῦ, *σφόδρα.* Πολλή σου ἐστὶν ἡ χρηστότης, ἣν ταμιεύεις καὶ φυλάττεις ἡμῖν· τὸ γὰρ, *ἔκρυψας*, ἀντὶ τοῦ, *ἐφύλαξας*, ὡς καὶ τό· *Ἔκρυψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ.* Κέχρηται δὲ τῷ, *ἔκρυψας*, ἀντὶ τοῦ, *ἐφύλαξας*, ἐπειδὴ τὸ κεκρυμμένον φυλάττεται. *Ἐξειργάσω τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σέ.* Ἀντὶ τοῦ, ἐξειργάσω ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι.

Κατακρύψεις αὐτοὺς ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου. Τὸ πρόσωπόν σου, φησὶ, σκέπη τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ γένηται. *Ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων* D *σκεπάσεις αὐτοὺς ἐν σκηνῇ ἀπὸ ἀντιλογίας γλωσσῶν.* Καθάπερ, φησὶν, σκέπη σκεπάσεις αὐτοὺς, ὥστε μήτε ὑπὸ τῶν λόγοις αὐτοῖς ἐπιχειρούντων καταβλάπτειν, μήτε ὑπὸ τῶν ἔργοις πολεμούντων ἁλίσκωνται.

Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι ἐθαυμάστωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν πόλει περιοχῆς. Δι' ἐμοῦ, φησιν, ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη· ὅτι, μυρίων πολεμίων περὶ ἐμὲ συστάντων, καὶ δίκην μεγάλης πόλεως τὴν ἐμὴν ψυχὴν πολιορκεῖν πειρωμένων, ὁ ἐμὸς φύλαξ, φραγμὸν ἐμοὶ περιβαλὼν, τὸ ἔλεος αὐτοῦ θαυμαστὸν ἔδειξεν.

Ἐγὼ δὲ εἶπον ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Ἀπέῤῥιμμαι. Ὁπηνίκα, φησὶν, ἐταπείνουν ἐμαυτὸν ἐν τῇ

γινομένη μοι ἐκστάσει, ὅτε καὶ ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου, ἐπέτριβον ἐμαυτὸν ὡς ἀπεῤῥιμμένος διὰ τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ταῦτα, φησὶν, ἔλεγον, σὺ δὲ ὁ φιλάνθρωπος οὐκ ἀπέῤῥιψας τὸν σὸν οἰκέτην.

Ἀγαπήσατε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ὅσιοι αὐτοῦ. Τρέπει τὸν λόγον εἰς τὴν ἑτέρων παραίνεσιν ἐφ' ὧν εὐηργετήθη, τοὺς ἄλλους ἐπὶ τὸ ἐξομολογεῖσθαι παρακαλῶν. *Καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν.* Μακροθυμεῖ μὲν ὁ Κύριος ἐπὶ τοῖς ὑπερηφάνοις, τοῖς δὲ περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν καὶ ἀνταποδίδωσιν.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυῒδ, συνέσεως. ΛΑ'.

Ὑπόθεσις.

Τὴν κακοπάθειαν αὐτοῦ τὴν πολλὴν προβαλλόμενος ὁ Δαυῒδ, ἣν ἐν τῇ μετανοίᾳ ὑπέμεινεν, μακαρίζει τοὺς τῆς ἀφέσεως τετυχηκότας διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας. *Συνέσεως* δὲ ἐπιγέγραπται ὁ ψαλμὸς, διὰ τὸ ταύτης μάλιστα δεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους· ὅτι δὴ σφόδρα ἐκνενευκότες ἐπὶ τὰ πάθη, ἵπποις καὶ ἡμιόνοις ἀπεικάσθησαν.

Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Ἀφίενται μὲν αἱ ἀνομίαι διὰ βαπτίσματος, ἐπικαλύπτονται δὲ ἁμαρτίαι διὰ τῆς πικρᾶς μετανοίας.

Μακάριος ἀνὴρ οὗ οὐ μὴ λογίσηται ὁ Κύριος ἁμαρτίαν, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Οὗτος γὰρ ἀληθῶς μακάριος, ὁ ὅλῃ καρδίᾳ προσερχόμενος τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. [Ὁ γὰρ μετὰ δόλου βαπτιζόμενος, πρὸς τῷ μὴ τυχεῖν τῆς ἀφέσεως, καὶ κρίμα ἕξει.] Τοῦ αὐτοῦ· τὸ, *ὅτι*, τῷ, *ἐπαλαιώθη*, συναπτέον, ἵν' ᾖ· *Ὅτι ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν.* Ἐσίγησα μηκέτι φωνὴν ἀφεῖναι δυνάμενος. Τί δὲ ἔκραξεν, ἢ τὴν συγγνώμην τῆς ἁμαρτίας αἰτῶν;

Ὅτι ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐβαρύνθη ἐπ' ἐμὲ ἡ χείρ σου. Ἀγαθὸς, φησὶν, ὢν ἐπαίδευσας σφοδρῶς διὰ τῆς παιδείας ἐπιστρέφων εἰς σωτηρίαν. *Ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν.* Ἄκανθαν τὴν ἁμαρτίαν φησίν. Ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Ἐπειδὴ ἐνεπάγη, φησὶ, τῇ ψυχῇ μου ἡ ἁμαρτία, ἐταλαιπώρησα.

Τὴν ἀνομίαν μου ἐγνώρισα. Τὸν τρόπον τῆς ἐξομολογήσεως σημαίνει. *Εἶπα ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν. Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ.* Καὶ λέγε σὺ, φησὶ, τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτος.

Ὑπὲρ ταύτης προσεύξεται πρὸς σὲ πᾶς ὅσιος. Ὑπὲρ τῆς ἐμοὶ, φησὶ, συγχωρηθείσης ἁμαρτίας ἕκαστος τῶν ὁσίων σοι εὔξεται. Δύο δὲ διὰ τούτων σημαίνει· ἢ ὅτι ὑπόδειγμα πᾶσι μετανοίας ἔσομαι, ἢ προφητικώτερον, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ προσώπου Δαυῒδ πάντα τὰ ἔθνη κατὰ καιροὺς ἐξομολογεῖσθαι ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ. *Πλὴν ἐν κατακλυσμῷ ὑδάτων πολλῶν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσιν.* Τὸν μετανοοῦντα, φησὶ, πλῆθος πειρασμῶν οὐκ ἐπικλύσει.

A in superveniente mihi mentis excessu, quando conturbatus est in ira oculus meus, me macerabam quasi peccati mei causa projectus. Sed ego quidem hæc dicebam : tu vero benignus cum sis, non abjecisti famulum tuum.

24. *Diligite Dominum, omnes sancti ejus.* Sermonem convertit ad aliorum exhortationem, a quibus beneficiis est affectus, alios ad confitendum evocans. *Et retribuit abundanter facientibus superbiam.* Diu quidem tolerat Dominus superbos, at abundanter facientibus superbiam promerita retribuit.

PSALMUS *ipsi David, intellectus.* XXXI.

Argumentum.

Ærumnas et calamitates multas queis in agenda B pœnitentia perfunctus est proponens David, beatos illos prædicat qui per lavacrum regenerationis veniam sunt consecuti. Intellectus autem psalmus inscribitur, quia illo egent maxime homines : nam dum affectibus plus æquo indulgent, equis et mulis similes facti sunt.

1. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Dimittuntur iniquitates per baptisma, teguntur per amaram pœnitentiam.

2. *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum, nec est in ore ejus dolus.* Ille namque vere beatus qui toto corde accedit ad sanctum baptisma. [Nam qui cum dolo baptizatur, veniam minime C consecutus, judicio quoque damnabitur.] Quod sequitur, *quoniam*, cum hac voce, *inveteraverunt*, est connectendum, ut sententia sit, *quoniam inveteraverunt ossa mea. Dum clamarem tota die* Tacui cum non possem amplius vocem emittere. Quid autem clamavit, nisi veniam peccati rogans?

4. *Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua.* Bonus, inquit, cum sis, dire et graviter me castigasti, ut ad salutem adduceres. *Conversus sum in ærumna dum configitur spina.* Spinam vocat peccatum. Hæc est autem sententia : Postquam confixum est animæ meæ peccatum, in ærumnis versatus sum.

5. *Delictum meum cognitum tibi feci.* Modum confessionis significat. *Dixi : Confitebor adversum* D *me injustitiam. Justus in principio sermonis accusator est sui* [68], tu prior, inquit, enarrato peccata tua.

6. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus.* Pro venia peccati, inquit, mihi concessa, omnis sanctus ad te orabit. Duo autem hisce verbis significat : vel omnibus pœnitentiæ exemplar ero ; vel quod ad prophetiæ rationem magis accedit, quia futurum esset ut ex persona ipsius David omnes gentes suis temporibus confiterentur pro peccato ejus. (*Scilicet hunc recitando psalmum.*) *Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* Pœnitentiam agentem, inquit, multitudo tentationum non obruet.

[68] Prov. XVIII, 17.

7. *Tu es refugium meum*, etc. Cum illa de peccato dixisset, rogat a malis per eam invectis eripi. Et vero gratiosa datur responsio : ait enim illi benignus Dominus : *Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac*. Petenti liberationem ab inimicis respondet Deus, promittens se illi in via recta ducem futurum.

9. *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus*. Hortatur peccantes, ne se efferatis et belluinis moribus dedant. *In camo et freno maxillas eorum constringes*. Ceu ad Dominum sermo dirigitur. Hujusmodi autem sententia est : Eos qui pœnitere noluerint, ceu quodam freno ad te converte.

PSALMUS David, qui caret titulo apud Hebræos.
XXXII.

Argumentum.

In præsenti docet eos qui jam in Christum crediderunt laudare Dominum suum, commonstrans præterea potestatis suæ excellentiam ; quoniam ipse redemptor est universorum, ipse Dominus, ipse improbos nihili facit, eorumque disturbat consilia ; sperantes autem in se salvos facit.

1. *Exsultate, justi, in Domino... in psalterio decem chordarum psallite illi*. Psalterium decem chordarum corpus vocat : quippe quod quinque sit sensibus præditum, et quod quinque operationes anima habeat, per singulos namque sensus singulæ operationes excitantur.

3. *Cantate ei canticum novum*. Aperte dicit legem Mosis finem accepisse.

4. *Quia rectum est verbum Domini*. Evangelicum videlicet. *Et omnia opera ejus in fide*. Credendum, inquit, iis quæ ille, ut Deum decebat, operatus est.

5. *Diligit misericordiam et judicium Dominus*. Hæc, inquit, postulat ab iis qui credunt in ipsum. *Misericordia Domini plena est terra*. Ostendere incipit ipsum rerum omnium creatarum opificem esse, et quidem primum terræ quam misericordia replesse ait : neque enim alias consisteret, nisi ea repleta esset. Et sane neque cœli unquam constitissent, nisi verbo ejus firmati fuissent, itidemque virtutes eorum, nempe divinæ et rationabiles.

[Diligit itaque misericordiam erga pœnitentes ; diligit judicium eorum qui peccare non desistunt. Tale quidpiam Isaias Deo loquitur, *Quia misericordia tua in mensuram* [69] : siquidem ipse cum judicio misericordiam præstat, in pondere et numero retribuens pro cujusque merito.]

6. *Verbo Domini cœli firmati sunt*. Et hic quoque sancta Trinitas declaratur. *Et spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Os Dei Spiritum sanctum dicit : siquidem prophetæ cum eo afflante loquerentur, dicebant [70], *quoniam os Domini hæc locutum est*.

7. *Congregans sicut in utre aquas maris*. Congre-

[69] Isa. xxviii, 17. [70] Isa. i, 20.

A *Σύ μου καταφυγή*. Ἐκεῖνα περὶ τῆς ἁμαρτίας εἰρηκὼς, ἱκετεύει τῶν διὰ ταύτην ἐπενεχθέντων ἀπαλλαγῆναι κακῶν. Καὶ μέντοι καὶ τυγχάνει τῆς ἀποκρίσεως· λέγει γὰρ πρὸς αὐτὸν φιλάνθρωπος Κύριος· *Συνετιῶ σε καὶ συμβιβῶ σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ*. Εὐξαμένῳ λύτρωσιν ἐχθρῶν ἀντιφθέγγεται Θεὸς, ὁδηγήσειν ἐπαγγελλόμενος ἐν εὐθείᾳ ὁδῷ.

Μὴ γίνεσθαι ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. Εἰσηγεῖται τοῖς ἁμαρτάνουσι, τοῖς ἀλόγοις μὴ ἐκδιδόναι αὐτοὺς πάθεσι. *Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξεις*. Ὡς πρὸς τὸν Κύριον ὁ λόγος. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Τοὺς μὴ βουλομένους μετανοεῖν οἷά τινι χαλινῷ ἐπίστρεφον πρὸς ἑαυτόν.

B *ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυῒδ ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. ΛΒ'.*

Ὑπόθεσις.

Ἐν τούτῳ διδάσκει τοὺς ἤδη πιστεύσαντας εἰς Χριστὸν, αἰνεῖν τὸν ἑαυτῶν Δεσπότην, διδάσκων αὐτοὺς ἅμα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὴν ὑπεροχὴν, ὅτι αὐτὸς ῥύστης τῶν ὅλων, αὐτὸς Κύριος, αὐτὸς τοὺς μὲν πονηροὺς ἐξουθενεῖ, καὶ διασκεδάννυσιν αὐτῶν τὰς βουλὰς, τοὺς δὲ ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν σώζει.

Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν Κυρίῳ . . . . . . ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ. Δεκάχορδον ψαλτήριον τὸ σῶμά φησιν, ἅτε πέντε αἰσθήσεις ἔχον, καὶ πέντε ἐνεργείας ψυχῆς, δι' ἑκάστης αἰσθήσεως γινομένης ἐνεργείας ἑκάστης.

C *Ἄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν*. Σαφῶς τὸν διὰ Μωσέως νόμον τέλος ἐσχηκέναι φησίν.

Ὅτι εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ Κυρίου. Ὁ εὐαγγελικὸς δηλονότι. *Καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει*. Πιστεύειν δεῖ, φησὶ, τοῖς δι' αὐτοῦ θεοπρεπῶς ἐνεργουμένοις.

Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν ὁ Κύριος. Ταῦτα, φησὶν, ἀπαιτεῖ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. *Τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ*. Ἄρχεται τοῦ καὶ ποιητὴν ὄντα αὐτὸν τῆς πάσης κτίσεως δεικνύναι, καὶ πρό γε τῆς γῆς ἣν καὶ ἐλέους πληρῶσαί φησιν· καὶ οὐκ ἂν ἄλλως συνεστηκέναι μὴ τούτου γέμουσα. Ἀμέλει καὶ οἱ οὐρανοὶ οὐκ ἄν ποτε συνέστησαν, εἰ μὴ τῷ λόγῳ αὐτοῦ διεκρατοῦντο, καὶ μὴν καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν, τουτέστιν αἱ θεῖαι καὶ λογικαί.

D [Ἀγαπᾷ οὖν ἐλεημοσύνην ἐπὶ τῶν μετανοούντων· ἀγαπᾷ δὲ κρίσιν ἐπὶ τῶν ἀνενδότων. Τοιοῦτον δὲ καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγει τῷ Θεῷ· *Ὅτι ἡ ἐλεημοσύνη σου εἰς σταθμόν*· καὶ γὰρ κἀκεῖνος τὴν μετὰ κρίσεως ἐλεημοσύνην παρίστησι, ζυγῷ καὶ ἀριθμῷ κατὰ τὴν ἑκάστου ἀξίαν ἀντιμετρούμενος.]

Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. Δήλωσις κἀνταῦθα τῆς ἁγίας Τριάδος. *Καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*. Στόμα Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει· οἱ γὰρ προφῆται δι' αὐτοῦ λαλοῦντες ἔλεγον· *Ὅτι τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα*.

Συνάγων ὡσεὶ ἀσκὸν ὕδατα θαλάσσης. Προσ-

συλλεγόμενος, φησὶ, τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καθάπερ A ἐν ἀσκῷ τινι, ταῖς νεφέλαις ἐπισυνέχει· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς·* καὶ πάλιν· *Ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς. Τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους.* Καὶ τὰς ἀβύσσους, φησὶ, καθάπερ ἐν θησαυροῖς σφραγίζει, ἵνα μὴ ἀναβλύζουσαι ἐπικλύσωσι τὴν ξηράν.

Φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ. Μηκέτι, φησὶ, τοῖς δαιμονίοις προσαγέτω ἡ γῆ τὸ σέβας. *Ἀπ' αὐτοῦ δὲ σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην.* Ἀκούοντες, φησὶν, αὐτοῦ οἱ τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντες ἄνθρωποι, τῆς προτέρας στάσεως ἧς εἶχον εἰδωλολατροῦντες, δηλονότι σαλευθήτωσαν τῷ ἰδίῳ δημιουργῷ ὑπακούοντες.

Ὅτι αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. B Ἡ μὲν γένησις τὴν τῶν λογικῶν οὐσιώδη δηλοῖ· ἡ δὲ κτίσις τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον σημαίνει μεταβολήν. *Εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις.*

Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν. Τῶν νοητῶν δηλονότι. *Ἀθετεῖ δὲ λογισμοὺς λαῶν, καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων.* Ἀπράκτους γὰρ ἐπιβουλὰς πάντων ἔθηκε τῶν Ἰουδαίων, τριήμερος ἀναστήσας. Τοῦτο γὰρ ἦν ὃ καὶ βούλεται, ὅπερ *καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μένει.*

Λογισμοὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Τὰ δόγματα, φησὶν, ἃ βεβούλευται καὶ εἰς τὸν παρόντα αἰῶνα καὶ εἰς τὸν μέλλοντα. Λογισμοὶ Θεοῦ αἱ κατάλληλοι διακοσμήσεις· καρδία δὲ τὸ ἀπόκρυφον τῆς οὐσίας. C

Μακάριον τὸ ἔθνος οὗ ἐστι Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ. Τοὺς εἰς Χριστὸν πιστεύοντας ἐν τούτοις μακαρίους ἀποκαλεῖ.

[*Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύριος.* Εἶπεν, *ἐπέβλεψεν*, ἵνα μή τις αὐτὸν ἀγνοεῖν οἰηθῇ τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τολμώμενα.]

[*Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ.* Ἤτοι ἡτοιμασμένου, εὐτρεπισμένου. Οἶκος γὰρ ὥσπερ Θεοῦ ἀποκεκλήρωται ὁ οὐρανός.]

Ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν. Μόνος, φησὶν, ὁ Θεὸς οἶδε τῶν ἀνθρώπων τὰς καρδίας. Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγε· *Τί διαλογίζεσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;*

Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. D Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἡ παντοπτικὴ αὐτοῦ δύναμις· ἢ πολλάκις ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡς ἐν μέσῳ δύο φώτων ὁ Πατὴρ τῶν φώτων.

Καὶ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ. Ἐν καιρῷ, φησὶ, διωγμοῦ, μὴ συνισταμένων τῶν νοητῶν τροφῶν, αὐτὸς ὁ Κύριος διὰ Πνεύματος ἁγίου θρέψει αὐτούς.

Ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν ὑπομένει τῷ Κυρίῳ. Ὡς ἤδη ἐπιδειγμένοι τὴν εἰς αὐτὸν πεποίθησιν προβάλλονται.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ, *καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν.* ΛΓ'.

Ὑπόθεσις.

Φεύγων ὁ Δαυΐδ τὸν Σαοὺλ, ἦλθε πρὸς Ἀβιμέλεχ, καὶ

gans, inquit, quasi in utre quodam aquam maris, in nubibus continet illam : quemadmodum et alio loco ait[11] : *Qui convocat aquam maris, et effundit eam super faciem universæ terræ.* Et rursum : *Educens nubes ab extremo terræ. Ponens in thesauris abyssos.* Et abyssos, inquit, ceu in thesauris obsignat, ne scaturientes terram inundent.

8. *Timeat Dominum omnis terra.* Ne ultra, inquit, dæmonibus terra cultum offerat. *Ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.* Qui orbem incolunt homines qui prius idolis dediti erant, audito ejus nomine commoveantur suoque pareant conditori.

9. *Quoniam ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt. Factio* rationabilium substantiam denotat : creatio autem, a pejore in melius mutationem : *Si quæ enim in Christo nova creatura*[12].

10. *Dominus dissipat consilia gentium.* Spiritualium videlicet, *Reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.* Omnium quippe Judæorum insidias irritas fecit, post triduum resurgens. Id enim sibi vult etiam illud, *in æternum manet consilium Domini.*

11. *Cogitationes cordis ejus in generationem et generationem.* Dogmata, inquit, quæ decreta sunt, sive in præsenti sive in futuro sæculo. Cogitationes Dei, id est congruentes dispositiones : cor, occultum substantiæ.

12. *Beata gens cujus est Dominus Deus ejus.* Beatos his verbis vocat eos qui in Christum crediderunt.

[13. *De cœlo respexit Dominus.* Ait, *respexit*, ne quis autumet ipsum ignorare hominum facinora.

[14. *De præparato habitaculo suo.* Id est, accurate instructo et ornato. Nam cœlum quasi ad Dei domicilium destinatum est.]

15. *Qui finxit sigillatim corda eorum.* Solus, inquit, Deus novit hominum corda. Quamobrem Salvator Judæis dicebat : *Quid cogitatis mala in cordibus vestris*[13]?

18. *Ecce oculi Domini super metuentes eum.* Oculi Domini sunt omnium speculatrix ejus potestas : aut plerumque Filius et Spiritus sanctus, ita ut in medio duorum luminum sit Pater luminum.

19. *Et alat eos in fame.* Tempore, inquit, persecutionis, si non adsint spirituales cibi, ipse Dominus per Spiritum sanctum enutriet illos.

20. *Anima nostra sustinet Dominum.* Quam jam exhibuerunt fiduciam erga Dominum, nunc præ se ferunt.

1. *PSALMUS David quando immutavit vultum suum coram Abimelech, et dimisit eum et abiit XXXIII.*

Argumentum.

Cum fugeret David Saulem, venit ad Abimelech.

[11] Amos v, 8. [12] II Cor. v, 17. [13] Matth. ix, 4.

et rogatus ab eo quæ causa recessus, fugam quidem negavit; sed missum se ait ab Saule postulatum Goliathi ensem. Quoniam igitur aliud dicebat aliud sentiebat, descriptum est immutasse vultum suum. Canit autem psalmum novo populo, doctrinam introducens spiritualis et evangelici cultus. A

2. *Benedicam Dominum in omni tempore... In Domino laudabitur anima mea.* Etiamsi laude dignus sim, quia nonnihil boni in operibus meis reperitur, id non mihi sed Deo ascribendum : ipse me et illustrem effecit et præclarum efficiet. *Audiant mansueti et lætentur.* Salutem mihi a Domino concessam quilibet justus si audiat lætatus fuerit. Quod autem ille salvos faciat sperantes in se, non B id admittit ut solus hymnum edat : sed eos qui consortes sunt clementiæ Domini, consortes efficit cantici.

3. *Magnificate Dominum meum et exaltemus nomen ejus in idipsum.* Quasi non sufficiat ipse solus magnificentiam Dei enuntiare, postulat ea in re aliorum operam et auxilium.

5. *Accedite ad eum et illuminamini.* Ex concessis donis accepta fiducia, alios etiam ad id invitat.

6. *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum.* Ediscite, inquit, ex iis quæ mihi acciderunt, fiduciam habere in Dominum universorum. Me namque vilem et abjectum et pastorem ovium, sua dignatus est providentia, atque hostibus præstantiorem exhibuit. C

7. *Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos.* Hoc consonat cum Apostoli verbis [74]: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capturi sunt salutis.* Ita et beatus Jacob hæc precatur [75]: *Angelus qui eripuit me ex omnibus calamitatibus meis.* Eodem modo patriarcha Abraham, admirabili domestico suo ait [76]: *Dominus Deus mittet angelum suum ante faciem tuam, et accipies uxorem filio meo Isaac exinde.* Sic et beatus Zacharias ait [77]: *Angelus qui loquebatur mihi.* D

8. *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus.* Ex vero, inquit, pane gustate, qui descendit ex cœlo. *Beatus vir qui sperat in eo;* futuram enim vitam consequetur.

10. *Divites eguerunt et esurierunt.* Videlicet populus Judaicus. *Inquirentes autem Dominum non minuentur in omni bono.* Alium dicit gentium populum.

11. *Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos... et labia tua ne loquantur dolum.* Doctrinam gentibus prædicandam proponit, cujus primo esse ait timorem Dei; secundo non obtrectare fratri;

τῆς ἀφίξεως τὴν αἰτίαν ἐρωτώμενος παρ' αὐτοῦ, τὴν φυγὴν μὲν ἠρνήσατο· ἀπεστάλθαι δὲ εἶπε παρὰ τοῦ Σαοὺλ, ὡς καὶ τὴν ῥομφαίαν αἰτῆσαι τοῦ Γολιάθ. Ἐπεὶ τοίνυν ἄλλα μὲν εἶπεν, ἄλλα δὲ ἐφρόνει, ἀναγέγραπται τὸ *ἠλλοιωκέναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.* Ἄδει δὲ τὸν ψαλμὸν τῷ νέῳ λαῷ, διδασκαλίαν εἰσηγησάμενος τῆς πνευματικῆς καὶ εὐαγγελικῆς λατρείας.

Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ... Ἐν τῷ Κυρίῳ ἐπαινεθήσεται ἡ ψυχή μου. Εἰ καὶ ἄξιος ἐπαίνου τυγχάνω εὑρεθέντος τινὸς καλοῦ ἐν ταῖς ἐμαῖς πράξεσιν, τοῦτο οὐκ ἐμοὶ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἀναθετέον· αὐτὸς ἐμὲ καὶ πεποίηκε περιφανῆ, καὶ ποιήσει περίβλεπτον. *Ἀκουσάτωσαν πραεῖς, καὶ εὐφρανθήτωσαν.* Τὴν ἐμοὶ γεγενημένην παρὰ τοῦ Κυρίου σωτηρίαν πᾶς δίκαιος ἀκηκοὼς εὐφρανθείη. Ὅτι δὴ σώζει τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν, οὐκ ἀνέχεται μόνος ὑφῆναι τὸν ὕμνον, ἀλλὰ τοὺς κοινωνοὺς τῆς πραότητος, κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς ὑμνῳδίας.

Μεγαλύνατε τὸν Κύριον σὺν ἐμοὶ, καὶ ὑψώσομεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπιτοαυτό. Ὡς μὴ ἐξαρκῶν τὰ μεγαλεῖα ἐξαγγεῖλαι τοῦ Θεοῦ, εἰς τοῦτο αὐτὸ ὡς περισυλλαμβάνεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους ἀξιοῖ καὶ συμπράττειν.

Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε. Ἀφ' ὧν ἐδέξατο πεποιθὼς, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τοῦτο ἀνάγει.

Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτόν. Μάθετε, φησὶν, ἐκ τῶν κατ' ἐμὲ θαῤῥεῖν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ. Εὐτελῆ γὰρ ὄντα με καὶ προβατέα, τῆς οἰκείας προμηθείας ἠξίωσε, καὶ κρείττονα τῶν πολεμούντων ἀπέφηνε.

Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. Τοῦτο συμφωνεῖ καὶ τοῦ Ἀποστόλου τοῖς ῥήμασι· περὶ γὰρ τῶν ἀγγέλων οὗτός φησιν· *Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς λειτουργίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν.* Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Ἰακὼβ προσευχόμενός φησιν· *Ὁ ἄγγελος ὁ ῥυσάμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν μου.* Οὕτω καὶ ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ πρὸς τὸν θαυμάσιον οἰκέτην ἔφη· *Κύριος ὁ Θεὸς ἀποστελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸ προσώπου σου, καὶ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαὰκ ἐκεῖθεν.* Οὕτω καὶ ὁ μακάριος λέγει Ζαχαρίας· *Ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐμοί.*

Γεύσασθε, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Τοῦ ἀληθινοῦ ἄρτου, φησὶ, γεύσασθε, τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ. *Μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν·* ἕξει γὰρ τὴν μέλλουσαν ζωήν.

Πλούσιοι ἐπτώχευσαν καὶ ἐπείνασαν. Δηλονότι ὁ τῶν Ἰουδαίων λαός. *Οἱ δὲ ἐκζητοῦντες τὸν Κύριον οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ.* Τὸν ἕτερον λέγει τὸν τῶν ἐθνῶν.

Ὁ Θεὸς, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; μὴ σιγήσῃς μηδὲ καταπραΰνῃς, ὁ Θεός. Σοὶ μὲν, φησὶν, οὐδεὶς ἔσται ὅμοιος, ἀμνησίκακος καὶ μακροθυμῶν ἐπὶ ταῖς ἀδικίαις· ἐγὼ δὲ εὔχομαι μὴ σιγῆσαι ἐπὶ ταῖς καθ' ἡμῶν παρὰ τῶν ἐχθρῶν γενομέναις ἀδίκοις ἐφόδοις.

Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἤχησαν. Ἐξάκουστος, φησὶν, ἡ καθ' ἡμῶν παρ' αὐτῶν ἀδικία γεγένηται.

Ἐγενήθησαν εἰς ἀντίληψιν τοῖς υἱοῖς Λώτ. Ἀντελάβοντο, φησὶ, καὶ συνεμαχήσαντο εἰς τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον οἱ προδηλωθέντες τοῖς υἱοῖς Λώτ. Υἱοὶ δὲ Λὼτ Μωαβῖται καὶ Ἀμμανῖται. Ἐντεῦθεν δὲ γινώσκομεν, ὅτι προσκαλοῦνται ἀλλήλους οἱ δαίμονες ἐπ' ἀπωλείᾳ ψυχῆς, πανωλεθρίαν ἡμῖν ἐπάγειν, καὶ D λήθῃ παραδοῦναι τὸν πολυθρύλλητον Ἰσραήλ. Εἶτα καταλέγει ὁμόρους, ὑφ' ὧν συγκληθέντες καὶ οἱ ἄλλοι συνῆλθον.

Ποίησον αὐτοῖς ὡς τῇ Μαδιὰμ καὶ τῷ Σισάρα. Ὥσπερ ποτὲ Μαδιὰμ καὶ ὁ Σισάρα, ἔτι τε καὶ ὁ Ἰαβεὶν ἐξαναστάντες κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ ἐξωλοθρεύθησαν, οἱ μὲν ἐν τῷ χειμάρρῳ Κισσὼν, οἱ δὲ ἐν Ἀενδώρ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ἐπιθέμενοι ἡμῖν μετὰ τοῦ Ἀσσοὺρ, τῆς ὁμοίας τιμωρίας τύχοιεν. Σισάρα μὲν ἄρχων τῆς δυνάμεως, Ἰαβεὶν δὲ βασιλεὺς Χαναάν. Τροποῦνται ἐν τῷ χειμάρρῳ Κισσὼν ἐν τοῖς Κριταῖς ἐν χειρὶ Βαρὰκ καὶ Δεββόρα γυναικὸς Ἰσραήλ.

locutus est, hic quæ causæ sint quod a Deo abjectus fuerit clarius recenset.

1. *Deus stetit in synagoga deorum.* Deos vocat principes Judæorum, qui filii Dei vocabantur. Stetit igitur in medio eorum Deus, in salutari suo adventu, ut judicaret eos, facinorum eorum convictionem afferens.

2, 3. *Usquequo judicatis iniquitatem?* etc. Iniquitatem, qua erga populum usi sunt, in medium adducit.

5-7. *Moveantur omnia fundamenta terræ.* Fundamenta terræ dicit principes sæculi hujus, qui ante Judæorum populum pœnas dederunt, a tyrannide qua nos opprimebant expulsi, per illud dictum: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras* [a]. Exacti sunt a loco quem prius occupabant. Cum itaque prius illi compressi fuissent per crucem ejus, ac deinde abjectus sit Israel postquam Evangelium per totam terram prædicatum fuit, subjunxit: *Ego dixi: Dii estis. Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis.* Et quibus principibus, nisi iis quos paulo ante significavit per commota fundamenta terræ

1. *Canticum PSALMI Asaph. LXXXII.*

Argumentum.

Precationem hic effundit ad Deum, rogans ut de arrogantia gentium, quæ cum Assyriis bellum gesserant adversus Jerusalem, sumat pœnas. Hæ autem gentes inferius in psalmo indicantur.

2. *Deus, quis similis erit tibi? ne taceas neque compescaris, Deus.* Nemo, inquit, tibi similis erit, immemor videlicet injuriarum, et æquanimiter tolerans iniquitates. Ego autem precor ut non taceas super iniquis incursionibus inimicorum, quibus nos adoriuntur.

3. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt.* Publicata, inquit, fuit eorum adversum nos iniquitas.

9. *Facti sunt in adjutorium filiis Lot.* Qui superius memorati sunt auxilium et opem attulerunt filiis Lot. Filii autem Lot sunt Moabitæ et Ammonitæ. Hinc autem cognoscimus, dæmones sese mutuo provocare ad perniciem animæ, ut nos funditus perdant, et famosum illum Israelem in oblivionem ducant. Deinde finitimos enumerat, a quibus evocati alii convenerunt.

10. *Fac illis sicut Madian et Sisaræ*, etc. Sicut olim Madian, Sisara et Jabin insurgentes contra Israelem disperierunt, alii in torrente Cisson, alii in Endor; eodem modo qui cum Assur nos adoriuntur easdem pœnas luant. Sisara dux exercitus erat; Jabin autem rex Chanaan. Qui in fugam vertuntur in torrente Cisson, de qua re in libro Judicum, manu Barac et Deboræ mulieris Israelitæ [b].

[a] Joan. XII, 31. [b] Judic. IV, 14.

11. *Disperierunt in Endor.* In indecenti loco. Endor enim *indecentiam* significat. *Facti sunt ut stercus terræ.* Insepulti enim jacentes dissoluti sunt, et quasi stercus, terræ admisti.

12. *Pone principes eorum sicut Oreb.* Paria Idumæis, Ismaelitis, Moabitis, Agarenis et memoratis eorum sociis immitte mala in Oreb et in reliquos. Ipsi enim mali male perierunt.

14-16. *Deus meus, pone illos ut rotam.* Id est, ne maneant in eodem statu, sed in contrarium revolvantur. *Sicut stipulam ante faciem venti,* id est versatiles fient, ut est revera stipula spicæ. *Sicut ignis qui comburit silvam.* Fruantur, inquit, igne quem ipsi accenderunt, atque ipse ignis eos consumat, sicut et sensibilis ignis comburit silvam. Simile est autem huic dicto: *Ecce vos omnes ignem accenditis, eatis ad lumen ignis vestri, et flammæ quam accendistis* [7]. *Sicut flamma comburens montes.* Parabolicus est sermo. Quemadmodum, inquit, ignis decidens comburit montes, ita comburentur illi per supplicium a te inflictum, quod ob vehementiam et gravitatem tempestati comparavit.

17. *Imple facies eorum ignominia.* Lapsi enim optatis suis, et pudore repleti, agnoscent tuam potestatem. *Et quærent nomen tuum, Domine.* Id ait, quia ex datis pœnis utilitatem percepturi sunt. Illud, *quærent*, positum est pro, cognoscent.

1. *In finem, pro torcularibus, filiis Core,*

PSALMUS LXXXIII.

Argumentum.

Rursum pro Ecclesiis in hoc psalmo verba facit, et palam est ex eo quod pro torcularibus inscribatur.

2, 3. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum.* Tabernacula dicit sanctas ecclesias Dei, per diversa loca constructas, erga quas studio fertur religiosa anima. *Cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum.* Perinde est ac si diceret: Et corpore et anima me obtuli ad serviendum Deo viventi et vero [8]. Illud autem, Deo viventi, ad discrimen idolorum dictum est, quæ mortua sunt et ex materia sensu carente fabrefacta.

4. *Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum sibi ubi ponat pullos suos. Altaria tua, Domine.* Passer hominum animam adumbrat, cui venando insidiatur spiritualis venator, juxta id quod dictum est: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium* [9]. Turturem autem vocat animam quæ in castitate et temperantia versatur. Ait igitur omnem animam hoc inventuram perfugium, ingressum scilicet in altaria.

A *Ἐξωλοθρεύθησαν ἐν Ἀενδώρ.* Ἐν ἀσχήμῳ τόπῳ. Ἀενδὼρ γὰρ ἀπρέπεια δηλοῦται. *Ἐγενήθησαν ὡσεὶ κόπρος τῇ γῇ.* Ἄταφοι γὰρ μένοντες διελύθησαν, καὶ οἷόν τις κόπρος τῇ γῇ συνεμίγησαν.

Θοῦ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ὡς τὸν Ὠρήβ. Τῶν Ἰδουμαίων καὶ Ἰσμαηλιτῶν καὶ Μωαβιτῶν καὶ Ἀγαρηνῶν καὶ τῶν δηλωθέντων ἑταίρων τὰ ἴσα παθεῖν παρασκεύασον τῷ Ὠρὴβ καὶ τοῖς ἑτέροις. Οὗτοι δὲ καὶ κακοὶ κακῶς ἀπολώλασιν.

Ὁ Θεός μου, θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχόν. Τουτέστι, Μὴ μείνοιεν ἐν τῇ αὐτῇ στάσει, ἀλλὰ κυλιέσθωσαν εἰς τοὔμπαλιν. *Ὡς καλάμην κατὰ πρόσωπον ἀνέμου.* Τουτέστιν εὐρίπιστοι γενήσονται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἡ καλάμη τοῦ στάχυος. *Ὡσεὶ πῦρ ὃ διαφλέξει δρυμόν.* Ἀπολαυέτωσαν, φησὶ, τοῦ πυρὸς ὃ αὐτοὶ B ἐξέκαυσαν, καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ αὐτοὺς καταφάγεται, ὡσπερανεὶ καὶ αἰσθητὸν πῦρ καταφάγει δρυμόν. Ὅμοιον δὲ τῷ· *Ἰδοὺ πάντες ὑμεῖς πῦρ καίετε, πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε.* *Ὡσεὶ φλὸξ κατακαῦσαι ὄρη.* Παραβολικὸς ὁ λόγος. Ὥσπερ πῦρ ἐμπεσὸν, φησὶ, καίει ὄρη, οὕτω κατακαυθήσονται ὑπὸ τῆς παρὰ σοῦ ἐπενεχθησομένης αὐτοῖς τιμωρίας, ἥντινα καὶ καταιγίδι παρέβαλε διὰ τὸ σφοδρὸν καὶ ἐπιτεταμένον.

Πλήρωσον τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας. Διαμαρτόντες γὰρ ὧν βούλονται, καὶ αἰσχύνης ἐμπλησθέντες, ἐπιγνώσονταί σου τὴν δύναμιν. *Καὶ ζητήσουσι τὸ ὄνομά σου, Κύριε.* Τοῦτο λέγει, ὡς ἔσται αὐτοῖς ἐκ τῶν τιμωριῶν ὠφέλεια. Τὸ, *ζητήσουσιν*, ἀντὶ τοῦ, C γνώσονται.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν τοῖς υἱοῖς Κορέ,

ΨΑΛΜΟΣ ΠΓ'.

Ὑπόθεσις.

Πάλιν ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ποιεῖται τὸν λόγον, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ὑπὲρ τῶν ληνῶν αὐτὸν ἐπιγεγράφθαι.

Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων! Σκηνώματά φησι τὰς κατὰ τόπον ἱδρυνθείσας ἁγίας ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, εἰς ἃς καὶ πᾶσα θεοφιλὴς ἐπισπουδάζει ψυχή. *Ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο εἰς Θεὸν ζῶντα.* Ὅμοιον ὡσεὶ λέγοι· Καὶ τῷ σώματι καὶ ψυχῇ παρέστησα ἐμαυτὸν εἰς τὸ δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. Τὸ δὲ, Θεῷ ζῶντι, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν εἰδώλων εἴD ρηται· ἅτε νεκρῶν ὄντων ἐκείνων, καὶ ἐξ ὕλης ἀψύχου τυγχανόντων.

Καὶ γὰρ στρουθίον εὗρεν ἑαυτῷ οἰκίαν, καὶ τρυγὼν νοσσιὰν ἑαυτῇ, οὗ θήσει τὰ νοσσία ἑαυτῆς, τὰ θυσιαστήριά σου, Κύριε. Στρουθίον μὲν τὴν τῶν ἀνθρώπων αἰνίττεται ψυχὴν, τὴν ὑπὸ τοῦ νοητοῦ θηρευτοῦ ἀγρευομένην, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐῤῥύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων·* τρυγόνα δὲ τὴν ἐν ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ συζῶσαν ψυχήν. Λέγει οὖν, ὅτι πᾶσα ψυχὴ ταύτην εὑρήσει καταφυγὴν, τὴν εἰς τὰ θυσιαστήρια εἴσοδον.

[7] Isa. L, 11. [8] Hebr. IX, 14. [9] Psal. CXXIII, 7.

Μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου· τῷ ἐπουρανίῳ δηλονότι.

Μακάριος ὁ ἀνὴρ οὗ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ σοί· ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο. Ὡς ἀντιλήπτορα, φησὶν, ἐπιγεγραμμένος, ἀγαθοὺς λογισμοὺς ἑαυτῷ καθ' ἑκάστην οἰκοδομεῖ, οὕστινας καὶ ἀναβάσεις πρὸς τὸ παρὸν εἴρηκε, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς οἱονεὶ ἀπὸ τῶν γηΐνων ἀνάβασιν εἶναι εἰς ἐπουράνια. *Εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος.* Κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος τὸν θνητὸν βίον φησί. Λέγει οὖν· Ἐν τῷ θνητῷ βίῳ πλήσεις ἀγαθῶν λογισμῶν αὐτοὺς καθεκάστην οἰκοδομῶν. Αἴσθησις αὐτοῖς γέγονεν ἐκ τῆς σῆς ἀντιλήψεως.

Καὶ γὰρ εὐλογίας δώσει ὁ νομοθετῶν· πορεύσονται ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν. Ἀμοιβὰς, φησὶ, τῶν καλῶν λογισμῶν δώσει αὐτοῖς ὁ νομοθετῶν, τουτέστιν ὁ τὸν νόμον αὐτοῖς τῆς Καινῆς δεδωκὼς Διαθήκης. Τίνες δ' ἂν εἶεν αἱ εὐλογίαι, ἢ τὸ ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν πορευθῆναι; Λέγει δὲ ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα πολιτείας τῆς κατὰ Θεὸν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἔνθα καὶ ἀπελθόντες ὄψονται τὸν Θεὸν καθώς ἐστιν.

Ἐπίβλεψον εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. Χριστὸν ἐνταῦθα τὸν κεκλημένον λαὸν εἰς βασίλειον ἱεράτευμά φησι.

Ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας. Ἡμέραν μίαν τῶν αὐλῶν τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τῶν ἐκκλησιῶν, τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν τοῦ Σωτῆρος ὑποδηλοῖ. Χιλιάδας δὲ, ἤτοι χιλιάδα, οὕτω γὰρ εὕρηται ἐν τῇ Ἑβραίων Γραφῇ, τὴν κατὰ νόμον λατρείαν φησὶν, ἥτις εἰς χιλιάδα ἐτῶν κεκράτηκεν, ἀρξαμένη ἀπὸ τῶν τοῦ Σολομῶντος χρόνων, ἀφ' οὗ τεθεμελίωται ὁ θεῖος ναὸς, μέχρι τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας. Δείκνυσιν οὖν, ὡς πολὺ τὸ μεῖζον (36) τῆς εὐαγγελικῆς πρὸς τὴν νομικὴν λατρείαν. *Ἐξελεξάμην παραρριπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου.* Οἱονεὶ ὡς εἰ λέγοι· Μικρός τις καὶ εὐτελὴς εἶναι μᾶλλον ἂν βουλοίμην τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἢ μέγας τῶν ἐν τῷ ἁμαρτωλῷ λαῷ. Ταῦτα τοῖς ἐν Βαβυλῶνι πρόσφορα, καὶ ἡμῖν ἐπιτήδεια. Καὶ γὰρ ἐκείνους ἐδίδασκεν ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος μὴ παραβλέπειν τοῦ θείου οἴκου τὴν ἐρημίαν, καὶ ἡμεῖς παιδευόμεθα τοὺς τῷ Θεῷ ἀφιερωμένους σηκοὺς ἀεὶ ποθεῖν καὶ ἀγαπᾶν.

Κύριος οὐ στερήσει τὰ ἀγαθὰ τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ. Οἱ γὰρ ταύτην ἔχοντες τὴν διάθεσιν, τούτων ἁπάντων ἀπολαύουσι τῶν ἀγαθῶν. Ἔλεος γὰρ ἐκ τῶν θείων ἀναβλαστάνει σηκῶν, καὶ πολλὴ ἐκεῖθεν ἄφθονος τῆς ἀληθείας ἡ χορηγία. Ἐκεῖθεν γὰρ τῶν ἀγαθῶν δογμάτων τὴν διδασκαλίαν δεχόμεθα, καὶ χάριν δὲ θείαν ἐκ τῶν τοῦ παναγίου Πνεύματος κρουνῶν ἀρυόμεθα· καὶ μέντοι καὶ περίβλεπτοι ἐντεῦθεν γινόμεθα, καὶ λίαν περιφανεῖς, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πᾶσαν τῶν ἀγαθῶν δεχόμεθα τὴν ἀπόλαυσιν, κακίας μὲν καὶ πονηρίας ἀπαλλαττόμεθα, ἁπλότητι δὲ καὶ ἀληθείᾳ συζῆν προαιρούμενοι.

Εἰς τέλος, τοῖς υἱοῖς Κορέ. ΨΑΛΜΟΣ ΠΔ'.

Ὑπόθεσις.

Διὰ τούτου τοῦ ψαλμοῦ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν δηλοῖ,

A 5. *Beati qui habitant in domo tua.* spirituali videlicet.

6, 7. *Beatus vir cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit.* Qui sibi, inquit, adjutorem ascripsit, bonas sibi cogitationes quotidie instituit, quas nunc ascensiones dixit, quia in ipsis est quasi ascensus a terrenis ad cœlestia. *In valle lacrymarum.* Vallem lacrymarum mortalem vitam dicit. Ait igitur, in mortali vita replebis eos bonis cogitationibus, quotidie instituens illos. (35) Quæ sibi ex tuo patrocinio advenisse bona senserunt

8. *Etenim benedictionem dabit legislator; ibunt de virtute in virtutem.* Retributiones, inquit, bonarum B cogitationum dabit illis legislator, id est qui legem Novi Testamenti dedit illis. Quæ autem fuerint illæ benedictiones, nisi quod de virtute in virtutem eant? Id est ab hoc vitæ instituto secundum Deum acto, ad supernam Jerusalem, quo cum pervenerint, videbunt Deum sicuti est.

10. *Respice in faciem Christi tui.* Christum hic appellat populum vocatum ad regale sacerdotium.

11. *Quia melior est dies una in atriis tuis super millia.* Dies una in atriis Domini, id est in ecclesiis, diem resurrectionis Salvatoris significat. Millia vero, sive mille, ita enim legitur in Hebræorum Scriptura, legalem cultum vocat, qui per mille C annos perseveravit orsus a temporibus Salomonis, a quo fundatum est divinum templum usque ad adventum Salvatoris. Declarat igitur longe præstantiorem esse evangelicum quam legalem cultum. *Elegi abjectus esse in domo Dei mei*, etc. Ac si diceret: Malo pusillus et vilis esse in Ecclesia, quam præpotens in populo peccatore. Hæc iis qui in Babylone erant utilia, et nobis congruentia sunt. Nam et illos edocebat gratia Spiritus, ut divinæ domus vastitatem ne despicerent: et nos erudimur ut Deo sacra templa semper exoptemus, et diligamus.

12, 13. *Dominus non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia.* Nam qui hujusmodi affectum D habent, his omnibus bonis fruuntur. Misericordia enim ex divinis templis oritur, atque largiter exhinc veritas suppeditatur. Istinc enim sanorum dogmatum doctrinam accipimus, et divinam gratiam ex sanctissimi Spiritus fontibus haurimus. Imo exinde præclari evadimus, et valde illustres, et, ut uno verbo dicam, omni bonorum copia fruimur, et a malitia improbitateque liberamur, vitam eligentes in simplicitate et veritate agere.

1. *In finem, filiis Core. PSALMUS LXXXIV.*

Argumentum.

Per hunc psalmum vocationem gentium significat

(35) Locus vitiosus.

(36) Forte μέσον.

et remissionem ob suam ad Deum conversionem A ipsis concessam. Ad hæc inducit Judaicum populum, qui post vocationem gentium peccata sua confitetur, et rogat ipse quoque ut per Christum misericordiam consequatur.

2. *Benedixisti, Domine, terram tuam.* Et revera Deus et Pater benedixit, sive placuit ipsi omnia in Christo instaurare. *Avertisti captivitatem Jacob.* Nam cum Judæis primum prædicaverit, multos redemit a spirituali captivitate in quam abducti fuerant. Hæc (37) significavit Dominus post prophetiam Isaiæ, quæ sic habet : *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem et cæcis restitutionem visus*[10], dicens : *Hodie impleta est prophetia hæc in auribus vestris*[11]. Ipse enim est, qui nos a multorum deorum erroneo cultu et a dæmonum servitute liberavit, et catenas peccatorum solvit.

Utrumque hic propheta prædicit, filiorum Israel ex Babylone reditum, et salutem mundi : ac duplici modo totum enarrat. Sensus autem est : Deo acceptum est cor bonum ac studiosum, quod ipsius terra est, quia recipit ejus semen, ac reddit fructum centuplum.

3. *Remisisti iniquitatem plebis tuæ.* Quæ per fidem ad ipsum accessit, ait autem populum ex gentibus coactum, juxta illud a Zacharia propheta dictum : *In illa die confugient ad Dominum gentes multæ, et erunt ipsi in populum*[12].

5. *Converte nos, Deus salutaris noster.* Deprecationem offert ex persona populi Judæorum, rogantium ut et ipsi gratiam consequantur.

8-9. *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.* Cum Cyrus Persarum rex, juxta Isaiæ prophetiam, redeundi potestatem dedisset, festinant patriam repetere suam, et propterea Deum precantur, ut promptam ipsis pro clementia sua salutem conferat. Citissime, inquit, o Domine, tuam nobis bonitatem ostende, ut tuam salutem consequamur, et ex his locis commigrare possimus. Cum sic propheta supplicationem quasi ex illorum persona offerat, Dei responsum accipit et ait : *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Cum finem supplicandi fecisset propheta, responsum a Spiritu cum silentio excipit.

10. *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius.* Excipiens propheta responsum quod auditurus erat a Deo de genere suo, illud notat, quod paratus sit omnibus prope adesse, si ejus timorem amplexi fuerint : continget autem iis qui Dei timorem amplexi fuerint, quod in gloria inhabitent. *Ut inhabitet gloria in terra nostra.* His significat œco-

καὶ τὴν γενομένην αὐτοῖς διὰ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφῆς ἄφεσιν. Ἔτι τε εἰσάγει τὸν Ἰουδαίων λαὸν μετὰ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἐξομολογούμενον ἐφ' οἷς ἥμαρτεν, ἀξιοῦντα καὶ αὐτὸν τοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐλέους τυχεῖν.

Εὐδόκησας, Κύριε, τὴν γῆν σου. Καὶ γὰρ ἀληθῶς εὐδόκησεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ. *Ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ.* Αὐτοῖς γὰρ πρῶτον κηρύξας τοῖς Ἰουδαίοις, λελύτρωται πολλοὺς τῆς καταλαβούσης αὐτοὺς νοητῆς αἰχμαλωσίας. Ἐδήλωσεν ὁ Σωτὴρ μετὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν, τὴν φήσασαν· *Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν,* B εἰπών· *Σήμερον πεπλήρωται ἡ προφητεία αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.* Αὐτὸς γὰρ ὁ παύσας δουλεύοντας ἡμᾶς πολυθέῳ πλάνῃ καὶ δαίμοσι, τάς τε τῶν ἁμαρτημάτων λύσας σειράς.

Ἀμφότερα ἐνταῦθα προφητεύεται ἥ τε ἀπὸ Βαβυλῶνος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπάνοδος καὶ τῆς οἰκουμένης σωτηρία· καὶ διττῶς ὅλον ἐξηγεῖται. Πρὸς δὲ διάνοιαν· Εὐδοκεῖ Κύριος τὴν ἀγαθὴν καὶ σπουδαίαν καρδίαν, γῆν αὐτοῦ τυγχάνουσαν, διὰ τὸ δέχεσθαι τὸν σπόρον τὸν παρ' αὐτοῦ, καὶ ἑκατονταπλασίονα καρποφορεῖν.

Ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ σου. Τοῦ διὰ τῆς πίστεως γενομένου αὐτοῦ λαοῦ· λέγει δὲ τὸ ἐξ ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ζαχαρίου τοῦ προφήτου· *Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καταφεύξονται ἐπὶ* C *τὸν Κύριον ἔθνη πολλὰ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν.*

Ἐπίστρεψον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν. Ἐντεῦθεν ἱκετείαν ἀναπέμπει ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, ἀξιούντων καὶ αὐτοὺς τυχεῖν τῆς χάριτος.

Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου. Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλεύσαντος, κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου προφητείαν, δεδωκότος τῆς ἐπανόδου τὴν ἐξουσίαν, ἐπείγονται τὴν ἐνεγκοῦσαν καταλαβεῖν. Διὰ δὴ τοῦτο τὸν Θεὸν ἱκετεύουσι, ταχεῖαν αὐτοῖς διὰ φιλανθρωπίας παρασχεῖν σωτηρίαν. Τάχιστα, φησὶν, ὦ Δέσποτα, τὴν σὴν ἡμῖν ἀγαθότητα δεῖξον, ἵνα τύχωμεν τῆς σῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆς. Οὕτω τὴν ἱκετείαν ὡς ἐξ ἐκείνων ὁ προφήτης προσενεγκὼν, D δέχεται τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπόκρισιν καί φησιν· *Ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεός.* Παυσάμενος ὁ προφήτης ἱκεσίας, τὴν παρὰ τοῦ Πνεύματος ἀπόκρισιν ἐκδέχεται σιωπῶν.

Πλὴν ἐγγὺς τῶν φοβουμένων αὐτὸν τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Ἐκδεχόμενος ὁ προφήτης τὴν ἀπόκρισιν, ἣν ἀκούσομαι περὶ τοῦ γένους μου παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐκεῖνο ἔγνω, ὡς πᾶσιν ἕτοιμος εἴη γενέσθαι ἐγγὺς, εἴ γε τὸν αὐτοῦ φόβον ἀσπάζοιντο· συμβήσεται δὲ τοῖς ἀσπαζομένοις τὸ ἐν δόξῃ κατασκηνῶσαι. *Τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν.*

[10] Isa. LXI, 1. [11] Luc. IV, 21. [12] Zach. II, 11.

(37) Hæc dubia sunt.

Τὴν μετὰ **σαρκὸς οἰκονομίαν** τοῦ Μονογενοῦς διὰ τούτων **σημαίνει. Γέγονε** γὰρ ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς **δικαιοσύνη** καὶ εἰρήνη καὶ ἔλεος καὶ ἀλήθεια. **Ἐλεήσας δὲ** ἡμᾶς ἐδίδαξε τὴν ἀλήθειαν· καὶ μὴν καὶ **δικαίους** ἀπέφηνεν, *εἰρηνοποιήσας τὰ πάντα ἐν αὐτῷ τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*.

Ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν. Σαφῶς τὴν διὰ τῆς Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου ἀνατείλασαν τῷ κόσμῳ κηρύττει ἀλήθειαν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια, εἰ καὶ γεγένηται ἐκ γυναικός. *Δικαιοσύνη* γὰρ καὶ *ἀλήθεια κατεφίλησαν* σαφῶς διὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀειπαρθένου Θεοτόκου ἀνατείλασαν τῷ κόσμῳ ἀλήθειαν.

Καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν. Ὅμοιον τὸ εἰρημένον πρὸς τὴν Παρθένον· *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ γὰρ ὁ Κύριος δώσει χρηστότητα. Ὅταν, φησὶ, καθ' ὑπερβολὴν χρηστότητος ἐπιλάμψῃ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ὁ Κύριος, τότε καὶ ἡμεῖς, νοητὴ ὑπάρχοντες γῆ, τοὺς πνευματικοὺς καρποὺς ἀποδώσομεν τῆς δικαιοσύνης.

Δικαιοσύνη ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται. Εἰπὼν, ὡς δώσει ἡ νοητὴ γῆ τὸν καρπὸν, διδάσκει πῶς δώσει. Πῶς δὲ δώσει, ἢ ὅταν αὐτοῦ τοῦ ἐργαζομένου τὸ ἀγαθὸν ἡ δικαιοσύνη, προβαδίσασα εἰς τὴν ἄνω ἄγουσαν ὁδὸν, κατευθύνῃ τοῦ αὐτὴν πορευομένου τὰ διαβήματα;

Προσευχὴ τῷ Δαυΐδ. ΨΑΛΜΟΣ ΠΕ'.

Ὑπόθεσις.

Φωτισθεὶς διὰ τοῦ Πνεύματος τὰ περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Μονογενοῦς ὁ μακάριος Δαυΐδ, καὶ τὴν ἐσομένην παντὶ τῷ καταφεύγοντι πρὸς αὐτὸν τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, εἰκότως ἀναπέμπει προσευχὴν, ἕνα καὶ αὐτὸν ἀξιῶν εὑρεθῆναι τῶν σωζομένων διὰ τῆς χάριτος.

Κλῖνον, Κύριε, τὸ οὖς σου καὶ ἐπάκουσόν μου. Μέγα γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐφόδιον πρὸς τὸ εὐχόμενον ἐπακούεσθαι ἡ ταπεινοφροσύνη. *Ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγώ*. Ταπεινοφρονήματος τῆς προσευχῆς τὸ προοίμιον. Τῆς γὰρ δικαιοσύνης ἄμφω κεκτημένοι τὸν πλοῦτον, ὅ τε Δαυΐδ καὶ ὁ Ἐζεχίας πρὸς τοῦτον μὲν οὐχ ἑώρων, εἰς δὲ τὴν τῆς φύσεως πενίαν ἀπέβλεπον, καὶ τὸν Θεὸν ἠντιβόλησαν οἰκτεῖραι ταύτην πτωχείᾳ συνεζευγμένην. Τὸ δὲ, *Κλῖνον, Κύριε, τὸ οὖς σου*, ἐκ μεταφορᾶς τέθεικεν ἀῤῥώστου τινὸς ὑπὸ ἀσθενείας γεγωνότερον οὐ δυναμένου λαλεῖν, καὶ τὸν ἰατρὸν προσκλίνειν τῷ στόματι τὴν ἀκοὴν ἀναγκάζοντος.

Φύλαξον τὴν ψυχήν μου, ὅτι ὅσιός εἰμι. Ἀφ' ὧν κατώρθωσεν ἀγαθῶν ἐπακουσθῆναι ἐξαιτεῖ. *Σῶσον τὸν δοῦλόν σου, ὁ Θεός μου, τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σοί*. Ἐπειδὴ ὅσιον ἑαυτὸν ἀνηγόρευσεν, ἐπὶ τὸ ταπεινὸν πάλιν καταφέρει τὸν λόγον, δοῦλον ἑαυτὸν ἀπογραφόμενος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπ' αὐτῷ μόνῳ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἔχειν ἐπαγγειλάμενος.

A nomiam Unigeniti cum carne. Facta quippe nobis est a Deo et Patre justitia et pax et misericordia et veritas. Nosque miseratus docuit veritatem; imo et justos reddidit nos, *pacificans omnia in seipso quæ in cœlo et quæ in terra* [13].

11. *Misericordia et veritas obviaverunt sibi*. Veritatem quæ per Deiparam et semper Virginem mundo exorta est aperte prædicat. Ipse namque est veritas, etiamsi ex muliere natus sit. *Justitia* enim *et pax* vere *osculatæ sunt*, per veritatem illam ex semper Virgine Deipara mundo orientem.

12. *Et justitia de cœlo prospexit*. Simile est id B quod ad Virginem dictum fuit : *Spiritus sanctus superveniet in te* [14], etc.

13. *Etenim Dominus dabit benignitatem*. Cum, inquit, ob summam benignitatem, eos qui in terra sunt illuminaverit Dominus, tunc et nos qui terra sumus spiritualis, spirituales justitiæ fructus dabimus.

14. *Justitia ante eum ambulabit*. Cum dixisset spiritualem terram daturam esse fructum suum, jam docet quo pacto datura sit. Quomodo dabit, nisi cum justitia præambulans, gressus ejus qui operatur bonum et incedit in via quæ sursum tendit, in ipsa via direxerit?

Oratio ipsi David. *PSALMUS LXXXV*.

Argumentum.

C Cum per Spiritum illuminatus nosset beatus David quæ adventum Unigeniti spectabant, atque futuram omnibus qui ad eum confugerent peccatorum remissionem, jure orationem offert, rogans ut ipse unus esse deprehendatur eorum qui per gratiam salutem consequuntur.

1. *Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me*. Opportuna sane via ut quis exaudiatur, est humilitas. *Quoniam inops et pauper sum ego*. (38) Humilitatis est proœmium in oratione. Nam justitiæ ambo divitias possidentes David atque Ezechias, ad eas non respiciebant, sed naturæ inopiam spectabant, et Deo supplicabant ut eam paupertate affectam misereretur. Illud autem : *Inclina, Domine,* D *aurem tuam*, ex metaphora positum est, quasi ex infirmitate non possit altius clamare, et medicum cogat ut aures ori admoveat.

2. *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum*. Ob bona opera quæ edidit postulat exaudiri se. *Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te*. Postquam se sanctum esse dixit, ad humilitatem rursum sermonem convertit, servum sese Domino ascribens, atque spem salutis in illum tantum habere se testificatus

[13] Coloss. I, 20. [14] Luc. I, 34.

(38) Locus suspectus, est in uno tantum codice nomine Athanasii.

3. *Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamabo.* Docemur hisce, eum qui a Deo quidpiam boni accipere voluerit, debere incessanter in precibus versari.

5. *Quoniam tu, Domine, suavis et mitis.* Docet eos qui ad Deum accedunt, ut ne anxii sint, si dona tantisper differat. Erit quippe illis propitius, utpote qui mansuetus sit et dives in misericordia.

8. *Non est similis tui in diis, Domine.* Deos vocat sanctos prophetas ad quos sermo Domini factus. Ait autem neminem prophetarum potuisse liberare homines a peccato, nisi solum Dominum, juxta id quod alibi dictum est : *Non legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit nos* [15].

11. *Lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.* Qui pietate erga Deum instructus est, legitimum vitæ institutum amplectitur. Hujusmodi autem vita mater est lætitiæ. Merito itaque Propheta divino timore cor suum lætificari posse putavit. Ita enim alibi quoque ait [16] : *Lætetur cor quærentium Dominum*, et iterum [17] : *Memor fui Dei, et delectatus sum.*

12. *Confitebor tibi, Domine Deus meus, in tote corde meo.* Mutata repente oratione in confessionem, eo quod liberatus fuerit ab inferno, causam enuntiat cur peccaverit, insidias multorum atque potentium commemorans, iisque adumbrans invisibiles potestates, quæ Deum ante oculos non constituunt. Tu autem, Domine, ait, concessisti ea quæ minime illi exspectabant, tua clementia liberans animam meam ex inferno inferiori. Hæc autem dicit Christus astantibus regibus terræ et principibus coactis in unum contra ipsum.

13. *Quia misericordia tua magna est super me.* Quasi jam consecutus quod precibus postulavit, magnam Dei misericordiam se in sæcula laudaturum ait, quia eorum animas de manu inferi liberavit.

14. *Deus, iniqui insurrexerunt super me.* His ostendit se in peccatum illud delapsum fuisse. Quomodo autem, nisi quia synagoga quædam malignorum spirituum insurrexit, et supplantavit eum ne virtutis cursum teneret?

15, 16. *Et tu, Domine Deus meus, miserator, et misericors*, etc. Etiamsi, inquit, insurgentibus in me malignis spiritibus, in peccatum dejectus sum, ac per illud in infernum illum inferiorem, sed tu ipse, Domine, tuas illas miserationes in me effundens liberasti animam meam; quare rursum misericordiam postulo. Veniet autem mihi misericordia, eum me respicias.

17. *Fac mecum signum in bonum.* Sicut olim in Ægypto filiis Israel signum dedit Dominus, ut non læderentur ab exterminatore; ita et sibi signum

A *Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι πρὸς σὲ κεκράξομαι·* Διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος, ὡς τὸν βουλόμενόν τι παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβεῖν ἀγαθὸν, ἀδιάλειπτον δεῖ εἶναι ἐν προσευχαῖς.

Ὅτι σὺ, Κύριε, χρηστὸς καὶ ἐπιεικής. Διδάσκει τοὺς προσερχομένους Θεῷ μὴ ἀκηδιᾷν, εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον τὴν δόσιν ἀναβάλλεται. Ἔσται γὰρ πάντως αὐτοῖς ἐπήκοος, ἅτε χρηστὸς ὢν καὶ πολὺ λίαν εἰς ἔλεος πλούσιος.

Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε. Θεοὺς μὲν γὰρ τοὺς ἁγίους προφήτας φησὶ, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο. Λέγει δὲ, ὅτι οὐδεὶς τῶν προφητῶν ἐξελέσθαι τοὺς ἀνθρώπους τῆς ἁμαρτίας ἴσχυσεν ἢ μόνος αὐτὸς ὁ Κύριος, κατὰ τὸ εἰρημένον ἀλλαχοῦ· *Οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος*
B *ἔσωσεν ἡμᾶς.*

Εὐφρανθήτω ἡ καρδία μου, τοῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου. Ὁ τὴν περὶ Θεὸν εὐλάβειαν κεκτημένος τὴν ἔννομον ἀσπάζεται πολιτείαν. Μήτηρ δὲ εὐφροσύνης ἡ τοιαύτη ζωή. Εἰκότως τοίνυν ὁ προφήτης τῷ φόβῳ τὴν οἰκείαν εὐφρανθῆναι καρδίαν ὑπώπτευσεν. Οὕτω γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Εὐφρανθήτω καρδία ζητούντων τὸν Κύριον·* καὶ πάλιν· *Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην.*

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε ὁ Θεός μου, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Μεταβαλὼν τὴν προσευχὴν εὐθὺς εἰς ἐξομολόγησιν, ἐφ' οἷς ἐρρύσθη τοῦ ᾅδου, τὴν αἰτίαν ἐξαγορεύει δι' ἣν ἥμαρτε, λέγων ἐπιβουλὴν πολλῶν τε καὶ κραταιῶν, αἰνιττόμενος τὰς ἀοράτους δυ-
C νάμεις, μὴ θεμένας πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὸν Θεόν. Σὺ δὲ, Κύριε, φησὶν, ἅπερ ἐκεῖνοι μὴ προσεδόκησαν συνεχώρησας, ῥυσάμενος τὴν ψυχήν μου ἐξ ᾅδου κατωτάτου φιλανθρωπίᾳ τῇ σῇ. Λέγει δὲ ταῦτα Χριστὸς, παραστάντων τῶν βασιλέων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἀρχόντων συναχθέντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατ' αὐτοῦ.

Ὅτι τὸ ἔλεός σου μέγα ἐπ' ἐμέ. Ὡς ἤδη εἰς πέρας αὐτῶν ἀχθείσης τῆς προσευχῆς, τὸ μέγα ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας αἰνέσειν φησίν· ὅτι δὴ καὶ αὐτῶν ἐκ χειρὸς ᾅδου τὰς ψυχὰς ἠλευθέρωσεν.

Ὁ Θεὸς, παράνομοι ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμέ. Δείκνυσι διὰ τούτων, ὡς εἰς τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην κατέπεσεν. Πῶς δὲ, ἢ ἐκ τοῦ συναγωγήν τινα πονηρῶν πνευμάτων ἐπαναστῆναι καὶ ὑποσκελίσαι αὐτὸν τοῦ κατ'
D ἀρετὴν δρόμου;

Καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων. Εἰ καὶ, ἐπαναστάντων μοι τῶν πονηρῶν πνευμάτων, φησὶ, κατηνέχθην εἰς ἁμαρτίαν, καὶ δι' αὐτῆς εἰς τὸν προκείμενον κατώτατον ᾅδην· ἀλλὰ σὺ, Κύριε, αὐτὸς, τοὺς οἰκείους οἰκτιρμοὺς καὶ ἐπ' ἐμοὶ ἐφαπλώσας, ἐρρύσω τὴν ψυχήν μου· διὸ καὶ πάλιν ἐλεεῖσθαι ἐξαιτῶ. Ἔσται δέ μοι ὁ ἔλεος διὰ τοῦ ἐπιβλέψαι σε εἰς ἐμέ.

Ποίησον μετ' ἐμοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθόν. Ὥσπερ πάλαι ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ σημεῖον δέδωκεν ὁ Θεὸς, τοῦ μὴ ἀδικηθῆναι αὐτοὺς παρὰ τοῦ

[15] Isa. XXXIII, 2. [16] Psal. CIV, 3. [17] Psal. LXXVI, 2.

ἀνθρεντοῦ, οὕτω καὶ αὐτῷ σημεῖον δοθῆναι ἐξαιτεῖ, ὅπως ἂν καὶ φυλαχθῇ δι' αὐτοῦ, καὶ καταισχύνῃ τοὺς ἐχθρούς.

Τοῖς υἱοῖς Κορὲ ΨΑΛΜΟΣ ᾠδῆς. ΠϚʹ.

Ὑπόθεσις.

Ἄδουσι πάλιν τὸν ψαλμὸν τοῦτον οἱ τοῦ Κορὲ υἱοὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, δι' αὐτοῦ κηρύσσοντες τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, καὶ τὴν γενομένην ἐπίλαμψιν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Μονογενοῦς διὰ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας.

Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις. Αὐτοῦ μὲν τοῦ κληθέντος διὰ τῆς πίστεως λαοῦ. Λέγει δὲ, ὅτι ἐξ ἐθνῶν λαὸς ἐπῳκοδομήθη ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν.

Ἀγαπᾷ Κύριος τὰς πύλας Σιὼν ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ. Πύλας Σιὼν τὴν εἰσαγωγικὴν καὶ στοιχειώδη διδασκαλίαν τῆς Ἐκκλησίας φησί· σκηνώματα δὲ Ἰακὼβ τὴν κατὰ νόμον λατρείαν. Φησὶν οὖν ὡς αἱρετωτέρα κέκριται παρὰ τῷ Θεῷ ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία τῆς κατὰ νόμον λατρείας.

Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. Πόλις μὲν ἡ Ἐκκλησία. Ποῖα δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ αὐτῆς, ἢ τὸ κατοικῆσαι ἐν αὐτῇ τὸν Μονογενῆ, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν;*

Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος. Τῶν ἐπιστρεφόντων εἰς ἐμὲ, φησὶ, μνήμην εἰς ἀγαθὸν ποιήσομαι, ἢ καὶ τῶν ἐκτόπως εἰς φιληδονίαν ἐκκεκλικότων, καὶ τῶν ἄγαν εἰδωλολατρούντων. Ταῦτα γὰρ ἡμῖν ἐσήμανε διὰ τῆς Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος. Καὶ *Ἰδοὺ ἀλλόφυλοι καὶ Τύρος καὶ λαὸς τῶν Αἰθιόπων.* Διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος σαφῶς, ὅτι δὴ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἡ Ἐκκλησία συνέστηκεν.

Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ· Ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ. Μητέρα φησὶ, δῆλον δὲ, ὅτι οἱ πεπιστευκότες τὴν Σιὼν ἤτοι τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιγραψόμεθα, ἐν ᾗ ὁ ἄνθρωπος, ἢ ὁ αὐτὸς ὁ θεμελιώσας αὐτήν. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ γενόμενος δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, καὶ ἐπαγγελλόμενος ἐπὶ τὴν πέτραν θεμελιῶσαι τὴν Ἐκκλησίαν.

Κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν καὶ ἀρχόντων. Τῶν λαῶν, φησὶ, καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐν αὐτῇ τῇ Ἐκκλησίᾳ γενομένων, ὁ Κύριος διηγήσεται τὴν γραφήν. Καὶ πῶς ἂν, φησὶν, ἢ τὴν ἀπογραφὴν τὴν γενομένην ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν αὐτὸς αὐτοῖς διηγήσεται λέγων· *Χαίρετε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς;*

Ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί. Ὅταν, φησὶν, ἐν σοὶ πάντων ἡ κατοικία τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ γένηται, τότε καὶ εὐφροσύνης ἔσονται πλήρεις.

Ὠδὴ ΨΑΛΜΟΥ τοῖς υἱοῖς Κορέ. Εἰς τέλος ὑπὲρ Μαελὲθ τοῦ ἀποκριθῆναι, συνέσεως Ἐθὰμ τῷ Ἰσραηλίτῃ. ΠΖʹ.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ὁ τοῦ Χριστοῦ εἰσφέρεται θάνατος, ὃν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο· ὅπως καὶ τοῖς

A dari rogat, ut per illud servetur, et inimicos confundat.

1. *Filiis Core PSALMUS Cantici. LXXXVI.*

Argumentum.

Hunc rursus psalmum canunt filii Core in Ecclesiæ gratiam, vocationem gentium prædicantes, et illustrationem Unigeniti in Ecclesia futuram per œconomiam carnis

Fundamenta ejus in montibus sanctis. Ejus scilicet populi qui per fidem vocatus est. Ait autem ex gentibus ædificatum fuisse populum super fundamentum apostolorum et prophetarum.

B 2. *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.* Portas Sion initialem et elementarem Ecclesiæ doctrinam dicit, tabernacula autem Jacob legalem cultum. Ait igitur optabilius apud Deum esse evangelicum institutum legali cultu.

3. *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Civitas est Ecclesia. Quænam gloriosa dicta sunt de illa, nisi quod in ea habitet Unigenitus, juxta dictum illud : *Hic habitabo quoniam elegi eam* [18] ?

4. *Memor ero Rahab et Babylonis.* Eorum qui ad me convertuntur, ait, memoriam ad bonum conservabo : aut eorum qui indecenter ad voluptatem declinarunt, sive eorum qui idololatriæ valde addicti fuere. Hæc enim nobis significavit per Rahab et C Babylonem. *Ecce alienigenæ et Tyrus et populus Æthiopum.* Palam his verbis edocemur ex omnibus gentibus Ecclesiam constare.

5. *Mater Sion dicet : Homo, et homo natus est in ea.* Matrem dicit, manifestum autem est nos qui credimus id Sioni sive Ecclesiæ ascripturos, in qua est homo, sive is ipse qui fundavit eam Hic autem est qui pro nobis homo factus est, et qui pollicitus est se supra petram ædificaturum Ecclesiam.

6. *Dominus narrabit in scripturis populorum et principum.* Populorum, inquit, et principum qui in ipsa Ecclesia erunt scripturam Dominus enarrabit. Et qua ratione illud, nisi quia descriptionem illam D in cœlis factam illis ipse narrabit dicens [19] : *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis ?*

7. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.* Quando, ait, omnium qui in Ecclesia sunt habitatio in te fuerit, tunc lætitia pleni erunt.

1. *Canticum PSALMI. In finem pro Maheleth ad respondendum, intellectus Etham Israelitæ* [Vulg. cum Hebr. *Etham Ezrahitæ*]. *LXXXVII.*

Argumentum.

In hoc psalmo Christi mors, quam pro nobis suscepit, memoratur : ut postquam spiritibus qui

[18] Psal. CXXXI, 14. [19] Luc. X, 20.

in inferno erant prædicasset, daret resurrectionem. Deflet autem Jerusalem, utpote quæ excidisset a spe in ipsum. Ipsa autem Jerusalem sive populus, olim ceu quidam chorus erat, secundum quod portio et sors ejus nuncupabatur; quamobrem pro Maheleth inscriptus est psalmus, quod dicitur, choreæ sive chori. Quoniam autem profundum est Christi mysterium, valde subtili et spirituali mente opus est ad illud intelligendum; quare, *Intellectus*, inscribitur. Dicitur autem psalmus Æman esse, in Ægypto a Moyse factus. Hic autem Æman nepos erat Israelis, utpote qui descenderet ex Zara, qui erat filius Judæ filii Israelis.

2. *Domine Deus salutis meæ, in die clamavi.* Utpote bonus, cum videret populi lapsum et discipuli perniciem, preces pro iis effundit ad Patrem, ut, improbitatis minime participes, salutem et ipsi per eum nanciscerentur.

4. *Quia repleta est malis anima mea.* Tametsi ipse peccata nostra pertulit, et pro nobis dolet, jure se malis repletum ait. *Et vita mea inferno appropinquavit.* Hoc ait quia per gratiam Dei pro universo mundo gustavit mortem.

5. *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber.* Solus Jesus et mortuus est pro iniquitatibus populi ductus ad mortem, juxta Isaiæ vocem [20]: et mortuus cum esset solus erat liber [21]. Neque enim peccatum habebat quod ipsum morti faceret obnoxium. Quapropter dixit [22]: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum potestatem habeo sumendi eam.*

6. *Sicut vulnerati dormientes in sepulcris.* Similis, inquit, factus sum hominibus vulneratis et jacentibus in sepulcris, qui cum tuum auxilium non accepissent, non acceperunt resurrectionem. Ego autem vulneratus sum, inquit, propter peccata populi, et in sepulcris fui, sed non ibi remansi, quia et post vulnerationem, et post depositionem in sepulcro, mei meministi. Resurrexi enim calcata morte.

8. *Super me confirmatus est furor tuus.* Furorem Dei vocat maledictionem mortis, hominum generi illatam. Quia igitur maledictio pro nobis factus est, ideo furorem Dei super se confirmatum dicit.

Et omnes fluctus tuos induxisti super me. Fluctus sive elationes vocat, vehementem pœnam hominibus prævaricationis causa inflictam. Significat item mortem.

9. *Longe fecisti notos meos a me.* Hoc ait quia tempore passionis omnes reliquerunt eum. *Posuerunt me abominationem sibi.* Vide quomodo etiam-

A ἐν ᾅδου κηρύξας πνεύμασι δωρήσηται τὴν ἀνάστασιν. Ἀποκλαίεται δὲ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἅτε δὴ ἐκπεσουμένην τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος. Αὕτη δὲ ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἤτοι ὁ λαὸς, πάλαι οἷόν τις χορὸς ἦν, καθὸ καὶ μερὶς αὐτοῦ καὶ κλῆρος προσηγορεύετο· διὸ καὶ πρὸς Μαελὲθ ἐπιγέγραπται ὁ ψαλμὸς, ὅ ἐστι χορείας ἤτοι χοροῦ. Ἐπειδὴ δὲ βαθὺ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ λίαν λεπτῆς διανοίας δεῖ πνευματικῆς πρὸς τὸ συνιέναι αὐτό· τούτου χάριν *Συνέσεως* ἐπιγέγραπται. Λέγεται δὲ τοῦ Αἰμὰν εἶναι ὁ ψαλμὸς, ἐν Αἰγύπτῳ πρὸς Μωσέως πεποιημένος. Οὗτος δὲ ὁ Αἰμὰν (39) ἀπόγονος ἦν τοῦ Ἰσραὴλ, ἅτε ἔκγονος ὢν τοῦ Ζαρὰ, ὃς ἦν υἱὸς τοῦ Ἰούδα, τοῦ υἱοῦ Ἰσραήλ.

Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ἡμέρας ἐκέκραξα. B Ἅτε ἀγαθὸς ὢν, εἰδὼς τὴν ἔκπτωσιν τοῦ λαοῦ καὶ τὴν τοῦ μαθητοῦ ἀπώλειαν, τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἀναπέμπεται πρὸς τὸν Πατέρα εὐχάς· ὅπως ἂν, τῆς κακίας μὴ μεταλαβόντες, καὶ αὐτοὶ τῆς δι' αὐτοῦ σωτηρίας τύχοιεν.

Ὅτι ἐπλήσθη κακῶν ἡ ψυχή μου. Εἰ καὶ αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐβάστασε, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, εἰκότως καὶ κακῶν ἐμπέπλησταί φησι. *Καὶ ἡ ζωή μου τῷ ᾅδῃ ἤγγισε.* Τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ ὑπὲρ παντὸς χάριτι Θεοῦ ἐγεύσατο θανάτου.

Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. Μόνος Ἰησοῦς καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ ἀγόμενος εἰς θάνατον, κατὰ τὴν Ἡσαΐου φωνήν· καὶ νεκρὸς ὢν ἐλεύθερος ἦν μόνος· C οὐ γὰρ εἶχεν ἁμαρτίαν τὴν κάτοχον αὐτὸν ποιοῦσαν θανάτῳ. Διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν.*

Ὡσεὶ τραυματίαι καθεύδοντες ἐν τάφῳ. Παρόμοιος, φησὶ, γέγονα ἀνθρώποις τετραυματισμένοις καὶ κειμένοις ἐν μνήμασιν, οἳ, τῆς σῆς μὴ τυχόντες ἐπικουρίας, οὐ τετυχήκασιν ἀναστάσεως. Ἐγὼ δὲ τετραυμάτισμαι, φησὶ, διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ, καὶ ἐν τάφοις γέγονα, οὐ μὴν καὶ ἀπέμεινα· διότι μου καὶ μετὰ τὴν τρῶσιν καὶ τὴν ἐν τῷ τάφῳ κατάθεσιν ἐμνήσθης. Ἀνέστην γὰρ πατήσας τὸν θάνατον.

Ἐπ' ἐμὲ ἐπεστηρίχθη ὁ θυμός σου. Θυμὸν τοῦ D Θεοῦ φησι τὴν ἐπενεχθεῖσαν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τοῦ θανάτου κατάραν. Ἐπειδὴ τοίνυν γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, τούτου χάριν τὸν θυμὸν τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτὸν ἐπεστηρίχθαι φησί.

Καὶ πάντας τοὺς μετεωρισμούς σου ἐπήγαγες ἐπ' ἐμέ. Μετεωρισμοὺς τὴν μετὰ σφοδρότητος ἐπενεχθεῖσαν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ὑπὲρ τῆς παραβάσεως δίκην φησί. Σημαίνει δὲ πάλιν τὸν θάνατον.

Ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου ἀπ' ἐμοῦ. Τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ πάντες αὐτὸν κατέλιπον κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρόν. *Ἔθεντό με βδέλυγμα ἑαυ-*

[20] Isa. LIII, 8. [21] Psal. LXXXVII, 6. [22] Joan. X, 18.

(39) Sic Vulgata *Eman*. Sed Græca Psalmorum exemplaria, Ἐθάμ.

τοῖς. Ὅρα πῶς καὶ μέχρι νῦν Ἰουδαῖοι τὸ Χριστοῦ ὄνομα βδελύσσονται. *Παρεδόθην, καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην.* Τοῦτό φησι, διὰ τὸ κατάκλειστον αὐτὸν γενέσθαι ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ ἀρχισυναγώγου.

Οἱ ὀφθαλμοί μου ἠσθένησαν ἀπὸ πτωχείας. Ἀπεκλαιόμην, φησὶν, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, ἰδὼν αὐτοὺς τοῦ κατὰ Θεὸν πλούτου ἐκπεσουμένους καὶ εἰς πτωχείαν κατενηνεγμένους ἐσχάτην.

Ἐκέκραξα πρὸς σὲ, Κύριε, ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἕνα τοίνυν πόρον δὸς τῆς τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῆς, τὴν σὴν, Δέσποτα, προμηθείαν. Ἐκτείνων γὰρ ἀεὶ τὰς χεῖρας ἀντιβολῶ σε. Τὴν πικρὰν δὲ τῆς ψυχῆς λύπην τοῦτο τὸ σχῆμα δηλοῖ. Ὑπὸ γὰρ τῆς χρείας ἀναγκαζόμενος, σπουδαιότερόν τις ἱκετεύει τὸν δοῦναι δυνάμενον.

B *Μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσεις θαυμάσια; Ἰατροὶ ἀναστήσουσι;* Τὰς αἰτίας ἡμᾶς διδάσκει τῆς εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ καθόδου, μονονουχὶ λέγων· Ἐπειδὴ οὔτε νεκροῖς δυνατὸν, φησὶ, ποιήσασθαι θαυμάσια, οὔτε ἰατροῖς ἀναστῆσαι, ἵνα ἐξομολογήσωνταί σοι, οὔτε μὴν οἱ ἐν τῇ ἀπωλείᾳ δυνατοὶ ἦσαν γνῶναί σου τὴν ἀλήθειαν· τούτου χάριν, ὦ Πάτερ, καὶ τοῖς ἐν ᾅδου καταλελόγισμαι· ἵνα ἀναστάντες οἱ ἐν τῇ ἐπιλελησμένῃ γῇ καὶ τῶν θαυμασίων σου πεῖραν λάβωσι, καὶ διηγήσωνται οἱ πάλαι ἐν τῷ σκότει τὴν ἀλήθειάν σου.

Μὴ διηγήσεταί τις ἐν τῷ τάφῳ τὸ ἔλεός σου; Μὴ δυνατὸν, φησὶ, τοὺς εἰς κόνιν διαλυθέντας νεκροὺς καὶ ἐν τῷ ζόφῳ τοῦ θανάτου διάγοντας, καὶ λήθῃ παραδεδομένους, τῆς σῆς ἔσεσθαι φιλανθρωπίας, καὶ C τῶν σῶν θαυμάτων θεατὰς καταστῆσαι;

Μὴ γνωσθήσεται ἐν τῷ σκότει τὰ θαυμάσιά σου; Ὥσπερ ἐν τοῖς ἀπολωλόσιν οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, οὕτως ἐν τοῖς ἐσκοτισμένοις οὐκ ἔστι θαυμάσια. Γῆ ἐπιλελησμένη ἐστὶ ψυχὴ λογικὴ τῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐστερημένη καρπῶν.

Ἵνα τί, Κύριε, ἀπωθεῖς τὴν ψυχήν μου, ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ; Ὁ μὲν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ προσηύχετο, οἱ δὲ ἀναξίους ἑαυτοὺς τῆς σωτηρίας δι' ὑπερβολὴν κακίας ἀποφαίνονται· οἱονεὶ ἄπρακτον αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν καθιστῶντες εὐχήν.

Πτωχός εἰμι ἐγὼ καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητός μου. Πτωχὸς μὲν διὰ τὸ δούλου λαβεῖν μορφήν· ἐν κόποις D δὲ ἐκ νεότητος, διότι ἐκ σπαργάνων αὐτῶν ἐπεβουλεύετο παρά τε Ἡρώδου καὶ τῶν ὁμοίων αὐτῷ. *Ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθην καὶ ἐξηπορήθην.* Ὕψωσιν μὲν τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἄνοδόν φησι, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ· *Ὅταν ὑψώσητε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.* Τὸ δὲ, *ἐταπεινώθην*, διὰ τὴν μέχρις ᾅδου κάθοδον λέγει.

Ἐπ' ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου. Πᾶσαν, φησὶν, ἐκίνησας κατ' ἐμοῦ τὴν ὀργήν· καὶ ταῖς φοβερωτάταις με διετάραξας τιμωρίαις, καὶ ταύταις καθάπερ ὕδασιν ὑποβρύχιόν με πεποίηκας.

Ἐμάκρυνας ἀπ' ἐμοῦ φίλον καὶ πλησίον καὶ

A num Judæi Christi nomen exsecrentur. *Traditus sum, et non egrediebar.* Hoc ait quia conclusus fuit in domo principis synagogæ.

10. *Oculi mei languerunt præ inopia.* Flebam, inquit, pro populo cernens eos a divitiis, quæ secundum Deum sunt, ad extremam paupertatem delapsos.

11. *Clamavi ad te, Domine, tota die.* Unum nobis exitum ut a malis liberemur præbeto, tuam, Domine, providentiam. Nam semper manus extendens te deprecor. Hic porro habitus acerbum animi dolorem indicat. Necessitate quippe coactus quilibet homo, ferventius ei supplicat qui id tribuere potest.

12. *Nunquid mortuis facies mirabilia? Medici suscitabunt?* Nos edocet quæ causa sit quod mortis tempore descenderit, tantum non ita loquens: Quoniam, inquit, neque mortui possunt mirabilia facere, neque medici suscitare ut confiteantur tibi, neque ii qui in pernicie erant nosse poterant veritatem tuam, hujus rei gratia, o Pater, reputatus sum cum iis qui sunt in inferno; ut suscitati ii qui sunt in terra oblivionis, mirabilium tuorum experimentum accipiant, et qui olim in tenebris erant enarrent veritatem tuam.

13. *Nunquid enarrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam?* Num potest, inquit, fieri, ut mortui in pulverem redacti qui in umbra mortis degunt, et oblivioni traditi sunt, tuæ sint clementiæ participes, et tuorum mirabilium speculatores?

14. *Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua?* Quemadmodum apud eos qui perierunt non est veritas; ita apud eos qui in tenebris sunt, non sunt mirabilia. Terra oblivionis, est anima rationalis fructibus Spiritus sancti privata.

15. *Utquid, Domine, repellis orationem meam, avertis faciem tuam a me?* Ille quidem pro populo precabatur, ipsi vero ob ingentem malitiam sese salute indignos reddunt, ita ut ejus orationem pro ipsis oblatam quasi inutilem efficiant.

16. *Pauper sum ego et in laboribus a juventute mea.* Pauper quidem quia servi formam accepit; in laboribus autem a juventute, quia ab ipsis incunabulis, Herodis et similium ipsi hominum insidiis appetitus est. *Exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus.* Exaltationem dicit ascensum ad crucem, juxta id quod ab illo dictum est: *Cum exaltaveritis Filium hominis* [23]. Illud autem, *humiliatus sum*, de suo in infernum descensu ait.

17, 18. *In me transierunt iræ tuæ*, etc. Omnem iram, inquit, adversum me excitasti; et terribilissimis me suppliciis conturbasti, iisque ceu aquis me demersisti.

19. *Elongasti a me amicum et proximum, et notos*

[23] Joan. VIII, 28.

meos a miseria. Miseriam vocat passionis tempus. Ait igitur tempore passionis amicos et notos reliquisse ipsum. Ac quoniam *factus est Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* [31], in cruce autem relictus est a discipulis, ideo Patrem suum elongasse amicos et notos dicit.

1. PSALMUS *intellectus Ætham Israelitæ* [Vulg. cum Hebr., *Ætham Ezrahitæ*]. *LXXXVIII.*

Argumentum.

In præsentibus Christi ex semine David generationem, et ejus regnum, vaticinatur, insuperque salutarem passionem quam pro nobis sustinuit. *Intellectus* autem inscriptus est, quia spirituali mente opus est maxime ad intelligendam mysteriorum ejus profunditatem. De Æman autem, quod et ipse propheta fuerit, in præcedentibus jam enarratum est.

2. *Misericordias tuas, Domine, in æternum cantabo.* Et quas misericordias Domini? quasnam erga nos effecit, quas cantare debeamus? nimirum quod principatus et potestates de medio sustulerit, et ipsum diaboli imperium: nosque liberaverit a peccato et morte. *In generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.* Veritas Patris est Filius, quem sancti in generationem et generationem in ore gestant: sermo enim quasi ab apostolico choro procedit.

3. *Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur.* Tu, inquit, o Domine, dignatus es polliceri, in æternum misericordiam magnam et mirabilem assidue ædificandam in cœlis, id est præparandam, sive excitandam. Nam quod ædificatur quodammodo excitatur et erigitur. Est autem illud salus et gratia per Christum data. Misericordia quidem Dei homines ædificat, veritas autem præparat sanctas virtutes. *Præparabitur veritas tua.* Quemadmodum salus Christi misericordia et gratia vocatur, ita quoque vocatur veritas, quæ usque ad cœlos, ait, excitata est per sanguinem, sive in terra sive in cœlo.

4. *Disposui testamentum electis meis*, Abrahamo, inquit, et Jacobo: iis enim promissiones de Christo dedit, juxta id quod dictum est: *Et benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ* [32]. *Juravi David servo meo.* Et ubinam juravit, nisi cum diceret illi: *Et erit postquam impleti fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, exsurget de semine tuo alius, qui erit ex ventre tuo: Et præparabo in æternum regnum ejus. Ipse ædificabit domum nomini meo. Et erigam regnum ejus in sæculum. Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium* [33]?

Καὶ ἀνορθώσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν.

5. *Confitebuntur cœli mirabilia tua.* Hoc ait ob Christum natum, et quod angeli pastoribus annun-

A *τοὺς γνωστούς μου ἀπὸ ταλαιπωρίας.* Ταλαιπωρίαν τὸν τοῦ πάθους καιρὸν κατασημαίνει. Λέγει οὖν, ὡς παρὰ τὸ πάθος αὐτὸν καὶ οἱ φίλοι καὶ οἱ γνώριμοι ἐγκατέλιπον. Ἐπειδὴ δὲ *γέγονεν ὑπήκοος τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ*, ἐν δὲ τῷ σταυρῷ καταλέλειπται παρὰ τῶν μαθητῶν· τούτου χάριν τὸν Πατέρα αὐτοῦ μακρῦναι τοὺς φίλους καὶ τοὺς γνωρίμους λέγει.

ΨΑΛΜΟΣ συνέσεως Αἰθὰμ τῷ Ἰσραηλίτῃ. ΠΗ'.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τοῖς παροῦσι τὴν ἐκ σπέρματος Δαυῒδ γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ θεσπίζει, καὶ μὴν καὶ τὸ πάθος τὸ σωτήριον ὃ ὑπέμεινεν ὑπὲρ ἡμῶν. *Συνέσεως* δὲ ἐπιγέγραπται, ἐπειδὴ B πνευματικοῦ μάλιστα χρεία νοῦ πρὸς τὸ νοῆσαι τὸ βάθος τῶν αὐτοῦ μυστηρίων. Τὰ δὲ περὶ τοῦ Αἰμὰν, ὡς καὶ οὗτος προφήτης ἦν, ἐν τοῖς προλαβοῦσι σαφῶς διηγόρευται.

Τὰ ἐλέη σου, Κύριε, εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι. Καὶ ποῖα τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου, ἃ πεποίηκεν εἰς ἡμᾶς, ἃ καὶ ᾄδειν ὀφείλομεν; ἢ τὸ καθελεῖν μὲν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ αὐτὸ τοῦ διαβόλου τὸ κράτος· ἐλευθερῶσαι δὲ ἡμᾶς ἁμαρτίας καὶ θανάτου. *Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματί μου.* Ἀλήθεια μὲν τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὃν καὶ εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἐπὶ στόματος οἱ ἅγιοι φέρουσιν· ἔστι γὰρ ὁ λόγος ὡς ἀπὸ τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ.

Ὅτι εἶπας· Εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσε- C *ται.* Σὺ, ὦ Δέσποτα, φησὶν, ἐπαγγείλασθαι κατηξίωσας, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα διηνεχῶς ἔλεος μέγα καὶ θαυμαστὸν οἰκοδομηθήσεται· ὅ ἐστι κατασκευασθήσεται, ἤγουν ἐγερθήσεται. Τὸ γὰρ οἰκοδομούμενον ἐγείρεταί πως καὶ ἀνίσταται. Ἔστι δὲ τοῦτο ἡ διὰ Χριστοῦ σωτηρία καὶ χάρις. Τὸ μὲν ἔλεος τοῦ Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους οἰκοδομεῖ, ἡ δὲ ἀλήθεια ἑτοιμάζει τὰς ἁγίας δυνάμεις. *Ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου.* Ὥσπερ ἡ διὰ Χριστοῦ σωτηρία ἔλεος καὶ χάρις, οὕτω καὶ ἡ ἀλήθεια πάλιν καλεῖται, ἣ καὶ μέχρις οὐρανων εγηγερται, φησὶ, διὰ τοῦ αἵματος, εἴτε ἐπὶ γῆς εἴτε ἐν οὐρανῷ.

Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου· Ἀβραὰμ, φησὶ, καὶ Ἰακώβ· τούτοις γὰρ δὴ τὰς περὶ Χριστοῦ ἐπαγγελίας δέδωκε κατὰ τὸ εἰρημένον· D *Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ὤμοσα Δαυῒδ τῷ δούλῳ μου.* Καὶ ποῦ ὤμοσεν ἢ ἐν τῷ εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· *Καὶ ἔσται ὅταν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου· ἀναστήσεται ἐκ τοῦ σπέρματός σου ἄλλος, ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου. Καὶ ἑτοιμάσω εἰς τὸν αἰῶνα τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Αὐτὸς οἰκοδομήσει οἶκον τῷ ὀνόματί μου.*

Ἐξομολογήσονται οι ουρανοὶ τα θαυμάσιά σου. Τοῦτό φησι διὰ τοῦ γεννηθέντος Χριστοῦ, καὶ ποιμέσι

[31] Philipp. II, 8. [32] Gen. XXII, 18. [33] I Paral. XVII, 11-14.

τοὺς ἀγγέλους εὐαγγελίζεσθαι λέγοντας· *Ὅτι ἐτέχθη ἡμῖν σήμερον Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαυΐδ.* Καὶ ἑτέρας δὲ ἐπουρανίου στρατείας πλῆθος ὀφθῆναι λεγόντων· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη.*

Ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ; Εἰ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, φησὶν, ὁ Μονογενὴς, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ἑκούσιον κένωσιν, καὶ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν· ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐστὶν ἀσύγκριτος ὑπὲρ πάντας καὶ οὐρανίους δυνάμεις· αἱ μὲν γὰρ οἰκετικὴν ἔχουσι τάγμα· ὁ δὲ Δεσπότης τῶν ὅλων ἐστὶ καὶ κύριος. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ *ἐν υἱοῖς Θεοῦ* ὅμοιός τίς ἐστιν αὐτῷ. Καὶ τοῦτο αὐτοὶ μαρτυροῦσι λέγοντες, ὅτι *Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν.* Οὐκοῦν ὁ μὲν δίδωσιν ὡς Θεὸς, οἱ δὲ πλουτοῦσι τὰ παρ' αὐτοῦ.

Ὁ Θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας καὶ φοβερός. Ὥσπερ οἱ ἀσύνετοι σκανδαλίζονται ὁρῶντες αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, ἀκούοντες δὲ λέγοντος αὐτοῦ· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια·* καὶ, *Πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι·* οὕτως οἱ ἅγιοι τοὔμπαλιν δοξάζουσιν αὐτὸν, καὶ μέγαν καὶ φοβερὸν καλοῦσι. Καὶ τοῦτο ἐκεῖθεν δῆλον, ἐκ τοῦ τὸν μὲν Πέτρον ὥσπερ ἐκ στόματος ἁπάντων βοᾶν· *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος·* πάλιν δὲ τοὺς πάντας· *Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς εἶ·* ὅτε τῇ θαλάσσῃ καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπετίμησεν.

Δυνατὸς εἶ, Κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου· σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης. Δείκνυσιν ὁ λόγος, ὡς αὐτὸς ὁ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ ἐστιν ὁ καὶ τὴν ὑγρὰν ἐξ ἀρχῆς παραγαγὼν οὐσίαν· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τεθεικὼς ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ, καὶ εἰρηκὼς αὐτῇ· *Μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ.* Ἔδειξε δὲ τοῦτο ὑπάρχον ἀληθὲς, ἐπιτιμήσας καὶ τῇ θαλάσσῃ καὶ τοῖς ἀνέμοις, ὅτε μετὰ τῶν μαθητῶν συνέπλεε. *Τὸν δὲ σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις. Σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν τὸν ὑπερήφανον.* Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ δήσας τὸν ἰσχυρὸν καὶ τὸν ὑπερήφανον, καὶ δεδωκὼς τοῖς αὐτοῦ *πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.*

Σοί εἰσιν οἱ οὐρανοί, καὶ σή ἐστιν ἡ γῆ. Ὥσπερ τῆς θαλάσσης Δεσπότης ἐστὶν, οὕτω καὶ τῶν οὐρανῶν κτίστης καὶ γῆς ἁπάσης. *Τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς σὺ ἐθεμελίωσας. Τὸν βοῤῥᾶν καὶ τὴν θάλασσαν σὺ ἔκτισας. Θαβὼρ καὶ Ἑρμών.* Τὰ τέσσαρα μέρη τῆς οἰκουμένης διὰ τούτων σημαίνει· διὰ μὲν τοῦ βοῤῥᾶ τὰ ἀρκτῷα μέρη, διὰ δὲ τῆς θαλάσσης τὰ τῆς ἑσπέρας. Θάλασσαν γὰρ ἡ Γραφὴ τὴν ἑσπέραν καλεῖ· διὰ δὲ τοῦ Ἑρμὼν ὄρους τὸν νότον· διὰ δὲ τοῦ Θαβὼρ ὄρους πάλιν τὴν ἀνατολήν.

Ἔτι πληθυνθήσονται ἐν γήρᾳ πίονι, καὶ εὐπαθοῦντες ἔσονται. Τὸ, εὐπαθοῦντες, ἀντὶ τοῦ, εὖ πάσχοντες. Ἀποδοθήσεται γὰρ αὐτοῖς ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν.

Ὅτι εὐθὴς ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ἐπειδὰν ἐν ταῖς ἄνω μοναῖς γενόμενοι ἀπολαύωσι τὰ ἡτοιμασμένα ἀγαθὰ, τότε δὴ τότε καὶ ταύτην ἀναγγελοῦσι τὴν φωνὴν, ὡς δίκαιος καὶ εὐθὴς ἔσται ὁ Κύριος, ὃς τοὺς μὲν παρανόμους καὶ ἀσεβεῖς δίκην χόρτου ἀποξηρανθῆναι παρεσκεύασε· τοὺς δὲ δικαίους καὶ εὐσεβεῖς οἷα κέδρους καὶ φοίνικας ἐν ταῖς ἄνω κατεφύτευσε σκηναῖς. *Ἀδικία οὐκ ἔστι παρὰ τῷ Θεῷ,* διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν κακίας ἀνεπίδεκτον.

Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ πρὸ τοῦ Σαββάτου, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ, αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαυΐδ. ϞΒʹ.

Ὑπόθεσις.

Εἰς τὸ Σάββατον ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ δηλοῦται ἡ δευτέρα παρουσία τοῦ Κυρίου, καθ' ἣν καὶ βασιλεύσει τοῦ νέου αἰῶνος μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ. Δηλονότι τὸ, *πρὸ Σαββάτου,* ἂν εἴη ἡ πρώτη αὐτοῦ παρουσία, ὅτε καὶ ἡ γῆ κατῴκισται, τουτέστιν ὅτε ἡ Ἐκκλησία πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ τεθεμελίωται, τῶν ἁγίων ἀποστόλων δηλονότι καὶ εὐαγγελιστῶν τὸν περὶ Χριστοῦ καταγγειλάντων τῇ γῇ λόγον.

A intelligentia vacuus, nihil horum cognoscit, neque quidpiam de his audiet.

8. *Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum.* Qui non intelligunt mysterium, ait, quasi fenum erunt, non habentes profunditatem, ac cito cadent, et arescent.

11. *Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum.* Quando, inquit, peribunt inimici et dispergentur, tunc cornu meum, videlicet regnum præparatum, præclarum erit. Nos autem, qui tua sumus cognitione instructi, cum ruinam inimicorum tuorum viderimus, gloriabimur et altum sapiemus in te, utpote a deorum multorum errore liberati, et te qui vere Deus es adorantes. Nam unicornu hic iterum proposuit, ut per unum cornu, unum significaret
B Deum. Quemadmodum enim illud animal, unum a natura cornu accepit; sic alumni pietatis unam adorabunt deitatem. *Et senectus mea in oleo pingui.* Post labores quos sustinui, inquit, tunc ceu oleo utar ad regale sacerdotium; et hoc erit mihi in diuturnorum laborum præmium.

12. *Et respexit oculus meus inimicos meos.* Id mihi inter alia bona computabitur, quod cadentibus insidiatoribus animæ meæ, hujusce rei spectator ego fuerim.

13, 14. *Plantati in domo Domini.* Hi, inquit, qui cedris illis similes sunt, cultorem habent Deum; paradisum vero, divinum templum. *In atriis Dei nostri florebunt.* In supernis scilicet mansionibus,
C quas atria esse Domini dicit.

15. *Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, et bene patientes erunt.* Bene patientes, quasi dicas, bene tolerantes. Dabuntur enim illis *quæ oculus non vidit, nec auris audivit*[64].

16. *Quoniam rectus Dominus Deus noster.* Postquam in supernis mansionibus constituti parata bona nacti fuerint, hanc annuntiabunt vocem, quod justus et rectus sit Dominus, qui iniquos et impios ceu fenum arescere fecit; justos autem et pios, quasi cedros et palmas, in supernis tabernaculis plantavit. *Et non est iniquitas* in Deo, quia malitiæ capax non est.

D *In diem ante Sabbatum, quando fundata est terra, laus cantici ipsi David, XCII.*

Argumentum.

In præcedenti psalmo per hæc verba : *In diem Sabbati,* declaratur secundus Salvatoris adventus, quando regnabit in novum sæculum cum sanctis suis. Palam autem est illud, *ante Sabbatum,* designare priorem ejus adventum, quando terra habitata est, id est quando Ecclesia in toto orbe fundata est, sanctis apostolis et evangelistis de Christo sermonem per totum orbem renuntiantibus.

[64] I Cor. II, 9.

A 1. *Dominus regnavit, decorem indutus est.* Quoniam humanum genus abscedens a regno Dei, sub tyrannide Satanæ fuit, ideo advenit Unigenitus, ut illud rursum proprio sceptro subjiceret. Dei autem decorem, ipsius generis salutem esse dicit. Nisi enim incarnatus fuisset, assumpta præter peccatum natura nostra, nulla sane nobis salus fuisset. *Oportet enim eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis* [65]. *Indutus est Dominus fortitudinem et præcinxit se.* Hisce reportatam de adversariis potestatibus victoriam nobis significat, quam ceu militaribus armis instructus retulit. *Etenim firmavit orbem terræ qui non commovebitur.* Postquam illos, adversarios scilicet dæmones, profligasset, Ecclesiam constituit supra petram, cui ne ipsæ quidem portæ inferi prævalebunt.

B 2. *Paratus thronus tuus ex tunc.* Hoc ait quia a constitutione mundi futuram per salutem ipsius definierat hominum generis salutem. Thronum quippe ait potestatem judicandi adversarios nostros dæmones. Resurrectionem autem significat Unigeniti. Tu igitur ipse, ait, Domine, qui nunc ad eam rem quasi in judiciali throno sedes, ut judicium scilicet feras et nos vindices, ante sæcula Deus.

3. *Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem suam.* Flumina hic sanctos apostolos et evangelistas dicit, qui Dei Ecclesiam spiritualibus C fluentis lætificarunt. Dictum namque fuit illis: *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* [66].

4. *Mirabiles elationes maris.* Multæ, inquit, mystagogiæ, sententiæ apostolorum et evangelistarum fluenta, mirabiles effecerunt elationes maris. Mare autem vocat, gentium quæ crediderunt multitudinem, quarum elationes, id est sublimitates sensus, mirabiles fuere. Non enim ultra parva et humilia de Deo sentiunt, sed magna et mirabilia.

5. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Testimonia dicit promissa per sanctos prophetas gentibus facta, quæ fidelia et firma esse in novissimis D diebus ostendit, sua præsentia promissa complens. *Domum tuam decet sanctitudo, Domine.* Domus ejus Ecclesia est, cui convenit quod sit sancta, quippe quæ eum inhabitantem habeat qui solus sanctus est; cum autem id factum fuerit, nacta perpetuitatem sanctificatione fruetur.

PSALMUS David, quarta Sabbatorum, XCIII.

Argumentum.

De providentia hic sermonem habet, docens ut ne anxii simus, neque animum despondeamus, etiamsi ad quoddam temporis spatium peccantibus prosperitas, piis persecutio eveniat. Nibil

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. Ἐπειδὴ τὸ ἀνθρώπινον γένος, ἀποστὰν τῆς ὑπὸ Θεοῦ βασιλείας, ὑπὸ τὴν τυραννίδα γέγονε τοῦ Σατανᾶ, τούτου χάριν ἐπεδήμησεν ὁ Μονογενής, ἵνα πάλιν αὐτὸ τοῖς ἰδίοις ὑποτάξῃ σκήπτροις, ὃ καὶ ἐγένετο· Θεοῦ εὐπρέπειαν δὲ τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ τοῦ γένους φησίν. Εἰ μὴ γὰρ σεσάρκωται, τὴν ἡμετέραν δίχα τῆς ἁμαρτίας λαβὼν φύσιν, δηλονότι οὐκ ἂν ἡμῖν ἡ σωτηρία ἐγένετο. *Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν καὶ περιεζώσατο.* Διὰ τούτων τὴν καθαίρεσιν ἡμῖν τῶν ἀντικειμένων σημαίνει δυνάμεων, ἣν πεποίηται, ὥσπερ στρατιωτικὸν σχῆμα ἀναλαβών. *Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται.* Ἐκείνους προανελὼν, τοὺς ἀντικειμένους δηλονότι δαίμονας, ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τὴν Ἐκκλησίαν, ἧς οὐδὲ αὐταὶ κατισχύσουσιν αἱ τοῦ ᾅδου πύλαι.

Ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε. Τοῦτό φησι, διὰ τὸ προωρίσασθαι ἀπὸ καταβολῆς κόσμου τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους σωτηρίαν ἐσομένην διὰ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ. Θρόνον γὰρ τὴν εἰς τὸ κρίνειν τοὺς ἀδικήσαντας ἡμᾶς δαίμονας· ἀνάστασιν δὲ σημαίνει τοῦ Μονογενοῦς. Σὺ οὖν αὐτὸς, φησὶν, ὦ Δέσποτα, ὁ νῦν εἰς τοῦτο ὥσπερ ἐπὶ δικαστικοῦ θρόνου καθίσας, εἰς τὸ κρίνειν δηλονότι καὶ ἐκδικεῖν ἡμᾶς, ὑπάρχεις ὁ πρὸ τῶν αἰώνων Θεός.

Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ, Κύριε, ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. Ποταμοὺς ἐνταῦθα τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστάς φησιν, οἳ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν τοῖς πνευματικοῖς κατεύφραναν νάμασιν. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτούς· *Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.*

Θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης. Αἱ πολλαὶ, φησὶ, μυσταγωγίαι, καὶ τὰ νοήματα τῶν ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν νάματα, θαυμαστοὺς πεποίηκε τῆς θαλάσσης τοὺς μετεωρισμούς. Θάλασσαν δὲ λέγει τῶν ἐθνῶν τῶν πιστευσάντων τὰ πλήθη, ὧν καὶ οἱ μετεωρισμοὶ, τουτέστιν αἱ ὑψώσεις τοῦ φρονήματος, θαυμασταὶ γεγόνασιν. Οὐκέτι γὰρ μικρὰ καὶ ταπεινὰ φρονοῦσι περὶ Θεοῦ, ἀλλὰ μεγάλα καὶ θαυμαστά.

Τὰ μαρτύριά σου ἐπιστώθησαν σφόδρα. Μαρτύρια τὰς ἐπαγγελίας φησὶν ἃς διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν τοῖς ἔθνεσιν ἐπηγγείλατο, ἃς καὶ πιστὰς ἐπ' ἐσχάτων ἐπεδείξατο τῶν ἡμερῶν, τῇ οἰκείᾳ παρουσίᾳ ἔργῳ πληρῶν. *Τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα, Κύριε.* Οἶκος μὲν αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία, πρέπει δ' αὐτῇ τὸ ἁγία εἶναι, ἅτε τὸν μόνον ἅγιον ἔχουσα ἐνοικοῦντα· ἐπειδὰν δὲ τοῦτο γένηται, καὶ ἀτελευτήτου μεταλαβοῦσα ἀπολαύσει τοῦ ἁγιάσματος.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαβὶδ τετράδι Σαββάτων. ϞΓ'.

Ὑπόθεσις.

Τὸν περὶ προνοίας ἐν τούτῳ εἰσάγει λόγον, διδάσκων μὴ θλίβεσθαι καὶ ἀδημονεῖν, κἂν εἰ πρὸς καιρὸν γένοιτο καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν εὐημερία, καὶ τοῖς εὐσεβέσι διωγμός. Οὐδὲν γὰρ τούτων ὡσαύτως μέ-

[65] I Cor. xv, 25. [66] Joan. vii, 38.

νει, ἀλλὰ μεταβαλεῖται· τοῖς μὲν ἡ θλῖψις εἰς αἰώ- A νιον ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν, τοῖς δὲ μετὰ τὸ δοκοῦν τὰ χρηστὰ εἰς ἀτελευτήτους αἰῶνας ἡ κόλασις. *Τετράδα δὲ Σαββάτων* ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ ἐν τῷ τετάρτῳ μηνί· ἀντὶ γὰρ τοῦ μηνὸς τὴν ἡμέραν τέθεικεν ἐν ᾗ τῇ τοῦ Θεοῦ πόλει τὴν ἀρχὴν γενέσθαι τῶν συμφορῶν, ἐν τούτῳ ἐπιστρατευσάντων Βαβυλωνίων, ὡς Ἱερεμίας ἱστορεῖ.

Θεὸς ἐκδικήσεων Κύριος, ὁ Θεὸς ἐκδικήσεων ἐπαῤῥησιάσατο. Ὥσπερ Θεὸς οἰκτίρμων ἐστὶ, καὶ Θεὸς παρακλήσεων, οὕτω καὶ Θεὸς ἐκδικήσεων. Καὶ πάλιν, τοῦτο δὲ ἐν προοιμίῳ παραμυθίαν μεγάλην τοῖς ἐκ τῶν θλίψεων ἀκηδιάσασιν ἀπεργαζόμενος. Τὸ δὲ, *ἐπαῤῥησιάσατο*, τὴν μετὰ ταῦτα ἐπὶ τοῦ θείου δικαστηρίου γενομένην ἀπόφασιν κατὰ τῶν ἀσεβῶν B δηλοῖ, ᾗ φησι· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι.*

Ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. Εὐχὴν ὑπὲρ τῶν θλιβομένων ἀναπέμπει, αἰτῶν αὐτοῖς ἐπικουρίαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου ἰσχύοντος Θεοῦ.

Ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ καυχήσονται; Τὴν σφοδρὰν ἀμνησικακίαν καὶ ὑπερβάλλουσαν διὰ τούτων κατασημαίνει τοῦ Θεοῦ.

Τὸν λαόν σου, Κύριε, ἐταπείνωσαν. Εἰς ζῆλον τὸν κατὰ τῶν ἐχθρῶν διεγείρει τὸν Θεὸν, λαὸν αὐτοῦ καὶ κληρονομίαν εἶναι λέγων τὴν κακουμένην παρὰ τῶν ἐχθρῶν.

Χήραν καὶ ὀρφανὸν ἀπέκτειναν. Τούτων εἴρηται ἡ ἑρμηνεία ἐν τῷ ἀνωτέρῳ στίχῳ, ὅμως λεχθήσεται καὶ αὖθις. Χήραν ψυχὴν καὶ προσήλυτον νοῦν ἀπο- C κτείνει ὁ κακῶς τὰς θείας Γραφὰς ἐξηγούμενος. Ὀρφανὸς δέ ἐστι νοῦς ἐστερημένος οὐρανίου Πατρός.

Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Πῶς γὰρ οὐκ εἰσι ματαιότητος πλήρεις αἱ αἰσθήσεις ἐκεῖναι, αἱ τῆς προνοίας τὸ ὠφέλιμον ἐξορίζειν ἐπιχειροῦσαι τοῦ λόγου;

Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε. Ἐκεῖνοι μὲν ἄθλιοι καὶ ταπεινοὶ, φησὶν, οἱ τὴν σὴν μὴ δεχόμενοι παιδείαν. Μακάριοι δὲ οἱ παρὰ σοῦ παιδευθέντες, καὶ ἐκ τοῦ σοῦ διδαχθέντες νόμου. Οὗτοι γὰρ δὴ καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι πραϋνθέντες κουφισθήσονται τῶν ἀνιαρῶν, εἰδότες, ὅτι αἱ θλίψεις εἰς ἀγαθὸν τελευτῶσαι ἐκβήσονται. Ἡμέρας πονηρὰς τὰς ἡμέρας D τῆς κρίσεως λέγει.

Ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος. Μέχρι τοσούτου, φησὶν, οἱ παιδευθέντες θαῤῥοῦντες ὑπομένουσι τὰς θλίψεις, *μέχρις οὗ τῷ ἁμαρτωλῷ ὀρυγῇ βόθρος*, τουτέστιν, εἰς τὸ ἡτοιμασμένον αὐτῷ κολαστήριον ὁ ἁμαρτωλὸς βαδίσῃ. Ἁμαρτωλὸν δὲ τὸν Σατανᾶν φησιν, ἤτοι πᾶσαν ἀντικειμένην δύναμιν.

Ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ Τοῦτο ἐκείνου ἂν εἴη ἀπόδοσις τοῦ εἰρημένου ἐν τοῖς ἀνωτέρω· *Τὸν λαόν σου, Κύριε, ἐταπείνωσαν καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν. Καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει.* Τοῦτο τοῦ ἄνω

eorum quippe eadem conditione manet, sed mutatur: his quidem, angustia in perpetuam bonorum possessionem; illis autem pro bonis quæ videbantur habere, supplicium in infinita sæcula. *Quarta* autem *Sabbatorum* inscriptus est psalmus, quia quarto mense contigit (die scilicet pro mense posito), ut civitati Dei initium calamitatum veniret, obsidentibus Babyloniis, ut narrat Jeremias.

1. *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit.* Quemadmodum est Deus miserationum, et Deus consolationum, ita et Deus ultionum. Hoc autem in prœmio positum magnam iis consolationem affert qui vi calamitatum in angorem conjiciuntur. Illud autem: *Libere egit*, sententiam in divino tribunali contra impios postea ferendam significat, qua ait: *Discedite a me, maledicti* [67].

2. *Redde retributionem superbis.* Pro afflictis precatur, rogans eis auxilium a Deo qui solus valet opem ferre.

3. *Usquequo peccatores gloriabuntur?* Hisce ingentem Dei clementiam et injuriarum oblivionem significat.

5. *Populum tuum, Domine, humiliaverunt.* Ad iram adversus inimicos Deum concitat, dum ait populum et hæreditatem ejus esse quæ affligitur ab inimicis.

6. *Viduam et advenam interfecerunt.* Horum interpretatio allata est in superiori versu, attamen etiam nunc dabitur. Viduam animam et advenam mentem interficit, qui prave divinas Scripturas interpretatur. Pupillus autem est animus cœlesti Patre privatus.

11. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Quomodo autem non sunt vanitate plenæ cogitationes illæ, quæ providentiæ utilitatem repudiare student a sermone?

12. *Beatus homo quem tu erudieris, Domine.* Illi, inquit, miseri et abjecti, qui tuam institutionem non admittunt. Beati autem sunt qui a te erudiuntur, et ex tua lege edocentur. Illi enim in ærumnis mansuetiores effecti, levabuntur molestiis, gnari tribulationes illas tandem in bonum cessuras. Dies malos dicit dies judicii.

13. *Donec fodiatur peccatori fovea.* Hucusque, inquit, qui erudiuntur cum fiducia ærumnas tolerant, *donec fodiatur peccatori fovea*, id est, donec ad deputatum ipsi supplicium peccator accedat. Peccatorem autem dicit Satanam, sive omnem adversariam potestatem.

14. *Quia non repellet Dominus plebem suam.* Hoc donum erit ejus de quo in superioribus [68] dictum est: *Populum tuum, Domine, humiliaverunt et hæreditatem tuam vexaverunt. Et hæreditatem suam non derelinquet.* Hoc ex superiore versu pendet: *Quia*

[67] Matth. xxv, 41. [68] vers. 5.

non repellet Dominus plebem suam. Quasi diceret : Custodiet populum suum omni tribulationis tempore. Et eo usque gubernabit et deducet, donec divinum constituatur tribunal. Quando autem in hoc justitia sive Christus sedebit, omnes recti corde prope ipsum accedent, juxta illud : *Quoniam ipsi Deum videbunt* [69] : ita enim rem declarant quæ subsequuntur.

15. *Quoadusque justitia convertatur in judicium.* Donec Christus judicet mundum. Ipse namque *factus est nobis sapientia a Deo, justitia, sanctificatio, redemptio* [70] : *et judicium omne dedit illi Pater* [71].

16. *Quis consurget mihi adversus malignantes ?* Hæc est afflictorum vox. Ait autem : Quis mihi auxiliator fuerit adversus eos qui male in me agunt ? Deinceps ubi derepente sensit quis auxiliator sit, ait, jam olim animam ejus in infernum dejiciendam fuisse, nisi Dei adjutorium nactus esset.

18. *Si dicebam : Motus est pes meus.* Dum afflictus, inquit, conspicerem me labi, dicebam : Quando pes meus motus est ? id est, excidam a statu illo qui secundum Deum est ; statim patrocinium et misericordiam tuam sentiebam mihi auxiliantem.

19. *Consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Non me reliquisti, ait, sine consolatione : sed quot habui tribulationes, totidem consolationes a te accepi. Quæ mihi dolores in gaudium commutarunt.

20. *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto ?* Ideo, inquit, consolatus es cor meum in tribulationibus. Igitur non adhærebit tibi thronus iniquitatis, id est, quia utpote Deus justus judex es et nulla in judiciis tuis iniquitas erit, nam thronus judicium significat (40). Secus autem ille se habet qui fingit laborem in præcepto, videlicet adversarius dæmon, qui præcepta Dei quæ levia sunt gravia efficit, laboresque hominibus præbet in iis agendis, thronum iniquitatis diabolum vocavit ; quia thronus justitiæ Christus est qui est diabolo oppositus.

21. *Et sanguinem innocentem condemnabunt.* Illi, inquit, maligni et adversarii dæmones, omni ratione conabuntur justi animam quasi venatu capere. Sed ea de causa, inquit, condemnabuntur. Id enim significat : *Et sanguinem innocentem condemnabunt.* Ait enim pro innocente sanguine ab ipsis effuso, in judicium et supplicium tradendos fore.

22. *Et factus est mihi Dominus in refugium.* Ego autem Domini providentiæ fructum percepi, et ipse mihi est in vallum munitum.

A στίχου ἤρτηται, τοῦ, *Ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ.* Ὡσεὶ λέγοι· Φυλάξει, φησὶ, τὸν λαὸν αὐτοῦ πάντα τῆς θλίψεως τὸν καιρόν. Καὶ μέχρι τοσούτου διακυβερνήσει καὶ καθοδηγήσει, ἕως τὸ θεῖον καθίσῃ δικαστήριον. Ἐπειδὰν δὲ εἰς τοῦτο ἡ δικαιοσύνη καθίσῃ, τουτέστι Χριστὸς, πάντες πλησίον αὐτῆς γενήσονται οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, κατὰ τὸ, *Ὅτι οὗτοι τὸν Θεὸν ὄψονται.* Οὕτω γὰρ δηλοῖ τὰ ἑπόμενα.

Ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν. Ἕως οὗ ὁ Χριστὸς κρινεῖ τὴν οἰκουμένην. Αὐτὸς γὰρ *ἡμῖν ἐγενήθη σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις· καὶ τὴν κρίσιν δὲ πᾶσαν αὐτῷ δέδωκεν ὁ Πατήρ.*

Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένοις; Αὕτη B τῶν θλιβομένων ἡ φωνή. Λέγει δέ· Τίς μοι γένηται σύμμαχος κατὰ τῶν εἰς ἐμὲ πονηρευομένων; Εἶτα δεξάμενος αἴσθησιν ταχέως τοῦ βοηθοῦ, φησὶν, ὡς πάλαι ἂν αὐτοῦ εἰς ᾅδην κατήχθη ἡ ψυχὴ, εἰ μὴ τῆς παρὰ Θεοῦ ἀντιλήψεως ἔτυχεν.

Εἰ ἔλεγον· Σεσάλευται ὁ πούς μου. Θλιβόμενος, φησὶν, ὁρῶν ἐμαυτὸν ὀλισθαίνοντα, εἶπον· Πότε ὁ πούς μου σεσάλευται; τουτέστι, τῆς κατὰ Θεὸν ἐκπεσοῦμαι στάσεως· εὐθὺς τὴν ἀντίληψιν καὶ τὸ ἔλεός σου ᾐσθόμην ἐπίκουρον ἐμοί.

Αἱ παρακλήσεις σου εὔφραναν τὴν ψυχήν μου. Οὐκ ἀφῆκας, φησὶν, ἀπαραμύθητον· ἀλλ' ὅσας θλίψεις ἔσχον, τοσαύτας καὶ παραμυθίας ἐδεχόμην παρὰ σοῦ. Αἳ καὶ εἰς εὐφροσύνην τὰς λύπας μετεβίβαζον. C

Μὴ συμπροσέστω σοι θρόνος ἀνομίας ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ προστάγματι; Διὰ τοῦτο, φησὶ, παρεκάλεσάς μου τὴν καρδίαν ἐπὶ ταῖς θλίψεσιν. Ὅτι δὴ οὖν οὐ προστεθήσεταί σοι θρόνος ἀνομίας, τουτέστιν, ὅτι δίκαιος εἶ κριτὴς ὡς Θεὸς, καὶ οὐκ ἔσται ἀνομία ἐν ταῖς κρίσεσί σου· ὁ γὰρ θρόνος τὴν κρίσιν σημαίνει· ὥσπερ δὴ καὶ παρ' ἐκείνῳ τῷ κόπον συμπλάσσοντι ἐπὶ πρόσταγμα· εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ ἀντικείμενος δαίμων, ὃς καὶ ἐλαφρὰς οὔσας τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς βαρείας ποιεῖ, κόπους δὲ αὐτῶν τοῖς ἀνθρώποις παρέχων. Θρόνον ἀνομίας ὠνόμασε τὸν διάβολον· ἐπειδὴ καὶ θρόνος δικαιοσύνης ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ὅστις ἀντίκειται τῷ διαβόλῳ.

Καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσονται. Οὗτοι, φησὶν, D οἱ πονηροὶ καὶ ἀντικείμενοι δαίμονες ἐκ παντὸς τρόπου τὴν τοῦ δικαίου ζητήσουσι θηρεῦσαι ψυχήν. Ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ, φησὶ, κατακριθήσονται. Τοῦτο γὰρ σημαίνει· *Καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσονται.* Λέγει γὰρ, ὡς ἀντὶ τοῦ ἀθῴως ἐκχεομένου παρ' αὐτῶν, εἰς κρίσιν καὶ κόλασιν παραδοθήσονται.

Καὶ ἐγένετό μοι Κύριος εἰς καταφυγήν. Ἐγὼ δὲ τῆς παρὰ τοῦ Δεσπότου προνοίας ἀπήλαυσα, καὶ αὐτὸν ἔχω περίβολον ὀχυρόν.

[69] Matth. v, 8. [70] I Cor. i, 30. [71] Joan. v, 22.

(40) Sic augurando locum vitiosum vertimus.

Αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαυΐδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. ΨΑΛΜΟΣ ϞΔ'.

Ὑπόθεσις.

Ἐντεῦθεν ὁ τῶν ἁγίων χορὸς καὶ τοὺς ἀπειθεῖς τοῦ Ἰσραὴλ προτρέπεται ἐπὶ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν ἐλθεῖν· δεικνὺς, ὡς ἐπακούσεται, εἰ προσπέσοιεν αὐτῷ, ἅτε αὐτὸς ὢν ποιητὴς, καὶ τὸ ἴδιον ἔργον ἀγαπῶν. Εἰσφέρεται δὲ μετὰ τὴν τῶν ἁγίων παραίνεσιν καὶ αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρόσωπον, αὐτοῖς τοῖς ἀπειθέσι παρακελευόμενον μὴ τὴν τῶν πατέρων μιμήσασθαι ἀπιστίαν.

Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ. Ὡς ἐπὶ ἑορτὴν ἐλθεῖν τοὺς ἀπειθεῖς παρακελεύονται, εἰς ἀγαλλίασιν αὐτοὺς καλοῦντες, ἵνα διὰ τούτων πείσωσι. *Ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν.* Εὖ τὸ, *ἀλαλάξωμεν*, λέγει, δὴ ἥκοντες τοὺς ἐπινικίους ᾄσωμεν ὕμνους. Ὁ γὰρ ἀλαλαγμὸς ὕμνος ἐστὶν ἐπὶ πεπτωκόσιν ἐχθροῖς. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων, ὡς τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις πολεμήσας ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ἐκ μέσου πεποίηκεν.

Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. Ὡσεὶ λέγοι· Πρὶν εἰς κρίσιν καθίσῃ, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἔστι δὲ ὁ υἱὸς, τῇ ἐξομολογήσει προλάβωμεν, καὶ εὐμενὲς αὐτοῖς καταστήσωμεν. Οὕτω γὰρ ὑμῖν συμβήσεται εἰς ἀγαθὰ τελευτᾷν· ἡ γὰρ ἐξομολόγησις ἀγαθὸν ἔχει τὸ πέρας· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ ἐν Ψαλμοῖς· *Ἀλαλάξωμεν αὐτῷ.*

Καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς. Δηλαδὴ τοὺς πιστεύσαντας, καὶ ὥσπερ ἀντιμισθίαν τούτου λαχόντας τὸ ὄνομα, τὸ καλεῖσθαι θεοὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Θεὸν δέδωκά σε τῷ Φαραώ.* Ἐὰν τὴν ἐξομολόγησιν προσενέγκωμεν, φησὶν, οὐκ ἀποτευξόμεθα· οἰκτειρήσει γὰρ ὡς ἴδιον αὐτοῦ λαόν.

Ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ θάλασσα. Δείκνυσιν, ὡς αὐτὸς, ὢν δημιουργὸς πάσης κτίσεως ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου, οὐκ ἂν παρίδῃ τὸ ἴδιον ποίημα προσπῖπτον δι' ἐξομολογήσεως.

Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ. Καὶ ἑαυτοὺς τῶν προσκυνούντων καὶ κλαιόντων εἶναί φασιν, ὅπως ἂν προθυμοτέρους εἰς τὴν ἐξομολόγησιν παρασκευάσωσι τοὺς ἀκούοντας.

Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε. Ἐντεῦθεν παραινοῦνται παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου εὐπειθεῖς εἶναι, καὶ μὴ τοιοῦτοι οἷοι ἐν τῇ ἐρήμῳ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐπεδείχθησαν.

Κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν. Ἐξεπείρασαν γὰρ τὸν Θεὸν ἄλλοτε ἄλλην πορευόμενοι ὁδὸν, καὶ οὐκ εὐθεῖαν τὴν τοῦ Κυρίου.

Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Τρεῖς ἡμῖν ὁ λόγος καταπαύσεις σημαίνει· μίαν τὴν σαρκικὴν τὴν τοῦ Σαββάτου, καὶ ἑτέραν τὴν εἴσοδον τὴν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ᾗ Ἰησοῦς κατέπαυσεν αὐτούς· καὶ τρίτην τὴν ἐπουράνιον, ἣν νῦν ἡμῖν ὁ λόγος σημαίνει· οὐκ ἂν δὲ ἑτέρας ἐμέμνητο ἐνταῦθα, εἰ ἀληθῶς ἐκείνη ἐν ᾗ κατά-

A *Laus cantici ipsi David, caret inscriptione apud Hebræos. PSALMUS XCIV.*

Argumentum.

His sanctorum chorus eos qui increduli erant in Israele cohortatur ut ad salutem per Christum allatam accedant, declarans eum exauditurum esse si procidant ante illum, quia ipse est opifex, suumque amat opificium. Post illam autem a sanctis datam hortationem, inducitur ipsa sancti Spiritus persona: quæ non obtemperantibus præcipit, ut ne patrum suorum incredulitatem imitentur.

1. *Venite, exsultemus Domino.* Quasi ad festum accedere cohortantur eos qui non obtemperarent, ad lætitiam vocantes eos, ut ita persuadeant. *Jubi-*

B *lemus Deo salutari nostro.* Probe dicit, *jubilemus*, videlicet venientes canamus victoriæ cantica. Jubilatio enim, est hymnus ob devictos hostes editus. His autem significat Christum, bello adversariis potestatibus pro nobis illato, ipsas de medio sustulisse.

2. *Præoccupemus faciem ejus in confessione.* Ac si diceret: Priusquam sedeat, faciem ejus qui est filius confessione præoccupemus, et propitiam nobis reddamus. Ita enim continget vobis ut in bonum desinatis; nam confessio bonum habet terminum, et hoc palam facit illud in Psalmis, *jubilemus ei.*

3. *Et rex magnus super omnes deos.* Scilicet eos qui credunt, qui in mercedem hoc consecuti sunt

C ut dii appellentur, juxta dictum illud: *Dedi te Deum Pharaonis*[72]. Si confessionem offeramus, inquit, non spe labemur: nam nos ut proprium ipsi populum miserabitur.

5. *Quoniam ipsius est mare.* Ostendit eum cum sit opifex totius creaturæ visibilis atque invisibilis, nunquam despecturum esse opus suum, si quis confitendo procidat ante eum.

6. *Venite, adoremus et procidamus ante illum.* Se ex adorantium et plorantium numero esse dicunt, ut auditores ad confessionem promptiores efficiant.

8. *Hodie si vocem ejus audieritis.* His ab ipso Domino monentur ut obtemperantes sint, neque tales quales patres eorum in deserto fuerant.

D

9. *Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri.* Tentaverunt enim Deum alias in aliam incedentes viam, sed non illam rectam viam Domini.

11. *Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Tres nobis requiei species significantur: carnalis una quæ est Sabbati; altera est ingressus in terram promissionis, qua illos quiescere fecit Jesus Nave; tertia cœlestis, quæ hic jam denotatur, non alterius enim hic mentio est, si tamen illa vera requies sit. Ostenditur itaque vere requiem

[72] Exod. VII, 1.

esse recessum ex hoc mundo et habitationem in supernis mansionibus.

1. *PSALMUS XCV. Canticum ipsi David. Quando domus ædificabatur post captivitatem.*

Argumentum.

In præcedenti psalmo Judæorum abjectionem vaticinatus si in infidelitate perseverarent, in hoc gentium vocationem inducit, quæ post solutionem spiritualis illorum captivitatis facta est, quando per totum orbem Ecclesia fundata fuit.

2, 3. *Cantate Domino canticum novum.* Apostolis jubet Spiritus sanctus, ut canticum novum, id est Novum Testamentum, gentibus per totum orbem enarrent. *Cantate Domino omnis terra... Annuntiate de die in diem salutare ejus.* Nunquam enim finem facient ad usque consummationem mundi Novi Testamenti mysteria nobis enuntiandi.

4. *Quoniam magnus Dominus et laudabilis nimis.* Docete, inquit, gentes, nam si audiant, agnoscent ejus qui prædicatur deitatem et magnitudinem; si agnoscant, laudabunt eum. *Terribilis est super omnes deos.* Illud est maximum gentibus ad Domini timorem incitamentum, quod viderint eorum deos, ut vocabant, incendio traditos. Noverunt enim illos omnes non esse deos, sed dæmonia. Solus autem Dominus cœlestium opifex est.

5. *Quoniam omnes dii gentium dæmonia.* Qui enim dii vocabantur, maligni dæmones fuisse comperti sunt: at *Dominus noster cœlos fecit.*

6. *Sanctimonia et magnificentia in sanctificatione ejus.* Sanctificatio ejus est Ecclesia, quæ et sancta et magnifica est. Excelsus namque est Ecclesiæ ornatus.

7-9. *Afferte Domino, patriæ gentium,* etc. Patrias vocat Ecclesiarum præfectos, id est, sacerdotes et præsides. Et sane convenit operibus bonis Deum glorificare, et justis laboribus honorare illum, atque insuper spiritualia illi sacrificia offerre. Offerre nimirum in atriis sanctis ejus, scilicet in ecclesiis. *Commoveatur a facie ejus universa terra.* Futurum enim erat ut per omnem terram audiretur prædicatio, et ut terra quasi a priore suo statu commoveretur.

10. *Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur.* Fundavit enim Ecclesiam supra petram, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. *Judicabit populos in æquitate.* Venit enim et judicavit causam nostram, et improbos tyrannos exegit, impuros scilicet dæmones.

11. *Lætentur cœli et exsultet terra.* Cum totius orbis bonum ageretur cœlestes virtutes cum gaudio dicebant: *Gloria in excelsis Deo et in terra pax*[13]. *Commoveatur mare et plenitudo ejus.* Mare hic significat gentium plenitudinem, quæ commota est,

A παυσις. Δηλοῦται οὖν, ὡς ἀληθῶς κατάπαυσίς ἐστιν ἡ μετὰ τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου ἀπαλλαγὴ, ἡ ἐν ταῖς ἄνω μοναῖς κατοίκησις.

ΨΑΛΜΟΣ ϞΕ'. Ὠδὴ τῷ Δαυΐδ, ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδομήθη μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, τὴν ἀποβολὴν τῶν Ἰουδαίων θεσπίσας, εἴ γε ἐπιμένοιεν τῇ ἀπιστίᾳ, ἐν τούτῳ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν εἰσάγει, τὴν γενομένην μετὰ τὴν λύσιν τῆς νοητῆς αὐτῶν αἰχμαλωσίας, ὅτε καὶ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡ Ἐκκλησία τεθεμελίωται.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν. Τοῖς ἀποστόλοις τὸ Πνεῦμα παρακελεύεται τὸ καινὸν ᾆσμα, τουτέστι B τὴν Νέαν Διαθήκην, ἐξηγεῖσθαι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσιν. *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ . . . . Εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ.* Οὐ γὰρ παύσονται μέχρι συντελείας κόσμου τὰ τῆς Νέας Διαθήκης ἡμῖν λαλοῦντες μυστήρια.

Ὅτι μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα. Διδάξατε, φησὶ, τὰ ἔθνη· καὶ γὰρ ὑπακούσαντα γνοῖεν τοῦ κηρυττομένου τὴν θεότητα καὶ τὴν μεγαλοσύνην, καὶ γνόντα ἐπαινέσουσι. *Φοβερός ἐστιν ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς.* Τοῦτο μάλιστα τὰ ἔθνη ἐπὶ τὸν τοῦ Κυρίου φόβον προτρέπεται, τὸν ἐμπρησμὸν ἑωρακότα κατὰ τῶν πάλαι ὀνομαζομένων αὐτῶν θεῶν. Ἔγνωσαν γὰρ, ὡς πάντες ἐκεῖνοι οὐκ ἦσαν θεοὶ, ἀλλὰ δαιμόνια. Μόνος δὲ ὁ Κύριος τῶν οὐρανίων ποιητής.

Ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. Οἱ μὲν C γὰρ καλούμενοι θεοὶ δαίμονες ὤφθησαν πονηροὶ, ὁ δὲ *ἡμέτερος Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησεν.*

Ἁγιωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια ἐν τῷ ἁγιάσματι αὐτοῦ. Ἁγίασμα αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία, ἥτις καὶ ἁγία ἐστὶ καὶ μεγαλοπρεπής. Ὑψηλὸς γὰρ ὁ κόσμος τῆς Ἐκκλησίας.

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Πατριὰς καλεῖ τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγουμένους, ἱερέας φημὶ καὶ προέδρους. Καὶ πρέπει διὰ τῶν ἔργων τῶν ἀγαθῶν δοξάζειν τὸν Θεὸν, καὶ μὴν καὶ τιμᾷν ἀπὸ δικαίων πόνων αὐτῶν, ἔτι γε μὴν καὶ θυσίας αὐτῷ ἀναφέρειν νοητάς· ἀναφέρειν δὲ ἐν ταῖς θείαις αὐτοῦ αὐλαῖς, δηλαδὴ ταῖς ἐκκλησίαις. *Σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ.* Ἔμελλε γὰρ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξάκουστον γενέσθαι κήρυγμα, D καὶ οἱονεὶ τῆς προτέρας στάσεως σαλεύειν τὴν γῆν.

Καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Ἐθεμελίωσε γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. *Κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι.* Ἦλθε γὰρ καὶ ἐδίκασε τὴν κρίσιν ἡμῶν, καὶ τοὺς πονηροὺς τυράννους ἐξέβαλε, τοὺς ἀκαθάρτους φησὶ δαίμονας.

Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. Ἐπὶ γὰρ τῇ κατορθώσει τῆς οἰκουμένης αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ἔφασκον χαίρουσαι· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. Σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.* Θάλασσαν ἐν τούτοις

[13] Luc. II, 14.

τῶν ἐθνῶν σημαίνει τὴν πληθὺν, ἥτις καὶ σεσάλευται· τουτέστιν εἰς τὸ ὑποδέξασθαι τὸ κήρυγμα κεκίνηται. *Χαρήσεται τὰ πεδία καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ*. Διὰ τῶν πεδίων καὶ μὴν καὶ τῶν ξύλων ἁγίας ψυχὰς εἶναι σημαίνει, αἳ ἐπὶ τῇ τοῦ κόσμου σωτηρίᾳ ἠγαλλιάσαντο.

ΨΑΛΜΟΣ *Δαυῒδ, ὅτε ἡ γῆ αὐτοῦ καθίσταται*. ϞϚʹ.

Ὑπόθεσις.

Πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὴν σωτηρίαν τοῦ κόσμου σημαίνει, καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν.

Κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί. Νήσους τὰς Ἐκκλησίας φησὶν, ἅτε δὴ ῥιπιζομένας ὑπὸ παντὸς πνεύματος, καὶ μὴν καὶ περιῤῥεομένας ταῖς περιστάσεσι ταῖς ἁλμυραῖς.

Νεφέλη καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ. Τὴν λεληθυῖαν αὐτοῦ ἐν ἀνθρώποις κάθοδον σημαίνει, ὅτε ἐν τῇ τοῦ δούλου πέφηνε μορφῇ. *Δικαιοσύνη καὶ κρῖμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ*. Αὕτη γέγονε, φησὶ, τῆς ἀφέσεως αἰτία· τὸ κρῖναι δικαίως τὴν κρίσιν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν δηλαδὴ πρὸς τὰς πονηρὰς καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις.

Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται. Ἔκαυσε γὰρ τῇ θείᾳ αὐτοῦ δυνάμει πᾶσαν πονηρὰν καὶ ἀντικειμένην ἐνέργειαν.

Ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ. Ἀστραπὰς αὐτοῦ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους εἶναι λέγει καὶ εὐαγγελιστὰς, οἳ φωτὸς δίκην ὑπέλαμψαν τὴν ὑπ' οὐρανόν.

Τὰ ὄρη ἐτάκησαν ὡσεὶ κηρὸς ἀπὸ προσώπου Κυρίου. Ὄρη τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις φησὶν, αἳ καὶ κηροῦ δίκην συνετάκησαν ἀπὸ τοῦ προειρημένου δηλονότι πυρός. Ὅπερ πήγνυσιν ὁ βοῤῥᾶς, τοῦτο τήκει ὁ νότος· διὸ καλῶς λέγει ἡ νύμφη ἐν τοῖς Ἄσμασι τῶν ᾀσμάτων· *Ἐξεγείρου, βοῤῥᾶ, καὶ ἔρχου, νότε, διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου*.

Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς· ὁρῶντες δηλονότι οὓς πάλαι ἐνόμιζον θεοὺς κηροῦ δίκην λυομένους ὑπὸ τοῦ Κυρίου. *Προσκυνήσατε αὐτῷ, πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ*. Ἐφ' οἷς κατώρθωσε τῇ ὑπ' οὐρανὸν, φησὶν, εὐχαριστήσατε.

Ἤκουσε καὶ εὐφράνθη Σιών. Σιὼν μὲν ἡ Ἐκκλησία. Τί δὲ ἤκουσεν, ἢ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, καὶ εὐφροσύνης αὐτῇ γέγονε πρόξενον; *Καὶ ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας*. Θυγατέρας τῆς Ἰουδαίας τὰς ὁσίας ψυχάς φησι, τὰς δι' ἐξομολογήσεως συνημμένας Θεῷ, αἳ ἠγαλλιῶντο διὰ τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, ὁρῶσαι δηλονότι τοὺς τυραννήσαντας ἐκβεβλημένους, τοὺς δὲ δουλείᾳ κατεχομένους εἰς ἐλευθερίαν ἐνηνεγμένους.

Οἱ ἀγαπῶντες τὸν Κύριον, μισεῖτε πονηρά. Παραίνεσις εἰσάγεται τοῖς τῇ ἐλευθερίᾳ λελυτρωμένοις, διδάσκουσα πᾶν εἶδος πονηρὸν ἀποστρέφεσθαι. *Φυλάσσει Κύριος τὰς ψυχὰς τῶν ὁσίων αὐτοῦ*.

[74] Cant. IV, 16.

A id est ad recipiendam prædicationem deducta. *Gaudebunt campi et omnia quæ in eis sunt. Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum*. Per campos et ligna, sanctas animas significat, quæ de salute mundi exsultaverunt.

1. *PSALMUS David quando terra ejus constituta est. XCVI.*

Argumentum.

Hic rursum salutem mundi significat, et fidem omnium gentium in ipsum.

Dominus regnavit, exsultet terra, lætentur insulæ multæ. Insulas vocat Ecclesias, utpote omni vento B agitatas, et salsis asperisque ærumnarum fluctibus circumfusas.

2. *Nubes et caligo in circuitu ejus*. Latentem ejus ad homines descensum significat, quando in servi forma apparuit. *Justitia et judicium correctio throni ejus*. Hæc, inquit, remissionis causa fuit quod juste judicaverit causam nostram quam habemus videlicet adversus malignas et adversarias potestates.

3. *Ignis ante ipsum præcedet*. Divina enim sua virtute malam omnem atque adversariam operationem combussit.

4. *Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ*. Fulgura sua dicit esse sanctos apostolos et evangelistas, qui lu- C minis instar illuminaverunt orbem.

5. *Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini*. Montes vocat adversarias potestates, quæ sicut cera fluxerunt prædicti ignis opera. Quod aquilo coagulat, id auster liquefacit, quamobrem pulchre sponsa in Canticis canticorum ait: *Exsurge, aquilo, et veni, auster, perfla hortum meum et fluant aromata mea* [74].

7. *Confundantur omnes qui adorant sculptilia*. Videntes scilicet quos olim deos putabant instar ceræ liquefactos Domini opera. *Adorate eum, omnes angeli ejus*. Gratias agite, ait, de iis quæ in terra D præclare gessit.

8. *Audivit et lætata est Sion*. Sion est Ecclesia. Ecquid audivit, nisi evangelicam prædicationem, quæ lætitiæ ipsi causa fuit? *Et exsultaverunt filiæ Judææ*. Filias Judææ sanctas animas dicit, quæ Deo per confessionem conjunctæ sunt, quæque exsultabant propter judicia Domini, videntes scilicet ejectos tyrannos, eos autem qui in servitute detinebantur in libertatem vindicatos.

10. *Qui diligitis Dominum, odite mala*. Adhortatio inducitur iis qui in libertatem vindicati sunt, docens ut ab omni specie mala avertantur. *Custodit Dominus animas sanctorum suorum*. Qui a ma-

ligno aversi estis, sancti effecti estis. Tunc enim A continget vobis ut Dominus vos custodiat a maligno, qui proprie peccator est.

11. *Lux orta est justo.* Evangelica videlicet. *Justo* autem, huic populo scilicet qui per fidem justus est. *Et rectis corde lætitia;* in hæc verba *rectis* interpungendum, ita ut iis qui recti fuerint in corde oriatur lætitia. In communi autem illud, *orta est,* accipiendum.

PSALMUS ipsi David. XCVII.

Argumentum.

Hic quoque psalmus priorem Domini adventum significat, et fidem omnium gentium erga illum, quam dedit eis ut patribus suis pollicitus fuerat. Ea de causa hic concitantur gentes, ut cum jubi- B latione victoriæ carmen canant, quod eorum causa editum fuit.

1. *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.* Mirabile prorsus est quod mors destructa sit, et quod humanum genus revixerit. *Salvavit sibi dextera ejus.* Mundum enim Patri obtulit Christus, qui est dextera Patris. Non enim humano egebat auxilio.

2. *Notum fecit Dominus salutare suum.* Carnalem ejus adventum salutarem scilicet significat. Juxta illud dictum a Simeone: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum* [75]. *In conspectu gentium revelavit justitiam suam.* Ejecto scilicet hujus sæculi principe, nobis autem qui olim sub tyrannide era- C mus justificatis.

3. *Recordatus est misericordiæ suæ.* Erga Jacob. Promisit enim ei futurum esse ut omnes gentes in semine ejus benedicerentur. *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.* Nullum enim regnum non particeps est regni Christi.

5, 6. *Psallite Deo nostro in cithara.* Citharam dicit harmoniam et consensum animæ cum corpore. *In tubis ductilibus et voce tubæ corneæ.* Ardens atque vehemens studium evangelicæ prædicationis per tubas ductiles significat; per corneam autem regiam dignitatem, quia ex cornu ungebant reges. Neque id tantum, sed quia cornea regni proclamationem faciebant.

7. *Moveatur mare et plenitudo ejus.* Mare vocat D præsentem vitam, ob salsedinem et molestiam sollicitudinum ejus. Mota itaque est a priori statu, id est ab idololatria.

8. *Flumina plaudent manu simul.* Flumina dicit sanctos mysteriorum initiatores, quorum prædicandi studium indicat eo quod plaudant simul. *Montes exsultabunt a conspectu Domini, quoniam venit judicare terram.* Angelicæ nimirum virtutes. Nam gaudium est super uno peccatore pœnitentiam agente [76].

[75] Luc. II, 30. [76] Luc. XV, 7.

Οἱ ἀποστραφέντες τὸν πονηρὸν, ὅσιοι γεγένησθε· Τότε δὴ συμβήσεται ὑμῖν καὶ τῆς φυλακῆς τῆς παρὰ τοῦ Κυρίου τυχεῖν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· οὗτος γὰρ κυρίως ἁμαρτωλός.

Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ. Τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι. *Δικαίῳ* δὲ, τῷδε δικαίῳ λαῷ διὰ τῆς πίστεως. *Καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη·* εἰς τὸ, *τοῖς εὐθέσιν,* ὑποστίξαι δεῖ, ἵνα τοῖς γινομένοις εὐθέσιν ἐν τῇ καρδίᾳ ἀνατείλῃ εὐφροσύνη. Ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ, *ἀνατελεῖ*, ληπτέον.

ΨΑΛΜΟΣ *τῷ Δαυΐδ.* ϞΖ'.

Ὑπόθεσις.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὴν προτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου σημαίνει, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν πάντων εἰς αὐτὸν πίστιν, ἣν ἐποιήσατο κατὰ τὰς ἐπηγγελμένας τοῖς πατράσιν ἐπαγγελίας. Διὰ τοῦτο τὰ ἔθνη πάντα ἀλαλάζειν ὁ λόγος προτρέπεται τὸν ἐπινίκιον, ὃν ὑπὲρ αὐτῶν πεποίηται.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησε. Θαυμαστὸν γὰρ ἀληθῶς τὸ καταργηθῆναι θάνατον, καὶ ἀναβιῶναι πάλιν τὸ ἀνθρώπινον γένος. *Ἔσωσεν αὐτῷ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ.* Προσήγαγε γὰρ τῷ ἰδίῳ Πατρὶ τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ Χριστὸς, ὅς ἐστι δεξιὰ τοῦ Πατρός. Οὐ γὰρ ἐδεήθη ἀνθρωπίνης βοηθείας.

Ἐγνώρισε Κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Σωτήριον οὖσαν τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν σημαίνει· κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Συμεών· *Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου. Ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ.* Ἐκβαλὼν μὲν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, δικαιώσας δὲ τοὺς πάλαι τυραννηθέντας ἡμᾶς.

Ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. Τοῦ Ἰακώβ· καὶ γὰρ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογηθῆναι πάντα τὰ ἔθνη ἐπηγγείλατο. *Εἴδοσαν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* Οὐδεὶς γὰρ τόπος ἀμέτοχος τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.

Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ. Κιθάραν τὴν τοῦ σώματος πρὸς τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν φησί. *Σάλπιγξιν ἐλαταῖς, καὶ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης.* Τὸ πεπυρωμένον καὶ ἐκτεταμένον τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος διὰ τῶν ἐλατῶν σαλπίγγων σημαίνει· διὰ δὲ τῶν κερατίνων τὸ βασιλικὸν, καθὸ τῷ κέρατι ἐχρίοντο οἱ βασιλεῖς. Οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν κερατίνῃ τῆς βασιλείας τὴν ἐκφώνησιν ἐποιοῦντο.

Σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Θάλασσαν τὸν βίον τὸν παρόντα σημαίνει, διὰ τὸ ἁλμυρὸν τῶν ἐν αὐτῷ φροντίδων. Κεκίνηται οὖν ἐκ τῆς προτέρας στάσεως, τουτέστι τῆς εἰδωλολατρείας.

Ποταμοὶ κροτήσουσι χειρὶ ἐπὶ τὸ αὐτό. Ποταμοὺς τοὺς ἁγίους εἶναί φησι μυσταγωγοὺς, ὧν καὶ τὸ σπουδαῖον τοῦ κηρύγματος διὰ τοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κροτεῖν σημαίνει. *Τὰ ὄρη ἀγαλλιάσονται, ὅτι ἥκει κρῖναι τὴν γῆν.* Αἱ ἀγγελικαὶ δηλονότι δυνάμεις. Χαρὰ γὰρ γίνεται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

ΨΑΛΜΟΣ *τῷ Δαυΐδ.* ϞΗʹ.

Ὑπόθεσις.

Καὶ οὗτος τὴν Χριστοῦ βασιλείαν σημαίνει καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων αὐθάδειαν.

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί. Ὁ Χριστός ἐστιν οὗ τὴν βασιλείαν οὐ παραδέχονται Ἰουδαῖοι ὀργιζόμενοι. *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, σαλευθήτω ἡ γῆ.* Αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ βασιλεύσων ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐστιν, ὁ καὶ τοῖς χερουβὶμ ἐποχούμενος, ὑφ' οὗ καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Φησὶν οὖν· Σὺ εἶ ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ὁ καὶ τὴν ἐπὶ κακῷ στάσιν μετακινήσας τῆς γῆς, γεγονὼς καθ' ἡμᾶς. Στάσιν οὖν λέγει τὴν τῆς εἰδωλολατρείας.

Κύριος ἐν Σιὼν μέγας. Σιὼν ἐστιν ἡ Ἐκκλησία, ἐν ᾗ δοξάζεται καὶ ὑψοῦται Χριστὸς, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου.*

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ. Μέγα αὐτοῦ τὸ ὄνομα τὸ, Ἰησοῦς, καθὸ καὶ σωτηρία λαοῦ ἑρμηνεύεται. Μέγα πάλιν τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ᾧ μέλλει κάμψαι πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα ἐξομολογήσεται γλῶσσα, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. *Ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστι.* Φοβερὸν μὲν κατὰ τῶν ὀργιζομένων λαῶν καὶ μὴ προσδεχομένων αὐτοῦ τὴν βασιλείαν· ἅγιον δὲ τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. *Καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ.* Ἐπειδὴ ἡ τιμὴ ἤτοι ἡ δόξα τοῦ βασιλέως ἀγαπᾷ τὴν δικαιοσύνην, ἥτις διὰ τῆς κρίσεως ἑρμηνεύεται· τούτου χάριν τοῖς μὲν ἀπειθήσασι τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ φοβερὸν, τοῖς δὲ ὑπακούουσιν ἅγιον. *Σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας.* Ἐν δικαιοσύνῃ γὰρ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην.

Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν. Ὁ ὑψηλὸς ὡς Θεὸς καὶ ὑπὸ πόδας ἔχων πᾶσαν τὴν κτίσιν γέγονεν ἀτρέπτως ἄνθρωπος. Τοῦτον οὖν, φησὶ, τὸν γενόμενον ἀτρέπτως ἄνθρωπον ὑψοῦτε, προσκυνοῦντες αὐτὸν μιᾷ προσκυνήσει μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός.

Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ. Οὗτος, φησὶν, ὁ νῦν, καθὸ πέφυκεν ἄνθρωπος, βασιλεύσας τῶν ἐπὶ γῆς ἦν· ὃν καὶ πάλαι Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ ἐπεκαλοῦντο. Εἰπὼν οὖν, ὅτι *Προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ*, καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ τὴν οἰκονομίαν κηρύξας, πάλιν ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς, τὴν θεότητα σημαίνει διὰ τοῦ δηλωθέντος ὄρους. Μεμένηκε γὰρ Θεὸς, εἰ καὶ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, σὺ ἐπήκουσας αὐτούς. Εἰ καὶ ἔδοξάν τι ἁμαρτάνειν ὡς ἄνθρωποι, οὐ παρεώρακας, φησίν. Ἠλέγχετο οὖν ἐπὶ τοῦ μόσχου ἁμαρτάνων Ἀαρὼν καὶ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας.

Καὶ προσκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ. Ἢ τὴν ἐπὶ γῆς ἢ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ φησιν· ἢ ὄρος πάλιν αὐτὸν νοητέον τὸν Μονογενῆ, κατὰ τό· *Ἐτμήθη λίθος ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν.*

A *PSALMUS ipsi David. XCVIII.*

Argumentum.

Et hic quoque psalmus Christi regnum significat, atque principum sacerdotum arrogantiam.

1. *Dominus regnavit, irascantur populi.* Christus est cujus regnum Judæi irati non accipiunt. *Qui sedet super cherubim, moveatur terra.* Is enim ipse est qui in novissimis temporibus regnabit in terra, qui super cherubim vehitur, et sub quo mota est terra. Ait igitur : Tu es super cherubim, qui et malum terræ statum commutasti, cum ad nostram similitudinem factus es. De statu idololatriæ loquitur.

2. *Dominus in Sion magnus.* Sion est Ecclesia,
B in qua glorificatur et exaltatur Christus, juxta dictum illud : *Exaltabo te, Deus meus, rex meus* [77].

3, 4. *Confiteantur nomini tuo magno*, etc. Magnum est nomen ejus illud, Jesus, quia salus populi significat. Magnum rursus nomen illud quod est super omne nomen, cui curvabitur omne genu, et omnis lingua confitebitur, quia Dominus Jesus Christus [78], etc. *Quoniam terribile et sanctum est.* Terribile adversus gentes iratas quæ non receperunt ejus regnum ; sanctum autem credentibus in eum. *Et honor regis judicium diligit.* Quoniam honor seu gloria regis justitiam diligit, quæ per judicium intelligitur ; ideo inobsequentibus mandatum ejus terribile est, sanctum autem credentibus in eum. *Tu*
C *parasti directiones.* In justitia enim judicaturus est orbem.

5. *Exaltate Dominum Deum nostrum.* Qui excelsus est utpote Deus, et sub pedes habet omnem creaturam, sine mutatione factus est homo. Hunc itaque, ait, qui sine mutatione factus est homo, exaltate, adorantes eum una adoratione cum sua carne.

6. *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus.* Hic, inquit, qui nunc quatenus homo factus est regnavit in terrena, is ipse erat quem olim Moyses et Aaron et Samuel invocabant. Postquam dixit itaque : *Adorate scabellum pedum ejus* (41), atque incarnationem œconomiamque prædicavit, rursum nos confirmans,
D divinitatem per montem illum significat : remansit quippe Deus, etiamsi propter nostram salutem carnem assumpserit.

8. *Domine Deus noster, tu exaudiebas eos.* Etiamsi in aliquo peccare visi sunt utpote homines, tu tamen non contempsisti eos. Peccati itaque arguebatur Aaron ob vitulum, et Moyses propter aquam contradictionis.

9. *Et adorate in monte sancto ejus.* Aut terrenam aut cœlestem Jerusalem dicit : aut rursum montem intelligere possumus Unigenitum, juxta illud : *Excisus est lapis de monte sine manibus* [79].

[77] Psal. CXLIV, 1. [78] Philipp. II, 10, 11. [79] Dan. II, 34.

(41) Hæc pertinent ad versum 9.

1. *PSALMUS in confessionem. XCIX.*

Argumentum.

In hoc psalmo eos qui jam accesserant ad fidem adhortatio alloquitur, ut gratiarum actiones de iis quæ gesta sunt offerant. Confessio enim hoc in loco, gratiarum actionem cum laude conjunctam significat.

2. *Jubilate Deo, omnis terra.* Redemptos jubet victoriæ carmen canere. Redempti quippe erant omnes homines. Terram autem vocat habitantes in ea. *Servite Domino in lætitia.* Hominum servitus noxium timorem efficit, Domini autem servitus timorem castum, ex quo animæ oboritur lætitia. *Introite in conspectu ejus in exsultatione.* Qui jam jubilationis lætitiam mente percepit, hic quasi stans in conspectu Christi gaudio gaudet, et hoc est exsultatio.

3. *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus noster.* Hic Dominus, inquit, qui proprio sanguine totam redemit terram, ipse est nostræ facturæ opifex. Non enim ex nobis ipsis exstitimus, sed opus manuum ejus sumus. Quapropter et populus ejus et oves ejus sumus, ita ut ille quidem populus sit, qui rationabilior est; oves autem, qui in ordine irrationabiliorum consistunt, neque experimentum quodpiam divini eloquii habent, juxta dictum illud: *Erravi sicut ovis quæ periit* [80].

4. *Nos autem populus ejus et oves pascuæ ejus.* Alii sunt ut populus ejus, qui scilicet præstantiores sunt; alii ut oves pascuæ ejus, qui in inferiore gradu incedunt. Cæterum, cum omnium Deus et factor sit, omnes vocat et proprios sibi efficit. Nam homines et jumenta salvat Dominus [81]; illos quidem ut populum suum, hos vero ut oves pascuæ suæ. *Introite portas ejus in confessione.* Portas Domini Ecclesiam quæ in terra est vocat, in qua confiteri oportet, ac denuntiatis antea peccatis, beneficia nobis collata enarrare.

Ipsi David. PSALMUS C.

Argumentum.

In hoc psalmo perfectum nobis hominem describit, qui secundum Deum vitam instituit, docetque nos quod vitæ genus amplecti debeant ii, qui regnum cœlorum adipisci exoptant.

1. *Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine.* Cum ea quæ scio te nobis contulisse beneficia semper in ore feram, dabitur judicium, et sane judicium justum. Justificavit enim causam nostram adversus inimicos nostros.

2, 3. *Psallam et intelligam in via immaculata. Psallam*, inquit, *hymnum*, ac si diceret apertius: Non finem faciam hymnos canendi, et viam meam semper immaculatam conservabo, tuum, o Domine, adventum exspectans. Oportet enim paratos nos esse ad Domini accessum. Tantam autem hic vir mirabilis puritatem obtinebat ut cum fiducia cla-

A

ΨΑΛΜΟΣ εἰς ἐξομολόγησιν. ϞΘʹ.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τοῖς ἤδη προσελθοῦσι τῇ πίστει παραίνεσιν εἰσφέρει, ὑπὲρ τοῦ ἀναφέρειν ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων εὐχαριστίας. Ἡ γὰρ ἐξομολόγησις ἐν τούτῳ τὴν μετ' αἰνέσεως εὐχαριστίαν σημαίνει.

Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, πᾶσα ἡ γῆ. Τὸν ἐπινίκιον τοὺς λελυτρωμένους ᾄδειν παρακελεύεται. Ἦσαν δὲ οἱ λελυτρωμένοι ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Γῆν γὰρ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν καλεῖ. *Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐφροσύνῃ.* Ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων δουλεία φόβον φθοροποιὸν ἐμποιεῖ, ἡ δὲ τοῦ Κυρίου δουλεία φόβον ἁγνὸν, ἐξ οὗ γίνεται τῇ ψυχῇ εὐφροσύνη. *Εἰσέλθετε ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει.* Ὁ ἤδη

B

τοῦ ἀλαλαγμοῦ τὴν εἰς νοῦν δεξάμενος εὐφροσύνην, οὗτος ὥσπερ ἐνώπιον ἱστάμενος τοῦ Χριστοῦ χαρᾷ χαίρει, καὶ τοῦτό ἐστιν ἀγαλλίασις.

Γνῶτε ὅτι Κύριος αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν. Οὗτος, φησὶν, ὁ Κύριος ὁ τῷ ἰδίῳ αἵματι πᾶσαν λυτρωσάμενος τὴν γῆν, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τοῦ ἡμετέρου ποιήματος δημιουργός. Οὐ γὰρ αὐτομάτως συνέστημεν, ἀλλὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἔργον ἐσμέν. Διὸ καὶ λαὸς αὐτοῦ καὶ πρόβατα αὐτοῦ τυγχάνομεν· ὡς εἶναι μὲν ὁ λαὸς λογικώτερος, πρόβατα δὲ οἱ τὴν ἀλογωτέραν τάξιν ἐπέχοντες, καὶ μὴ ἐν πείρᾳ τῶν θείων ὄντες λογίων, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός.*

Ἡμεῖς δὲ λαὸς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα νομῆς αὐτοῦ. Ἄλλοι μὲν ὡς λαὸς αὐτοῦ, οἱ κρείττους· οἱ

C

δὲ ὡς πρόβατα νομῆς αὐτοῦ, οἱ ὑποβεβηκότες. Πλὴν ἀλλὰ, πάντων Θεὸς ὢν καὶ ποιητὴς, πάντας καλεῖ καὶ ἐξοικειοῦται. Ἀνθρώπους γὰρ καὶ κτήνη σώζει Θεός· τοὺς μὲν ὡς λαὸν αὐτοῦ, τὰ δὲ ὡς πρόβατα νομῆς αὐτοῦ. *Εἰσέλθετε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει.* Πύλας τοῦ Κυρίου τὴν ἐπὶ γῆς Ἐκκλησίαν φησὶν, ἐν ᾗ ἐξομολογεῖσθαι δεῖ, ἅτε πρότερον ἐξαγγέλλοντες τὰ ἁμαρτήματα, τάς τε εἰς ἡμᾶς γενομένας ἀφηγεῖσθαι εὐεργεσίας.

Τῷ Δαυΐδ. ΨΑΛΜΟΣ Ρʹ.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τὸν τέλειον ἡμῖν διαγράφει, τὸν κατὰ Θεὸν πολιτευόμενον, διδάσκων ἡμᾶς ποίαν δεῖ πολιτείαν ἐπιτηδεύειν τοὺς ἐπιθυμοῦντας τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐπιτυχεῖν.

D

Ἔλεον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι, Κύριε. Ταῦτα, φησὶν, ἐπὶ στόματος φέρων διαπαντὸς ἃ οἶδα εἰς ἡμᾶς κατορθωθέντα, δοθήσεται κρίσις, τουτέστιν ἡ δικαιοκρισία. Ἐδικαίωσε γὰρ ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν τὴν δίκην ἡμῶν.

Ψαλῶ καὶ συνήσω ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ. Τὸ, *ψαλῶ τὸν ὕμνον*, φησὶν, ὡσεὶ λέγοι σαφέστερον· Ὑμνῶν οὐ παύσομαι καὶ τὴν ἐμὴν ὁδὸν παρασκευάζων ἄμωμον, τὴν σὴν, ὦ Δέσποτα, παρουσίαν προσδοκῶν. Δεῖ γὰρ ηὐτρεπισμένους ἡμᾶς εἶναι πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου ἄφιξιν. Τοσαύτην γὰρ ὁ θαυμαζόμενος οὗτος ἀνὴρ ἐκτήσατο καθαρότητα, ὡς μετὰ παῤῥησίας

[80] Psal. CXVIII, 176. [81] Psal. XXXV, 8.

βοήσαι πρὸς τὸν Θεόν· *Πότε ἥξεις πρός μέ;* Ἀντὶ τοῦ, Εὐπρεπῆ σοι τὰ βασίλεια κατέστησα, ποθῶ σου τὴν παρουσίαν, ὦ Δέσποτα, ἱμείρομαί σου τῆς ἐπιφανείας· ἀλλὰ δὸς τὸ ποθούμενον. *Διεπορευόμην ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου.* Οὐδένα, φησὶν, ἔσχον ἄδικον συνοικοῦντα λογισμόν· ἀλλ' ὅλως ἐμαυτῷ μετὰ καθαρότητος διεπορευόμην. *Ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα.* Δεῖ γὰρ μὴ μόνον ἀπέχεσθαι τῶν πονηρῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ἀποστρέφεσθαι.

Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή. Τὰ τοῦ διαβόλου βουλεύματα, ἅτε μηδὲν εὐθὲς ἔχοντα, σκαμβά τέ εἰσι καὶ διεστραμμένα, ἅπερ οὐδέποτε ἐν τῇ καρδίᾳ εἰσδέδεγμαι. *Ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον.* Οὕτω, φησὶν, ἐν οὐδενὶ μέρει ἐποιούμην τοὺς πονηροὺς, ὡς καὶ τὴν παρουσίαν καὶ τὴν ἀπουσίαν αὐτῶν ἀγνοεῖν· διὸ καὶ ἀπαιρόντων οὐκ ἐγίνωσκον, οὐκοῦν οὐδὲ παρόντων εἰ παρῆσαν ἐγίνωσκον. Γνώμης δὲ ἀπόδειξις ἀνακειμένης Θεῷ τὸ τῶν κάτω μηδένα ποιεῖσθαι λόγον διὰ τὴν ἄνωθεν προσοχὴν

Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον. Τὰς δὲ λάθρα γινομένας κατηγορίας οὐ προσιέμην, ἀλλὰ τοὺς τοῦτο δρᾷν πειρωμένους ἐξήλαυνον. *Ὑπερηφάνῳ ὀφθαλμῷ καὶ ἀπλήστῳ καρδίᾳ, τούτῳ οὐ συνήσθιον.* Οὔτε μὴν τοὺς ἀλαζονείᾳ καὶ πλεονεξίᾳ χρωμένους ἐποιούμην συσσίτους.

Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπὶ τοὺς πιστοὺς τῆς γῆς τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ. Συνεδρίων δέ μοι καὶ βουλῆς ἐκοινώνουν οἱ πίστει κοσμούμενοι, καὶ περὶ πολλοῦ τὰ θεῖα ποιούμενοι. Οἱ δὲ μὴ οὕτως διακείμενοι, ἀλλὰ τἀναντία φρονοῦντες ὑπερηφανείᾳ λέγω καὶ ἀδικίᾳ καὶ ἐξουδενώσει, πόῤῥω ἀπέβαλον ἀπ' ἐμοῦ, ὥστε μὴ ὁρᾷν αὐτούς.

Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς. Ἁμαρτωλούς φησι τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς, οὓς ταῖς ἑωθιναῖς προσευχαῖς καὶ τῇ πρὸς Θεὸν προσεδρίᾳ ἐκόλαζε. *Τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν.* Πόλιν Κυρίου τὴν ἁγίαν φησὶ ψυχὴν, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ.*

Προσευχὴ τῷ πτωχῷ, ὅταν ἀκηδιάσῃ, καὶ ἐναντίον Κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ. ΡΑ'.

Ὑπόθεσις.

Ὁ κατὰ Θεὸν πτωχὸς, τουτέστιν ὁ τῶν προφητῶν χορὸς, ὁ λύπης πεπληρωμένος ἐπὶ τῇ τοῦ πρώτου λαοῦ καταστροφῇ, προσέρχεται τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ αὐτοῦ, τοῦ λαοῦ δηλονότι, ἀναπέμπων δεήσεις μετὰ νηστείας καὶ δακρύων, ὅπως ἂν καὶ αὐτὸς οἰκτειρηθῇ ὁ λαός. Κηρύττει δὲ καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, τὴν γενομένην ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Τὰ συμβάντα τῷ λαῷ οἰκειοποιεῖται ὁ προφητικὸς χορός.

25. *Convertit cor ejus ut odiret populum ejus*. B Quoniam in honore habiti apud Ægyptios, in similem atque illi idololatriam delapsi fuerant; ideo curavit ut odirent eos et gravia ipsis opera imponerent, ut afflicti ad Deum confugerent, et locus esset implendæ promissionis ad Abrahamum factæ.

26, 27. *Misit Moysem servum suum*, etc. Solis quippe Moysi et Aaron verbo revelavit signum mutationis aquarum in sanguinem, atque alia signa.

28. *Misit tenebras et obscuravit*. Quia Ægyptii relicto Creatore creaturæ serviebant: ideo per ipsam creaturam puniebat eos, per aerem scilicet, ignem, terram et aquam.

C 29. *Convertit aquas eorum in sanguinem*. Non enim solum aquarum colorem, sed ipsam saporis qualitatem mutavit: ita ut omnia piscium genera aqua exstinguerentur.

Alleluia. CV.

Argumentum.

In hoc psalmo recenset peccata prioris populi, docens quo pacto repudiatus ille fuerit. Sunt autem illa, primo quod exacerbaverint eum in mari Rubro, dicentes: *An quia non erant sepulcra in Ægypto, eduxit nos huc ut nos perderet* [92]? secundo, quod tentaverint Deum in deserto; tertio, quod irritaverint Moysem in castris; quarto, quod fecerint vitulum in Choreb; quinto, quod D pro nihilo habuerint terram desiderabilem; sexto, quod initiati sint Beelphegor; septimo, quod irritaverint eum ad aquas contradictionis; octavo, quod non disperdiderint gentes quas dixit Dominus illis, sed adoraverint idola, ita ut filios suos in sacrificium ipsis offerrent.

1, 2, 3. *Confitemini Domino quoniam bonus . . . . Beati qui custodiunt judicium*, etc. Ii enim soli digni sunt qui enarrent potentias Domini, qui ea quæ in Scripturis a Deo decreta sunt faciunt, atque omnia cum judicio et ratione exsequuntur, et semper ob oculos habent judicium Dei. Hi namque sunt qui

[91] Exod. I, 9. [92] Exod. XIV, 11.

faciunt justitiam, qui quod justum est opere exsequuntur.

4. *Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui.* Abhinc inducitur persona Judæorum, precantium ut consortes sint salutis gentibus datæ.

11. *Operuit aqua tribulantes eos.* Tribulantes scilicet, nam promiscua turba quæ cum ipsis egrediebatur, non tribulantium sed credentium erat.

12, 13. *Et crediderunt verbo ejus, et laudaverunt laudem ejus.* Nam cum propter bonitatem Domini additi fuissent fluctus in mari Rubro, statim credentes canticum cecinerunt in Exodo positum. Deinceps vero omnia oblivioni tradiderunt. *Et laudaverunt laudem ejus.* Quando exibant choreutriæ cum Maria dicentes : *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est* [93].

14. *Et tentaverunt Deum in inaquoso.* Illud, *tentaverunt Deum in inaquoso*, significat : irritaverunt eum statim post transitum maris Rubri.

20. *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum.* Gloria ipsis erat Deus, quo dimisso adoraverunt vitulum.

23. *Si non Moyses electus ejus stetisset in confractione.* Quando dixit : *Si dimittis peccatum, dimitte : si non dimittis, dele me de libro tuo hoc quem scripsisti* [94].

24. *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Quinta accusatio hæc est, post alias, de mari Rubro scilicet, de deserto, de Moyse ad iram concitato, de vitulo in Choreb. Reversi namque exploratores, male loquentes de terra, alios secum abduxerunt, excepto Jesu filio Nave, et Chaleb filio Iephone.

25. *Et murmuraverunt in tabernaculis suis.* Quando reversi exploratores mentem populi averterunt.

28. *Et initiati sunt Beelphegor.* Hoc idolum est Ammonitarum, quod vocatur a Græcis Saturnus.

30. *Et stetit Phinees et placavit.* Quando Madianitidem cum mœcho occidit. Docemur autem his quanti sit apud Deum vel unius viri pietas.

39. *Et fornicati sunt in adinventionibus suis.* Hæc docent Judicum et Regnorum libri, quod traditi sint alias aliis populis, Ammonitis, Amalecitis, Madianitis, alienigenis, eo modo scilicet castigati.

41. *Et dominati sunt eorum qui oderunt eos.* Babylonii et Assyrii dominati sunt Israelitis ob ipsorum impietates.

42. *Sæpe liberavit eos. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo.* Ille pro innata sua erga homines clementia mansuetus illis erat, illi vero compellebant eum ut acerbus esset ipsis. Et rursum salvavit eum utpote Salvator. Illi autem perierunt, sese operibus perniciosis complicantes, donec cum ea sæpius repetiissent penitus interirent. Illud

[93] Exod. xv, 1. [94] Exod. xxxii, 31, 32.

A Οὗτοι γὰρ ἀκολούθως καὶ *ποιηταὶ δικαιοσύνης* εἰσὶν, ἐπιτελοῦντες ἔργῳ τὸ δίκαιον.

Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου. Ἐντεῦθεν τὸ τῶν Ἰουδαίων πρόσωπον εἰσάγεται, εὐχομένων μεταλαβεῖν τῆς τοῖς ἔθνεσι διδομένης σωτηρίας.

Ἐκάλυψεν ὕδωρ τοὺς θλίβοντας αὐτούς. Δηλαδὴ τῶν θλιβόντων· ὁ γὰρ συνεξελθὼν ἐπίμικτος οὐ τῶν θλιβόντων ἦν, ἀλλὰ τῶν πιστευσάντων.

Καὶ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ ᾖσαν τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ. Δι' ἀγαθότητα γὰρ τοῦ Θεοῦ προστεθέντων καὶ τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ κυμάτων, παραχρῆμα μὲν πιστεύσαντες, ᾖσαν αὐτῷ τὴν ᾠδὴν τὴν ἐν Ἐξόδῳ κειμένην· εἶτα πάντα παρέδωκαν λήθῃ. *Καὶ ᾖσαν τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ.* Ὅτε ἐξῆλθον αἱ
B χορεύουσαι μετὰ Μαριὰμ λέγουσαι· *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.*

Καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ἀνύδρῳ. Τὸ δὲ, *καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ἀνύδρῳ*· παρώργισαν γὰρ αὐτὸν εὐθέως μετὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν.

Καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ ἐν ὁμοιώματι μόσχου ἐσθίοντος χόρτον. Δόξα ἦν αὐτοῖς ὁ Θεὸς, ὃν ἀφέντες προσεκύνησαν τῷ μόσχῳ.

Εἰ μὴ Μωϋσῆς ὁ ἐκλεκτὸς ἔστη ἐν τῇ θραύσει. Ὅτε εἶπεν· *Εἰ μὲν ἀφεῖς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου σου ταύτης ἧς ἔγραψας*

Καὶ ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητήν. Πέμπτον ἔγκλημα τοῦτο μετὰ τὴν Ἐρυθρὰν, καὶ τὴν ἔρημον, καὶ τὴν εἰς Μωϋσῆν παροινίαν, καὶ τὸν μόσχον τὸν
C ἐν Χωρήβ. Ἐπανελθόντες γὰρ οἱ κατάσκοποι, κακῶς λέγοντες τὴν γῆν, καὶ τοὺς ἄλλους ἀπέστρεψαν, χωρὶς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ καὶ Χαλὲβ τοῦ Ἰεφωνῆ.

Καὶ ἐγόγγυσαν ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν. Ὅτε οἱ κατάσκοποι ἐλθόντες διέστρεψαν τὴν γνώμην τοῦ λαοῦ.

Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ. Εἴδωλον τοῦτο Ἀμμανιτῶν, καλούμενον παρ' Ἕλλησι Κρόνος.

Καὶ ἔστη Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο. Ὅτε ἀνεῖλε τὴν Μαδιανῖτιν μετὰ τοῦ πορνεύσαντος. Διδάσκει δὲ ἡμᾶς ὁ λόγος πόσον δύναται ἑνὸς ἀνδρὸς εὐσέβεια πρὸς Θεόν.

Καὶ ἐπόρνευσαν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν.
D Ταῦτα διδάσκουσι Κριτῶν τε καὶ Βασιλειῶν αἱ βίβλοι, ὡς παρεδόθησαν ἄλλοτε ἄλλοις, Μωαβίταις, Ἀμμανίταις, Ἀμαληκίταις, Μαδιαναίοις, ἀλλοφύλοις, τῇ παραδόσει παιδευόμενοι.

Καὶ ἐκυρίευσαν αὐτοὺς οἱ μισοῦντες αὐτούς. Βαβυλώνιοι καὶ Ἀσσύριοι ἐπεκράτουν τοῖς Ἰσραηλίταις διὰ τὰς παρανομίας αὐτῶν.

Πολλάκις ἐῤῥύσατο αὐτούς. Αὐτοὶ δὲ παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν. Ὁ μὲν ἦν αὐτοῖς ἐκ φιλανθρωπίας γλυκὺς, οἱ δὲ πικρὸν ἑαυτοῖς ἠνάγκαζον φαίνεσθαι. Καὶ πάλιν ἔσωσεν αὐτὸν οἷα Σωτήρ· οἱ δὲ ἀπώλοντο ἔργοις ἀπωλείας ἑαυτοὺς περιπείραντες· μέχρι πολλάκις αὐτοὺς ποιοῦντες τέλος ἀπώλοντο. Τὸ δὲ, *πλεονάκις*, ὅμοιον τῷ· *Ποσάκις*

ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου; τὸ δέ· *Καὶ* A *ἐταπεινώθησαν ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν*, τῷ, *Οὐκ ἠθελήσατε*. Ἐπάγων γὰρ τὴν παιδείαν, πάλιν μετεδίδου φιλανθρωπίας· οἱ δὲ αὐτὸν τοῖς πολεμίοις ἠμείβοντο.

Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς οἰκτιρμοὺς ἐναντίον πάντων τῶν αἰχμαλωτευσάντων αὐτούς. Τοῦτό φησι διὰ Κῦρον τὸν ἀπολύσαντα αὐτοὺς τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ Δαρεῖον καὶ Ἀρταξέρξην, τοὺς καὶ χρήματα δόντας εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ.

Ἀλληλούϊα. ΡϚ'.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστός. Μετὰ τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ εἰκότως τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν κατασημαίνει, τὴν γενομένην διὰ τῶν ἀποστόλων. Διὸ καὶ αἰνεῖν προστάττει τὸν Θεὸν, καὶ ἐξομολογεῖσθαι αὐτῷ ἐπὶ τῷ μεγάλῳ αὐτοῦ ἐλέῳ. B

Ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ βοῤῥᾶ καὶ θαλάσσης. Καὶ τίνες ἐκ τῶν τεσσάρων τῆς οἰκουμένης κλιμάτων συναχθέντες ἢ πάντα τὰ ἔθνη τὰ πάλαι ἔρημα θεοσεβείας τυγχάνοντα, καὶ μηδὲ νοτίδος θείας μεταλαβόντα, ἀλλ' ἐν πολλῷ δίψει τυγχάνοντα;

Ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον. Οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς πολιτεία χρηστὴ, ἀλλ' ἦσαν ἐν πλάνῃ πολλῇ.

Πεινῶντες καὶ διψῶντες, ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλειπεν. Οὐδὲ γὰρ εἶχον ἄρτον τὸν στηρίζοντα καρδίαν ἀνθρώπου· οὐδὲ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, περὶ οὗ λέλεκται· *Ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα*.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν. Τὴν C εἰς ἑαυτὸν πίστιν δηλαδή. Αὐτὸς γὰρ ἔλεγεν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός*. *Τοῦ πορευθῆναι εἰς πόλιν κατοικητηρίου*. Τὴν Ἐκκλησίαν φησὶν, ἢ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ... ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενήν. Καὶ τίς ἐκείνη ἡ ψυχὴ, ἢ ἐκείνων περὶ ὧν λέλεκται· *Πεινῶντες καὶ διψῶντες, ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλειπεν; Καὶ ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν*. Τοῦ νοητοῦ ἄρτου δηλονότι.

Καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου. Σκιὰν θανάτου οὐκ ἂν ἁμάρτοις λέγων τὴν εἰδωλολατρείαν καὶ τὰς ἐν ἀθεότητι πράξεις· αὗται γάρ εἰσιν αἱ χωρίζουσαι ἡμᾶς τῆς ἀληθινῆς ζωῆς. Ἐν ταύταις δὲ ἦμεν πρότερον, διὰ τὸ παραπικραίνειν τὸν Θεὸν, καὶ D τὴν βουλὴν τοῦ Ὑψίστου παροξύνειν. Δέον γὰρ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων τὸν γενεσιουργὸν τῶν ὅλων θεωρεῖν, καὶ τὴν ἀΐδιον αὐτοῦ δύναμιν καὶ θειότητα ἀπὸ κτίσεως κόσμου νοεῖν· ἡμεῖς οἷα τυφλοὶ, ἐν σκότῳ καὶ σκιᾷ θανάτου διάγοντες, καὶ τὰς λογικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις πεπεδημένοι καὶ πεπηρωμένοι, ἐνηλλάττομεν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων. *Πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ*. Ταῖς σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται, παντὸς πτωχεύων ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ.

A autem, *sæpe*, simile est illi: *Quoties volui congregare filios tuos* [95]? Illud autem: *Et humiliati sunt in iniquitatibus suis*, illi: *Et noluistis* [96]. Cum enim castigationem immisisset, rursum misericorditer cum illis agebat, ipsi vero adversa retribuebant.

46. *Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.* Hoc ait propter Cyrum, qui dimisit eos ex captivitate, et Darium et Artaxerxem qui pecunias erogarunt ad constructionem templi.

Alleluia. CVI.

1-2. *Confitemini Domino quoniam bonus.* Post abjectionem Judaici populi, opportune vocationem gentium per apostolos factam declarat. Quare jubet laudare Deum et confiteri illi ob magnam B ipsius misericordiam.

3. *A solis ortu et occasu, ab aquilone et mari.* Ecquinam ex quatuor terræ lateribus congregati sunt nisi omnes gentes, quæ olim pietate et religione vacuæ erant, et ne stillam quidem divinam accipientes, sed ingenti siti afflictæ?

4. *Viam civitatis habitaculi non invenerunt.* Non erat eis honestum institutum vitæ, sed magno in errore versabantur.

5. *Esurientes et sitientes, anima eorum in ipsis defecit.* Neque enim habebant panem confirmantem cor hominis: neque aquam vivam de qua dictum est: *Qui bibit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum* [97].

7. *Et deduxit eos in viam rectam.* Fidem scilicet C in ipsum. Ipse namque dixit: *Ego sum via* [98]. *Ut irent in civitatem habitationis.* Ecclesiam dicit, aut cœlestem Jerusalem.

8-9. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus... quia satiavit animam inanem.* Quænam illa anima, nisi eorum de quibus dictum est: *Esurientes et sitientes anima eorum in ipsis defecit? Et animam esurientem satiavit bonis*, spirituali videlicet pane.

10. *Sedentes in tenebris et umbra mortis.* Umbram mortis si dicas esse idololatriam et impietatis opera, nequaquam a vero aberraveris. Ipsæ namque sunt quæ nos separant a vera vita. In his D ce versabamur prius, quia exacerbabamus Deum, et consilium Altissimi irritabamus. Oportet enim ex magnitudine et pulchritudine creaturarum, universorum opificem contemplari, et sempiternam ejus virtutem ac divinitatem a creatura mundi intelligere. Nos utpote cæci in tenebris et umbra mortis degentes, et facultatibus animæ rationalibus præpediti et obdurati, immutavimus gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis hominis corruptibilis et volatilium, et quadrupedum. *Vinctos in mendicitate et ferro.* Catenis propriorum peccatorum unusquisque constringitur, inops omnis boni et honesti.

[95] Luc. XIII, 34. [96] ibid. [97] Joan. IV, 13. [98] Joan. XIV, 6.

11. *Quia exacerbaverunt eloquia Dei.* Divinam legem nullatenus admittentes, sed sapientibus hujus sæculi sese instituendos tradentes. *Et consilium Altissimi irritaverunt.* Quodnam erat consilium Altissimi, nisi quod velit ipse *omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire*[99]?

12. *Infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.* Nemo enim poterat peccatum destruere.

13. *Et de necessitatibus eorum liberavit eos.* Ecquænam major necessitas, quam ut quis malignorum spirituum servus sit, in ignorantia mentis, animi mendicitate, et paupertate per malitiam inducta?

14. *Et vincula eorum disrupit.* Illud, *disrupit*, repentinam peccati destructionem indicat.

15-16. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus.* Eadem ipsa de beneficiis ejus repetit. *Quia contrivit portas æreas.* Descensum Salvatoris ad infernum significat, quo cum pervenisset, portas inferni aperuit, olim vinculis insolubilibus, omnibus clausas. Non enim facultas erat volentibus retrogredi; sed ipse dixit *iis qui vincti sunt: Exite, et iis qui in tenebris: Revelamini*[1].

18. *Omnem escam abominata est anima eorum.* Non enim aderat verbum quod posset eos enutrire. Portæ autem mortis sunt peccata quæ ad mortem ducunt.

22. *Et sacrificent ei sacrificium laudis.* Ad sanctos apostolos sermonem convertit; ipsi namque sunt qui mysteria Novi Testamenti nobis tradiderunt.

33. *Posuit flumina in desertum.* Judæorum volubile ac improbum genus dicit. Nam eos qui olim fame tabescebant, et spirituali cibo egentes erant, propter ea flumina collocavit.

34. *Terram fructiferam in salsuginem.* Judæorum synagogam inquit. Erant dæmones habitatores terrenæ civitatis, quem fructum impietas ferebat. Eam autem exsiccarunt ipsi apostoli sale doctrinæ, de quibus ait: *Vos estis sal terræ*[2].

35. *Posuit desertum in stagna aquarum.* Populum gentilem significat, nam commista est prophetia, duorum populorum ferens personam. Illius scilicet abjectionem, hujus introductionem.

36. *Et constituerunt civitates habitationis.* Bonam videlicet et cœlestem vitæ rationem.

37. *Et seminavit agros et plantavit vineas.* Agros intelliges ab hujusmodi dicto: *Exiit qui seminat, seminare semen suum*[3]: vineas autem Ecclesias, ut dictum est: *Vineæ floruerunt, odorem dederunt*[4].

38. *Et jumenta eorum non minoravit.* Jumenta vocat eos qui irrationabiliores sunt in Ecclesia juxta illud: *Ut jumentum factus sum apud te*[5]; et, *Homines et jumenta salvabis, Domine*[6].

A *Ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ.* Οὐδαμῶς τὸν θεῖον παραδεχόμενοι νόμον, ἀλλὰ τοῖς σοφοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου προνέμοντες ἑαυτούς. *Καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Ὑψίστου παρώξυναν.* Καὶ ποία ἦν ἡ βουλὴ τοῦ Ὑψίστου, ἢ τὸ θέλειν αὐτὸν *πάντας ἀνθρώπους σώζεσθαι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν;*

Ἠσθένησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. Οὐ γὰρ ἴσχυέ τις τῆς ἁμαρτίας ποιήσασθαι τὴν ἀναίρεσιν.

Καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. Τίς γὰρ μείζων ἀνάγκη τοῦ δεδουλῶσθαι πνεύμασι πονηροῖς ἐν ἀγνοίᾳ Θεοῦ, καὶ πτωχείᾳ ψυχῆς, καὶ πενίᾳ κακίας;

B *Καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέῤῥηξε.* Τὸ, *διέῤῥηξε*, τὴν ἀθρόαν τῆς ἁμαρτίας καθαίρεσιν καταδείκνυσιν.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ. Τὰ αὐτὰ δεύτερον εἶπεν ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις αὐτοῦ. *Ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς.* Τὴν μέχρις ᾅδου τοῦ Σωτῆρος κάθοδον σημαίνει, ἣν ποιησάμενος, ἀνεπέτασε τοῦ ᾅδου τὰς πύλας, πάλαι δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις κεκλεισμένας πᾶσιν. Οὐ γὰρ ἦν παλινδρομῆσαι βουλομένοις· ἀλλ' αὐτὸς εἴρηκε *τοῖς ἐν δεσμοῖς· Ἐξέλθατε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει· Ἀνακαλύφθητε.*

Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἦν ὁ διατρέφειν αὐτοὺς δυνάμενος λόγος. Πύλαι δὲ θανάτου αἱ φέρουσαι πρὸς θάνατον ἁμαρτίαι.

Καὶ θυσάτωσαν αὐτῷ θυσίαν αἰνέσεως. Ἐπὶ C τοὺς ἁγίους ἀποστόλους μεταφέρει τὸν λόγον· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ τὰ μυστήρια τῆς Καινῆς Διαθήκης παραδόντες ἡμῖν.

Ἔθετο ποταμοὺς εἰς ἔρημον. Τὸ τῶν Ἰουδαίων εὔρυτον ἀδόκιμον γένος φησί. Τοὺς γὰρ πάλαι λιμῷ τηκομένους καὶ τῆς πνευματικῆς τροφῆς ἐνδεεῖς ἐν ἐκείνοις κατῴκισε τοῖς ποταμοῖς.

Γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην. Τὴν τῶν Ἰουδαίων φησὶ συναγωγήν. Ἦσαν γὰρ οἱ δαίμονες οἰκήτορες τῆς γηΐνης πολιτείας· ἐκαρποφόρει δὲ αὐτὴν ἡ ἀσέβεια. Ἐξήραναν δὲ αὐτὴν οἱ ἀπόστολοι τῷ ἅλατι τῆς διδασκαλίας, περὶ ὧν φησιν· *Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς.*

Ἔθετο ἔρημον εἰς λίμνας ὑδάτων. Τὸν ἐξ ἐθνῶν διασημαίνει λαόν· σύμμικτος γὰρ ἡ προφητεία, τῶν D δύο λαῶν εἰσφέρουσα τὸ πρόσωπον· τοῦ μὲν τὴν ἀποβολὴν, τοῦ δὲ τὴν εἰσβολήν.

Καὶ συνεστήσαντο πόλεις κατοικεσίας. Ἀγαθὴν δηλονότι καὶ οὐράνιον πολιτείαν

Καὶ ἔσπειρεν ἀγροὺς καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνας. Νοήσεις τοὺς ἀγροὺς ἀπὸ τοῦ εἰρηκότος· *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ·* τοὺς δὲ ἀμπελῶνας τὰς Ἐκκλησίας, καθὸ εἴρηται· *Αἱ ἄμπελοι ἐκύπρισαν, ἔδωκαν ὀσμήν.*

Καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν οὐκ ἐσμίκρυνεν. Κτήνη τοὺς ἀλογωτέρους τῆς Ἐκκλησίας φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Κτηνώδης ἐγενήθην παρὰ σοῦ·* καὶ, *Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις, Κύριε.*

[99] I Tim. II, 4. [1] Isa. XLIX, 9. [2] Matth. V, 13. [3] Matth. XIII, 3. [4] Cant. II, 13. [5] Psal. LXXII, 23. [6] Psal. XXXV, 7.

Καὶ ὠλιγώθησαν. Οἱ ἐν τῷ προτέρῳ δηλονότι A λαῷ.

Ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ' ἄρχοντας αὐτῶν. Τοὺς Γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους φησί. Καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ, οὐχ ὁδῷ. Πλανῶνται γάρ, φησίν, ἀγνοήσαντες τὸν εἰπόντα· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.

Καὶ ἐβοήθησε πένητι ἐν πτωχείᾳ. Καὶ τίς ὁ πένης, ἢ ἐκεῖνος περὶ οὗ εἴρηται· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι; Καὶ ἔθετο ὡς πρόβατα πατριάς. Ἰδίας, φησίν, ἐλογίσατο τὰς ἐκ τῶν πατριῶν ἁπάντων συναγομένας ἀγέλας.

Ὄψονται εὐθεῖς καὶ εὐφρανθήσονται. Καὶ τίνες οἱ εὐθεῖς, ἢ περὶ ὧν εἴρηται· Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοί, ὅτι βλέπουσιν. Καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς. Θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; B

Ὠδὴ ΨΑΛΜΟΥ τῷ Δαυΐδ. ΡΖ'.

Ὑπόθεσις.

Καὶ ἐν τούτῳ ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἡ εἰς τὰ ἔθνη γενομένη κηρύττεται. Ἤδη δὲ πάντων τῶν στίχων τῶν ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ ἐν τοῖς ὀπίσω ψαλμοῖς ἑρμηνευομένων, περιττὸν ἂν εἴη πάλιν τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι εἰς ἑρμηνείαν τῶν προκειμένων.

Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεός. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἡ εἰς τὰ ἔθνη γενομένη κηρύττεται. Ἤδη δὲ τῶν στίχων τούτων τὴν ἑρμηνείαν ἐν τῷ νθ' ψαλμῷ τεθείκαμεν.

Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου. Δόξα δὲ αὐτοῦ ἡ θεωρητικὴ καὶ πρακτικὴ ἕξις, καθ' ἣν διάκειται πρὸς τὴν ἠθικὴν καὶ διακονητικὴν ἀρετήν. C

Ὅτι μέγα ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου. Τοσοῦτόν σου τὸ ἔλεος, ὡς ὑπερβαίνειν ὕψος οὐράνιον, καὶ πανταχοῦ διάττουσιν αἱ τῆς σῆς ἀληθείας ἀκτῖνες, προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ διδασκάλων ταῖς ἐκείνης ῥανίσιν ἀρδευόντων τὴν γῆν.

Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεός. Ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τῆς παρούσης λέξεως ὁ αὐτός ἐστι τῷ πεντηκοστῷ ἕκτῳ ψαλμῷ, καὶ ἀπὸ ταύτης μέχρι τέλους τῷ πεντηκοστῷ ἐννάτῳ. Καὶ εἴρηται τὰ εἰκότα.

Ὑψωθήσομαι καὶ διαμεριῶ Σίχιμα. Τὰ τῶν Ἰουδαίων ἔγκριτα καὶ ἐξαίρετα διαμερίζειν τοῖς ἔθνεσι καὶ εἰς κληρονομίαν καταμετρεῖν μετὰ χαρᾶς ὑπέσχετο. Ὡς γὰρ ἀγαθὸς πατὴρ χαίρει πολλοὺς υἱοὺς προσλαμβάνων καὶ κτώμενος. Συμβολικῶς δὲ ταῦτα D καὶ δι' αἰνίγματος αἰνιττόμενος φθέγγεται. Ἐπὶ γὰρ τῇ κοιλάδι τῶν ἐθνῶν χωρίον τοῦτο τῆς Σιχὲμ καὶ Σίχιμα λεγομένης ἐτύγχανεν. Ὁ Ἰακώβ, ἐκ Μεσοποταμίας ἀναβὰς μετὰ τῶν τέκνων, ᾤκησεν ἔνθα τὴν Δεῖνα θυγατέρα τοῦ Ἰακὼβ Ἐμὼρ ὁ υἱὸς τοῦ Σιχὲμ ἐρασθεὶς ἥρπασε καὶ ἔφθειρεν. Οἱ γὰρ τοῦ Ἰακὼβ παῖδες αὐτὸν μετὰ παντὸς λαοῦ κατέσφαξαν ἀπαντήσαντες. Οὕτω τὰ Σίχιμα, τῶν σκηνῶν κοιλάς, κτίσματα τοῦ πατριάρχου γέγονε. Τοῦτο τοίνυν τὸ χωρίον μερίζων Ἰακὼβ τοῖς παισί, τὸν κλῆρον ἐξαίρετον Ἰωσὴφ ἀπένειμεν· ἐπειδὴ τοῖς ἀδελφοῖς νέος ὢν οὐχ ἐκοινώνει τοῦ δράματος. Καὶ τούτου χάριν καταμε-

39. *Et pauci facti sunt.* Qui in priori scilicet populo erant.

40. *Effusa est contemptio super principes eorum.* Scribas et Pharisæos dicit. *Et errare fecit eos in invio, et non in via.* Errant enim, inquit, quia ignorant eum qui dixit : *Ego sum via* [7].

41. *Et adjuvit pauperem in inopia.* Ecquis pauper, nisi de quo dictum est : *Beati pauperes spiritu* [8]? *Et posuit sicut oves familias.* Proprios, inquit, sibi existimavit greges ex omnibus familiis coactos.

42. *Videbunt recti et lætabuntur.* Ecquinam recti nisi de quibus dictum est : *Vestri autem oculi beati quia vident* [9]. *Et omnis iniquitas oppilabit os suum* [10]. *Deus qui justificat, quis est qui condemnet?*

I. *Canticum PSALMI ipsi David. CVII.*

Argumentum.

In hoc quoque psalmo adventus Domini ad gentes prædicatur. Cum autem versus omnes hujus psalmi in præcedentibus explicati fuerint, supervacaneum esset iisdem ipsis uti ad horum interpretationem.

2. *Paratum cor meum, Deus.* In hoc quoque psalmo adventus Domini ad gentes prædicatur. Horum vero explicationem in quinquagesimo nono psalmo attulimus.

3. *Exsurge, gloria mea.* Gloria autem ejus est habitus contemplandi et agendi, secundum quem ad moralem et administratoriam virtutem est propensus.

5. *Quia magna est super cœlos misericordia tua.* Tanta est misericordia tua, ut cœlorum altitudinem exsuperet, et ubique transiliunt veritatis tuæ radii, prophetis, apostolis et magistris terram per ejus stillas irrigantibus.

6. *Exaltare super cœlos, Deus.* Ab initio ad hunc versum usque idem est hic psalmus atque quinquagesimus sextus, ab hoc autem versu ad finem idem atque quinquagesimus nonus. Et jam quæ competebant dicta sunt.

8. *Exaltabor et dividam Sichima.* Promittit se Judæorum præstantissima et pretiosissima gentibus divisurum et in hæreditatem distributurum. Nam utpote bonus pater, filios multos cum gaudio suscipit et possidet. Hæc porro figurate, et per ænigma atque obscure loquitur. In valle namque gentium, locus hic, Sichem aut Sichima situs erat : in quo Jacob cum ex Mesopotamia ascendisset, cum filiis suis habitavit. Ubi Dinam Jacobi filiam Emor filius Sichem, puellæ pulchritudine captus, rapuit et vitiavit. Tum filii Jacob eum cum omni populo suo obtruncarunt. Ita Sichima, convallis tabernaculorum, ad possessionem patriarchæ devoluta est. Hunc itaque locum Jacob cum terram filiis suis divideret, quasi præcipuam sortem Josepho dedit : quia juvenis cum esset, ejusmodi facinoris consors cum fratribus non fuisset. Ideoque se divisu-

[7] Joan. XIV, 6. [8] Matth. V, 3. [9] Matth. XIII, 16. [10] Rom. VIII, 33.

rum et distributurum, ut præstantiorem illam novi Joseph Christi hæreditatem figurate intelligas gentibus dividendam esse.

I. *In finem, PSALMUS David. CVIII.*

Argumentum.

Præsens psalmus passiones Christi significat, necnon supplicia de Juda et de populo Judaico sumenda. Quæcunque porro in hoc psalmo optando dicuntur, prophetice omnia dicta fuisse sciendum est. Ut cum dicit : *Diabolus stet a dextris ejus*, perinde est ac si diceret : *Stabit*. Non enim optat ut id eveniat ; sed quæ ejus improbitatis causa eventura sint ipse prænuntiat : quod etiam de aliis similiter dicendum. Habeant illi, inquit, calumniatores, qui non abscedant ab eis. Si porro judicentur, ab illis damnentur. Imo etiam si te in tempore angustiæ invocaverint, id illis in peccatum computetur, revocata peccatorum ipsorum memoria. Dies eorum abbrevia, ut ipsis adhuc viventibus ac videntibus, dignitatem illam qua nunquam vere potiti sunt alter rapiat. Deinde ipsos tolle de medio, ita ut ipsorum calamitas ad eorum posteros devolvatur ; et filii eorum sint orphani, et uxor eorum viduitate affligatur ; ac filii vi pertracti atque raptati, de patrum sceleribus pœnas luant.

2. *Deus, laudem meam ne tacueris.* In Ecclesiis Christi quantumcunque per orbem multiplicentur et exoriantur, laudat Deus Filium suum. Ait igitur Patri suo Christus : Etiamsi Judas cum me tradidit visus sibi fuerit impedire laudem meam ; at tu me laudato, deitatique meæ præbe testimonium, quam quia non credidit Judas, me tradidit. *Quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Peccatoris*, scilicet diaboli ; ipse namque peccator adversus veritatem : *dolosi* autem, Judæ nempe ; ambo enim contra Christum locuti sunt.

3, 4, 5. *Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi.... et posuerunt adversum me mala pro bonis*, etc. Verba alia amoris sunt, alia odii, alia ad neutrum pertinent. Adulabatur namque ille ceu magistrum, atque dolis id contendebat ut magistrum proderet.

6. *Constitue super eum peccatorem.* Peccator est ipse peccati inventor Satanas. Illud autem, *constitue*, positum est pro, futurum est ut constituatur. *Super eum*, super quem nisi proditorem Judam ? *Et diabolus stet a dextris ejus.* In Zacharia quoque scriptum est [1] : *Et ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli Domini, et diabolus stabat a dextris ejus, ut adversaretur ipsi.* Non adversatur autem Judæ.

7. *Cum judicatur exeat condemnatus.* In futuro, inquit, tribunali nullam habebit defensionis rationem. *Et oratio ejus fiat in peccatum.* Quidam sunt quorum vel ipsa oratio in peccatum evadit, ut, exempli causa, gentilium, qui idolis vel creaturæ preces fundunt ; et Judæorum qui Deum quidem orant,

[1] Zach. III, 1.

A τρεῖν καὶ μερίζειν ἐπαγγέλλεται· ἵνα τὴν ἐξαίρετον τοῦ νέου Ἰωσὴφ τοῦ Χριστοῦ κληρονομίαν μερίζεσθαι συμβολικῶς νοήσῃς τοῖς ἔθνεσιν.

Εἰς τὸ τέλος, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΡΗ'.

Ὑπόθεσις.

Ὁ παρὼν ψαλμὸς τὰ πάθη τοῦ Χριστοῦ κατασημαίνει, τάς τε ἐσομένας τιμωρίας κατά τε τοῦ Ἰούδα καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ. Ὅσα δὲ εὐχτικῶς λέλεκται ἐν τῷ ψαλμῷ, ἰστέον, ὅτι προφητικῶς πάντα εἴρηται. Οἷον ὅταν λέγει· *Διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ, *στήσεται*, λέγει. Οὐ γὰρ εὔχεται τοῦτο γενέσθαι· ἀλλ' ὃ μέλλει συμβῆναι διὰ τὴν ἐκείνου κακίαν τοῦτο προαγορεύει· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ὡσαύτως. Ἔξοιεν, φησὶ, καὶ οὗτοι τοὺς διαβάλλοντας, καὶ μὴ ἀποσταῖεν αὐτῶν. Εἰ δὲ κρίνοιντο, πρὸς αὐτοὺς B κατακριθεῖεν. Ἀλλὰ καὶ εἰ ἐπεκαλέσαντό σε, φησὶν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀνάγκης, εἰς ἁμαρτίαν αὐτοῖς λογισθείη, μνήμης γενομένης ὧν ἥμαρτον. Σύντεμε δὲ τὰς ἡμέρας αὐτῶν, ἵνα, ζώντων καὶ ὁρώντων αὐτῶν, τὴν ἀξίαν, ἣν οὐδὲ ὄντως ὠνήσαντο, ἕτερος ἀφαρπάσῃ. Ἔπειτα δὲ καὶ αὐτοὺς ἄνελε, ὡς διαβῆναι τὴν συμφορὰν εἰς τοὺς ἐξ ἐκείνων· ὥστε ὀρφανωθῆναι μὲν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, χηρείᾳ δὲ ἐκδοθῆναι τὴν γυναῖκα· ὥστε τοὺς υἱοὺς βιαζομένους καὶ συρομένους ὑπὲρ πατρῴων παρανομημάτων δίκας ὑφέξειν.

Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς. Ὅσον αἱ Ἐκκλησίαι Χριστοῦ συνεστῶσιν αἱ ἀνατέλλουσαι πανταχοῦ, αἰνεῖ ὁ Θεὸς ἐν αὐταῖς τὸν Υἱόν. Λέγει οὖν ὁ Χριστὸς πρὸς τὸν Πατέρα· C Εἰ καὶ προδιδούς με ὁ Ἰούδας, δόξει ἐμποδίζειν τὸν αἶνόν μου· οὕτως δὲ αἴνεσόν με, μαρτυρῶν μου τῇ θεότητι, ἣν μὴ πιστεύσας ἐν ἐμοὶ Ἰούδας, προδέδωκέ με. *Ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. Ἁμαρτωλοῦ* τοῦ διαβόλου· αὐτὸς γὰρ ἁμαρτωλὸς πρὸς ἀλήθειαν· *δολίου* τοῦ Ἰούδα· ἄμφω γὰρ κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἐλάλησαν.

Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με ἐνδιέβαλλόν με... καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, κ. τ. λ. Τῶν λόγων οἱ μέν εἰσιν ἀγάπης, οἱ δὲ μίσους, οἱ δὲ οὐδ' ἑτέρως ἔχοντες. Ἐκολάκευε γὰρ ὡς διδάσκαλον, καὶ τῷ δόλῳ ὡς ἐδόκει ἠγωνίζετο εἰς προδοσίαν τοῦ διδασκάλου.

Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρτωλόν. Ἁμαρτωλὸς μὲν αὐτὸς ὁ τῆς ἁμαρτίας εὑρετὴς ὁ Σατανᾶς· τὸ δὲ, D *κατάστησον*, ἀντὶ τοῦ, μέλλει καθίστασθαι. *Ἐπ' αὐτὸν* δὲ τίνα ἢ τὸν προδότην Ἰούδαν; *Καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ.* Καὶ ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ δέ φησι· *Καὶ ἔδειξέ μοι Κύριος Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν*, ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου Κυρίου, καὶ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. Οὐκ ἀντίκειται δὲ τῷ Ἰούδᾳ.

Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν ἐξέλθοι καταδεδικασμένος. Ἐν τῷ μέλλοντι, φησὶ, δικαστηρίῳ οὐδένα ἕξει λόγον ἀπολογίας. *Καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενέσθω εἰς ἁμαρτίαν.* Εἰσί τινες ὧν αὐτὴ ἡ προσευχὴ εἰς ἁμαρτίαν γίνεται, ὡς ἐθνῶν προσευχομένων εἰδώλοις, ἢ τῇ κτίσει· καὶ Ἰουδαίων οὐ διὰ Ἰησοῦ Χρι-

στοῦ προσευχομένων τῷ Θεῷ· καὶ αἱρετικῶν εὐχομένων Θεῷ οὐκ ὄντι· καὶ προσευχομένων δὲ μετὰ ὀργῆς καὶ διὰ λογισμῶν, ἢ διψυχίας, ἡ προσευχὴ γίνεται εἰς ἁμαρτίαν.

Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι. Εὐθέως γὰρ μετὰ τὴν προδοσίαν ἀγχόνῃ ἑαυτὸν μεταχειρίσας ἀπηλλάγη, καὶ οὐκ ἐφάνη. *Καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος.* Περὶ τοῦ Ματθίου φησίν· αὐτὸς γὰρ ἐλογίσθη εἰς δικαιοσύνην εἰς τὸν κλῆρον τῶν ἀποστόλων.

Γενηθήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ὀρφανοί. Υἱοὶ οἱ λογισμοὶ αὐτοῦ· ὀρφανοὶ γὰρ ἐγένοντο ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ. Γυνὴ δὲ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· ἐχήρευσε γὰρ καὶ αὐτὴ ἐκπεσοῦσα ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς παρανομίας. *Σαλευόμενοι μεταναστήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ ἐπαιτησάτωσαν.* Οἱ γὰρ λογισμοὶ αὐτοῦ, οὓς ἔφαμεν εἶναι υἱούς, μετανάσται γενόμενοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὴν φιλαργυρίαν χεῖρα ἐξέτειναν εἰς τὸ ἀργύριον, ὡς ἐνδεεῖς καὶ προσαῖται.

Ἀναμνησθείη ἡ ἁμαρτία τῶν πατέρων αὐτοῦ ἔναντι Κυρίου. Αὐτοῦ τοῦ λαοῦ· συνάπτει γὰρ τῷ προδότῃ τὸν παράνομον λαόν. Ἀνομίαν δὲ τῶν πατέρων λέγει τὸ ἀποκτεῖναι τοὺς προφήτας, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Κυρίου· ὅτι πᾶν αἷμα δίκαιον ἐκχυνόμενον ἀπὸ τοῦ Ἄβελ ἕως Ζαχαρίου τοῦ προφήτου ἐκδικηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. *Καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη.* Μητέρα τοῦ δυσσεβοῦς λαοῦ τὴν πονηρὰν ἐκείνην νοήσεις συναγωγήν, τὴν πολλάκις παραπικράνασαν τὸν Θεόν.

Γενηθήτω ἐναντίον Κυρίου διαπαντός· καὶ ἐξολοθρευθείη ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. Ὅσα, φησίν, ἐτόλμησαν ἀεὶ θεώμενος ὁ Θεὸς οὐδεμιᾶς αὐτοὺ ἀξιώσει φειδοῦς· ὡς περὶ πάντων δὲ τῶν ἠπιστηκότων. Καὶ οὐ μόνον λέγων Ἰούδαν, *τὸ μνημόσυνον αὐτῶν*, ἔφη πληθυντικῶς. Λέγοις δ' ἂν καὶ ἄλλως πατέρας Ἰούδα τοὺς κατὰ προδοσίαν αὐτὸν γεννήσαντας. Οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ διὰ τῶν ἀργυρίων αὐτὸν παρορμήσαντες. Καὶ πρῶτος ὁ ἐμβαλὼν τὴν καρδίαν αὐτοῦ Σατανᾶς, καὶ οἱ ἔχοντες σοφίαν τούτου τοῦ αἰῶνος ἄρχοντες, περὶ ὧν ὁ Παῦλός φησιν· *Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐ Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. Καὶ ἐξολοθρευθείη ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ.* Τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα φησίν· ἢ καὶ ἄλλως, τῶν ἀρχόντων ἐκείνων τῶν κατὰ Χριστοῦ συστάντων. Οὐδὲ γὰρ σπέρμα αὐτῶν ἔμεινεν εἰς μνημόσυνον αὐτῶν.

Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη ποιῆσαι ἔλεος. Τὸ ἔλεος, φησίν, οὐκ ἠθέλησε δέξασθαι ὃ δέδωκεν ὁ Πατὴρ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ πρὸς τοῖς αὐτοῖς τοῖς ἀπολωλόσι προβάτοις τοῦ Ἰσραήλ. Τὸ γὰρ, ποιῆσαι, ἀντὶ τοῦ, δέξασθαι, τέθεικεν.

Καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχόν. Αὐτόν φησι τὸν Κύριον, ὃς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵν' ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. *Καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι.* Ἀντὶ

A sed non per Jesum Christum ; necnon hæreticorum qui Deum non vere exsistentem orant : item eorum qui cum ira et cogitationibus alienis, vel animo duplici precantur, oratio fit in peccatum.

8. *Fiant dies ejus pauci.* Nam statim a proditione, laqueo se præfocans interiit, nec ultra visus est. *Et episcopatum ejus accipiat alter.* De Mathia loquitur, qui ad apostolorum clerum justitiæ causa allectus est.

9, 10. *Fiant filii ejus orphani.* Filii sunt ejus cogitationes : orphani namque gratia Christi fuere. Uxor autem, ejus est anima, nam et ipsa vidua fuit lapsa a Christo per iniquitatem suam. *Nutantes transferantur filii ejus et mendicent.* Cogitationes B enim ejus, quas esse filios ejus diximus, a Christo remotæ, præ avaritia ad pecuniam manum extenderunt, ut egeni et mendici.

14. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini.* Populi ipsius videlicet ; proditori namque prævaricatorem populum adjungit. Iniquitatem autem patrum dicit, quod occiderint prophetas, juxta illud Domini dictum [12], quod scilicet omnis sanguinis justi effusi ab Abele usque ad Zachariam prophetam pœna sumenda sit ab hac generatione. *Et peccatum matris ejus non deleatur.* Matrem impii populi, improbam illam Synagogam intelligas, quæ plerumque Deum exasperavit.

C 15. *Fiat contra Dominum semper et dispereat de terra memoria eorum.* Cum, inquit, Deus omnia ejus facinora semper viderit, nullatenus miserabitur eum, perinde atque omnes qui non crediderunt. Neque enim de solo Juda loquitur, cum pluraliter, *memoria eorum*, dicatur. Alio modo dici potest patres Judæ indicari, qui ad proditionem genuerunt illum. Hi autem fuerint, qui per argenteos perpulerunt illum. Et primus eorum Satanas est, qui immisit in cor ejus, necnon principes sapientia præditi hujusce mundi, de quibus ait Paulus : *Nam si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* [13]. *Et dispereat de terra memoria eorum.* Memoria Judæ scilicet ; aut alio modo, principum D eorum qui adversus Christum una steterunt. Neque enim semen eorum remansit ad memoriam eorum.

16. *Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.* Noluit, inquit, misericordiam accipere, quam dedit Pater hominibus, et ipsis ovibus quæ perierant ex Israel. Nam, facere, hic positum est pro, accipere.

17. *Et persecutus est hominem inopem et mendicum.* Ipsum ait Dominum, *qui factus est pauper cum dives esset, ut nos ejus inopia ditesceremus* [14]. *Et compunctum corde mortificare.* Id est, dolentem ;

[12] Matth. XXIII, 35. [13] I Cor. II, 8. [14] II Cor. VIII, 9.

dolebat enim videns eorum perniciem. Hunc igitur qui propter eos dolebat ad mortem quærebant.

18, 19. *Et dilexit maledictionem.... et induit maledictionem sicut vestimentum.* Quando, inquit, finem facientes me benedicendi, maledicunt mihi quotidie : id namque ad hunc usque diem Judæi agunt ; ideo omnia superius memorata evenient ipsis. *Et intravit sicut aqua in interiora ejus.* Non modo enim exterius sed etiam interius circumsistunt nos mala inundantia. *Et sicut oleum in ossibus ejus.* Oleum enim habet stabilem humiditatem. Malorum porro colluviem dicit. Siquidem aqua vehementiam denotat ; oleum autem stabilitatem. Quibus inquit malis quasi vestimento operiatur, et quasi zona præcingatur.

20. *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum, et qui loquuntur mala adversus animam meam.* Hos percipient fructus qui odium adversum me susceperunt, et proditor qui eorum administer fuit. Cum enim eum Deo adversarium ac prævaricatorem vocarent, jure ait : *Qui detrahunt mihi apud Dominum.*

21. *Et tu, Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum.* Hæc item Dominus Christus secundum humanitatem loquitur. Humana enim omnia præter peccatum implevit. Natus enim est secundum naturæ legem. Nasci enim ex muliere, id humanæ naturæ est ; supra humanam autem naturam est, nasci ex virgine. Admisit pannos et circumcisionem, necnon lactis alimentum : hostias obtulit, jejunavit, esurivit, sitivit, lassus fuit ; ita diu orasse illum in sacris Evangeliis scriptum est. Pariterque nunc humano more divinum implorat auxilium.

22. *Libera me quia egenus et pauper ego sum.* Hoc ab ipso in sacris Evangeliis dictum invenimus. Accessurus enim ad passionem ait : *Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam ? Pater, salva me ex hac hora. Abba, propterea veni in hanc horam* [15].

23. *Sicut umbra cum declinat ablatus sum.* Perinde atque umbra declinans, finem vitæ inveni : sed et instar locustarum a vento circumquaque raptarum, vitam egi, non urbem, non vicum, non domum habens, alias ad alia loca et ad montes commigrans, interdum ad desertum accurrens.

25. *Viderunt me et moverunt capita sua.* Hoc ait quia dum in cruce esset, movebant capita sua, et dicebant : ui Qtemplum solvis, salvum fac temetipsum [16].

27. *Et sciant quia manus tua hæc.* Manus vocat opus illud quo sese ex mortuis excitavit.

28. *Maledicent illi, et tu benedices ; qui insurgunt in me confundantur.* Nam pudore affecti sunt omnes, quod non esset ipsis sacerdos, nec sacrificium, nec

A τοῦ, λυπούμενον· ἐλυπεῖτο γὰρ ὁρῶν αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν. Τοῦτον οὖν τὸν δι' αὐτοὺς λυπούμενον ἐδίωκον θανατῶσαι.

Καὶ ἠγάπησε κατάραν .... καὶ ἐνεδύσατο κατάραν ὡσεὶ ἱμάτιον. Ἐπειδὴ, φησὶν, ἀφέντες τὸ εὐλογεῖν ἐμὲ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν καταρῶνται· τοῦτο γὰρ μέχρι τῆς σήμερον Ἰουδαίων παῖδες ποιοῦσιν· τούτου χάριν πάντα αὐτοῖς τὰ προλελεγμένα γενήσεται. *Καὶ εἰσῆλθεν ὡσεὶ ὕδωρ εἰς τὰ ἔγκατα αὐτοῦ.* Οὐ γὰρ ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔνδοθεν περιίστανται τὰ κακὰ περικλύζοντα. *Καὶ ὡσεὶ ἔλαιον ἐν τοῖς ὀστέοις αὐτοῦ.* Τοῦτο γὰρ ἔχει μόνιμον τὴν ὑγρότητα. Φορὰν δέ φησι κακῶν, τοῦ μὲν ὕδατος τὸ σφοδρὸν δηλοῦντος, τοῦ δὲ ἐλαίου τὸ μόνιμον. Ὑφ' ὧν, φησὶ, καὶ ὡς ἐν ἐσθῆτι καλυπτέσθω, καὶ ὡς ζωστῆρι
B σφιγγέσθω.

Τοῦτο τὸ ἔργον τῶν ἐνδιαβαλλόντων καὶ τῶν λαλούντων πονηρὰ τῆς ψυχῆς μου. Τούτους τρυγήσουσι τοὺς καρποὺς οἱ τὸ πρὸς ἐμὲ μῖσος ἀναδεξάμενοι, καὶ ὁ τούτοις ὑπουργήσας προδότης. Ἐπειδὴ γὰρ ἀντίθεον αὐτὸν καὶ παράνομον ἐκάλουν, εἰκότως εἶπε· *Τῶν ἐνδιαβαλλόντων με παρὰ Κυρίου.*

Καὶ σὺ, Κύριε, Κύριε, ποίησον μετ' ἐμοῦ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. Καὶ ταῦτα ἀνθρωπίνως εἴρηκεν ὁ Δεσπότης Χριστός. Πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπινα πλὴν ἁμαρτίας πεπλήρωκεν. Ἐτέχθη γὰρ κατὰ νόμον φύσεως. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· ὑπὲρ ταύτην δὲ, ἐκ Παρθένου. Ἐδέξατο
C σπάργανα καὶ περιτομὴν, καὶ τὴν ἐκ γάλακτος τροφήν· καὶ θυσίας ἐξήνεγκεν, ἐνήστευσε, καὶ ἐπείνησε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἐκοπίασεν· οὕτω καὶ προσευχόμενος ἐν τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελίοις διηνεκῶς ἀναγέγραπται. Καὶ ἐνταῦθα ἀνθρωπίνως τὴν θείαν ἐπικαλεῖται βοήθειαν.

Ῥῦσαί με, ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγώ. Τοῦτο καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις εὑρίσχομεν εἰρημένον. Μέλλων γὰρ προσιέναι τῷ πάθει εἶπε· *Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. Καὶ τί εἴπω ; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. Ἀββᾶ, διὰ τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὴν ὥραν ταύτην.*

Ὡσεὶ σκιὰ ἐν τῷ ἐκκλῖναι αὐτὴν ἀντανῃρέθην. Σκιᾷ κλιθείσῃ παραπλησίως ἐδεξάμην τοῦ βίου τὸ τέλος· ἀλλὰ καὶ δίκην περιφερομένων ὑπ' ἀνέμων ἀκρίδων διετέλεσα οὐ πόλιν ἔχων, οὐ κώμην, οὐχ οἰκίαν,
D ἄλλοτε δὲ ἀλλαχοῦ καὶ εἰς ὄρη μεταβαίνων, ἔσθ' ὅτε καὶ τρέχων εἰς ἔρημον.

Εἴδοσάν με καὶ ἐσάλευσαν κεφαλὰς αὐτῶν. Τοῦτό φησι διὰ τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ ὄντι αὐτῷ κινεῖν τὰς κεφαλὰς, καὶ λέγειν· Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, σῶσον σεαυτόν.

Καὶ γνώτωσαν, ὅτι ἡ χείρ σου αὕτη. Χεῖρας ἐνταῦθα τὴν πρᾶξίν φησιν, ἣν εἰργάσατο ἀναστήσας ἑαυτὸν ἐκ νεκρῶν.

Καταράσονται αὐτοὶ, καὶ σὺ εὐλογήσεις, οἱ ἐπανιστάμενοί μοι αἰσχυνθήτωσαν. Κατῃσχύνθησαν γὰρ ἅπαντες, οὐκ ὄντος αὐτοῖς ἱερέως, οὐδὲ οὔσης

[15] Joan. XII, 27. [16] Matth. XXVII, 40.

A θυσίας, οὔτε ἱερατείας, οὔτε λογίου, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. *Ὁ δὲ δοῦλός σου εὐφρανθήσεται.* Οὐδὲ τοῦτο ἡμᾶς τὸ ῥῆμα λαβεῖν εἰς ἑτέραν ὑπόθεσιν ἀναγκάσει· Παύλου λέγοντος· *Ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών·* καὶ Ἡσαΐου· *Οὕτως λέγει Κύριος ὁ πλάσας με ἐν κοιλίᾳ δοῦλον ἑαυτῷ·* καὶ αὐτὸς δέ φησιν ἐν Εὐαγγελίοις, ὡς *Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι.*

Ἐνδυσάσθωσαν οἱ ἐνδιαβάλλοντές με ἐντροπήν. Ποία γὰρ οὐκ ἔστιν Ἰουδαίοις αἰσχύνη; Τὰ μὲν ἱερὰ τὰ ἑαυτῶν ὁρῶσιν ἐκ βάθρων ἠφανισμένα· τοῦ-το δέ τε τοῦ παρ' αὐτῶν ἀτιμασθέντος καὶ σταυρωθέντος προσκυνούμενον μνῆμα· καὶ τὰς Ἐκκλησίας αὐτοῦ πανταχοῦ τοσοῦτον ἐπιδιδούσας εἴς τε πλῆθος καὶ δόξαν. B

Ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ σφόδρα ἐν τῷ στόματί μου. Ἡ ἐξομολόγησις τὴν εὐχαριστίαν σημαίνει, ἣν ποιεῖται διὰ τῶν ἐθνῶν ὁ Υἱός. *Καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσω αὐτόν.* Διὰ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας αἰνεῖ τὸν Πατέρα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΘʹ

Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. Τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυρίου διὰ τῶν παρόντων κατασημαίνει, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν αὐτοῦ λόγον, τὸν πάντων καταχυριεύσαντα τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον, ἧς κατάρχεται ὁ ψαλμὸς λέγων· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου.*

C *Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ ἐχθροὶ ὁ Ἀπόστολος δηλοῖ βοῶν· *Ὅταν καταργήσῃ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας, ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.*

Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών. Τὸν εὐαγγελικόν φησι λόγον τὸν ἀπεσταλμένον, ὃς καὶ πάντων τῶν ἐχθρῶν ἐκυρίευσεν.

Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου. Ἢ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως διὰ τούτων σημαίνει, ἐν ᾧ δυνάμει θείᾳ πάντας κρινεῖ ἐλθὼν μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ· ἢ τὸν καιρὸν τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, ἥτις καὶ ἡμέρα δυνάμεως προσαγορεύεται. Μετὰ σοῦ γὰρ ἔσται ἡ ἀρχή. Κατεξουσιάζει γὰρ τῶν ὅλων, εἰ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος. *Ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου.* Τὸ δὲ, *Ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων* D *σου*, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὰς χορείας ἐκείνας τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἡμῖν κατασημαίνει, τὰς παρὰ τὴν νύκτα ἐκείνην καθ' ἣν ἐγεννήθη ὁ Χριστὸς βοώσας· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε.* Ὅρα πῶς οἰκειοῦται τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Μονογενοῦς ὁ Πατήρ. Φησὶ γὰρ ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν Υἱόν· Πρὸ γὰρ τοῦ ὁρωμένου κόσμου τούτου καὶ διαυγοῦς φωτὸς γεννήσεως, ἐγὼ γεγέννηκά σε. Οὐχ ὅτι γαστέρα ἔχει ὁ Θεός· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ γνήσια, καὶ οὐ νόθα, ἐκ γαστρὸς πρωτοτοκίων πεφύκασιν.

Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται. Ὁ

altare, nec sacerdotium, neque rationale, juxta Prophetæ vocem. *Servus autem tuus lætabitur.* Neque hoc dictum ad aliud argumentum transferre necesse nobis est; cum Paulus dicat: *Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens* [17]; et Isaias: *Sic dicit Dominus qui formavit me ex utero servum sibi* [18]: et ipse in Evangeliis ait: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare* [19].

29. *Induantur qui detrahunt mihi pudore.* Ecquod non est Judæis pudoris genus? Sancta sua vident a fundamentis diruta: sepulcrum autem ejus qui ab ipsis despectui habitus ac crucifixus est adorari: Ecclesiasque ejus ubique terrarum tantum numero et gloria augeri.

30. *Confitebor Domino nimis in ore meo.* Confessio gratiarum actionem significat, quam per gentes Filius reddit. *Et in medio multorum laudabo eum.* Per Ecclesiam namque Patrem laudat.

PSALMUS CIX.

1. *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis.* Hisce verbis generationem Domini secundum carnem significat, et evangelicum ejus verbum, quod omnibus gentibus dominatur: et ejus ascensum in cœlos, quem enarrat psalmus dicendo: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis.*

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quinam hostes sint declarat Apostolus cum clamat: *Cum evacuaverit principatum et potestates et rectores mundi, novissima omnium inimica mors destruetur* [20].

2. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* Evangelicum dicit verbum, quod emissum inimicis omnibus dominatum est.

3. *Tecum principium in die virtutis tuæ.* His significat aut judicii tempus, quo virtute divina omnes judicabit veniens cum sanctis angelis suis; aut tempus generationis illius, quæ etiam dies virtutis appellatur. Tecum enim erit principium. Nam dominatur universis etiamsi factus sit homo. *In splendoribus sanctorum tuorum.* Illud: *In splendoribus sanctorum tuorum,* nihil aliud significat quam choreas illas sanctorum angelorum, clamantes qua nocte natus Christus est: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax* [21]. *Ex utero ante luciferum genui te.* Vide quo pacto Pater Unigeniti generationem secundum carnem sibi propriam efficit. Ait enim Pater ad Filium: Ante mundum hunc visibilem, et splendidum lumen ego te genui. Non quod ventrem Deus habeat; sed quia germana, et non spuria, ex ventre primogenituræ oriri solent.

4. *Juravit Dominus et non pœnitebit eum.* Jura-

[17] Philipp. II, 7. [18] Isa. XLIX, 5. [19] Matth. XX, 28. [20] I Cor. XV, 26. [21] Luc. II, 14.

mentum Dei, est verbum ejus, quod auditores certiores facit, et fidem cuique dat, quæ ipse promittit ac loquitur omnino futura esse. Non enim perinde atque homo Deus jurat; sed verbum ejus nobis instar juramenti est ad veritatem; nimirum omne verbum ejus tale est ut nunquam pœniteat ipsum, quippe cum promissi juramento firmati fidem habeat. *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Quia non oleo Melchisedec ad sacerdotium unctus est, quemadmodum Aaron, quia non cruentas obtulit hostias; quia gentium pontifex erat, et quia per panem et vinum benedixit Abrahamo.

5. *Dominus a dextris tuis confregit in die iræ suæ reges.* Diem iræ, judicii tempus esse dicit, quo homines qui olim ex fallacia dæmonum regnabant, confringet, intra abyssum concludens ipsos.

6. *Judicabit in nationibus, implebit ruinas.* Nationes, inquit, impurorum dæmonum puniens in tempore judicii, ruinis plenas ostendet, id est pœnis in inferioribus partibus terræ infligendis. *Conquassabit capita in terra multorum.* Simile illud est dicto Domini per Isaiam: *Et dejeci sanguinem ipsorum in terram* [22].

7. *De torrente in via bibet.* Torrentem vocat Scriptura tentationem. Viam autem dicit descensum ejus in terram, in qua passus est qui per torrentem descendit. *Propterea exaltabit caput.* Propterea, quare nisi quia passus est in carne? Simile autem est dictum illud: *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem* [23].

PSALMUS CX. *Alleluia.*

1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Ex persona apostolorum præsens psalmus inducitur, enarrantium quanta et qualia fuere in œconomia Salvatoris opera. Hæc autem docent novum populum, simul gratias agentem de salute sua, quamobrem Alleluia inscriptus est. *In consilio rectorum et congregatione.* Consilium rectorum dicit novæ Synagogæ populum, ad differentiam populi veteris Synagogæ. Illa quippe recta non est, utpote quæ semper corde erraverit.

2. *Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates ejus.* In synagoga rectorum omnes voluntates Domini exquisitæ sunt. Nullum enim ejus præceptorum est quod non requirat et impleat synagoga rectorum, semper scilicet studens ejus voluntatem implere.

3. *Confessio et magnificentia opus ejus.* Opera dicit ea quæ in œconomia sua perfecit. Laudentur illa utpote quæ magnifica sint. *Et justitia ejus manet in sæculum.* Justitiam dicit evangelicum verbum: quia omnibus æqualiter hominibus salutem proposuit.

4. *Misericors et miserator Dominus.* Olim promisit per prophetas suos, se in tempore œconomiæ

[22] Isa. XXXIV, 7. [23] Philipp. II, 8.

A ὅρκος τοῦ Θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἐστι, πληροφορῶν τοὺς ἀκούοντας, καὶ πίστιν ἑκάστῳ παρέχων, ὅτι ὃ ἐπήγγελται καὶ λαλεῖ, πάντως γενήσεται. Οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὀμνύει Θεός· ἀλλ' ἡμῖν ὁ λόγος αὐτοῦ ἀντὶ ὅρκου πρὸς ἀλήθειαν γίνεται, ὡς τοῦ ἀμεταμελήτου παντὸς ἐσομένου, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ὅρκου τυγχάνοντος. *Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.* Ὅτι οὐ δι' ἐλαίου εἰς ἱερωσύνην ἐχρίσθη ὁ Μελχισεδὲκ, ὡς Ἀαρών· καὶ ὅτι οὐ τὰς δι' αἱμάτων προσήγαγε θυσίας· καὶ ὅτι τῶν ἐθνῶν ἦν ἀρχιερεὺς, καὶ ὅτι δι' ἄρτου καὶ οἴνου ηὐλόγησε τὸν Ἀβραάμ.

Κύριος ἐκ δεξιῶν σου συνέθλασεν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ βασιλεῖς. Ἡμέραν ὀργῆς τὸν τῆς κρί-
B σεως καιρόν φησιν, ἐν ᾗ τοὺς πάλαι βασιλεύσαντας ἐξ ἀπάτης τῶν δαιμόνων ἀνθρώπους συνθραύσει, εἰς τὴν ἄβυσσον καθείρξας αὐτούς.

Κρινεῖ ἐν τοῖς ἔθνεσι, πληρώσει πτώματα. Τὰ ἔθνη, φησὶ, τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ κολάζων, πτωμάτων ἀποδείξει πλήρη, τουτέστι τῆς εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς τιμωρίας. *Συνθλάσει κεφαλὰς ἐπὶ γῆς πολλῶν.* Ὅμοιον τῷ εἰρημένῳ παρ' αὐτοῦ διὰ Ἠσαΐου· *Καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς τὴν γῆν.*

Ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ πίεται. Χείμαῤῥον ἡ Γραφὴ τὸν πειρασμόν φησιν. Ὁδὸν δὲ τὴν κατὰ γῆν αὐτοῦ πορείαν σημαίνει, ἐν ᾗ τὸ πάθος ὑπέμεινεν ὃ καὶ διὰ τοῦ χειμάῤῥου κατέρχεται. *Διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν.* Διὰ τοῦτο, ποῖον ἢ τὸ παθεῖν αὐτὸν ἐν
C σαρκί; Ὅμοιον δὲ τὸ εἰρημένον, τὸ, *Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου.*

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙ'. *Ἀλληλούϊα.*

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων ὁ παρὼν εἰσφέρεται ψαλμὸς, διηγουμένων ὅσα τοῦ Σωτῆρος καὶ οἷα γέγονε τῆς οἰκονομίας τὰ ἔργα. Διδάσκουσι δὲ ταῦτα καὶ τὸν νέον λαὸν, ἅμα εὐχαριστοῦντες ἐπὶ τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ· διὸ καὶ Ἀλληλούϊα ἐπιγέγραπται. *Ἐν βουλῇ εὐθέων καὶ συναγωγῇ.* Βουλὴν εὐθέων εἶπε τὸν τῆς νέας συναγωγῆς λαὸν πρὸς τὴν τῆς παλαιᾶς διαστολήν. Ἐκείνη γὰρ οὐκ ἦν εὐθεῖα, ἅτε ἀεὶ πλανωμένη τῇ καρδίᾳ.

*Μεγάλα τὰ ἔργα Κυρίου, ἐξεζητημένα εἰς πάντα
D τὰ θελήματα αὐτοῦ.* Ἐν τῇ τῶν εὐθέων συναγωγῇ πάντα τὰ θελήματα τοῦ Θεοῦ εἰσιν ἐξεζητημένα. Οὐ γάρ ἐστι τῶν παρ' αὐτοῦ δεδομένων ἐντολῶν ὃ μὴ ἐκζητεῖ καὶ κατορθοῖ ἡ τῶν εὐθέων συναγωγὴ, τοῦ αὐτοῦ θέλημα διαπαντὸς σπουδάζουσα ἐπιτελεῖν.

Ἐξομολόγησις καὶ μεγαλοπρέπεια τὸ ἔργον αὐτοῦ. Ἔργα φησὶν ἅπερ ἐν τῇ οἰκονομίᾳ διεπράξατο. Ὑμνείσθω ἅτε μεγαλοπρεπῆ ὑπάρχοντα. *Καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα.* Δικαιοσύνην τὸν εὐαγγελικὸν λόγον φησίν· ὅτι δὴ ἐπ' ἴσης πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν σωτηρίαν προῦθηκεν.

Ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων ὁ Κύριος. Πάλαι μὲν ἐπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ τῆς οἰκο-

νομία; καιρῷ ποιήσειν θαυμάσια· τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα ἐκπληροῦν ἠθέλησε· ποῖα δὲ ἦν ἃ ἐπηγγείλατο, ἤ, *Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν*, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν σημείων; οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἡ κλῆσις, ἣν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐπετέλεσε. *Τροφὴν ἔδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτόν*. Τὸν νοητὸν ἄρτον φησὶ, τὸν ἐξ οὐρανῶν καταβάντα.

Μνησθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ. Διαθήκης τῆς πρὸς τὸν Ἀβραάμ· ὅτι *Εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη*. *Ἰσχὺν ἔργων αὐτοῦ.* Ὁ ἀποστολικὸς, φησὶ, χορὸς τῷ κληθέντι πρὸς πίστιν λαῷ τὴν ἰσχὺν τῶν ἔργων ἀνήγγειλε τοῦ Χριστοῦ· ἀντὶ τοῦ· Αὐτὰ τὰ ἔργα ἃ ἀεὶ ἐργάζεται ἐν τῇ ἰδίᾳ ἰσχύϊ.

Ἀλληλούϊα. Τῆς ἐπιστροφῆς Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΑ'.

Μακάριος ὁ ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. Ἐν τούτῳ διδάσκεται ὁ ἀποστολικὸς χορὸς, ὡς ἡ τῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσις, μακαρίους τοὺς ἐργαζομένους ἀποφαίνουσα, ἀγαθὰς προσδοκίας εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα παρέχεται.

Δυνατὸν ἐν τῇ γῇ ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ. Σπέρμα τὰς ἀγαθὰς πράξεις φησὶν, αἳ καὶ δύναμιν ἕξουσι πνευματικὴν εἰς ἐκείνην τὴν πραέων γῆν, εἰς τὸ ἀπολαβεῖν αὐτοὺς ὧν εἰργάσαντο τὰς ἀμοιβάς.

Δόξα καὶ πλοῦτος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Καὶ ἡ δόξα καὶ ὁ πλοῦτος μὴ τῶν παρερχομένων λογιζέσθω· οὐδὲν γὰρ ὅμοιον παρὰ τοῖς ἁγίοις εὑρίσκεται.

Ἐξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς εὐθέσι. Διὰ τῆς γνώσεως καὶ τῆς διδασκαλίας. Τίς δὲ, ἢ ὁ ἀποστολικὸς χορὸς ὁ τὴν ἀγνωσίαν ἐξελάσας τῶν ἐθνῶν διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος;

Οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει. Οὐ δεῖ γὰρ ἁπλῶς καὶ ἀκρίτως πᾶσι προθεῖναι τῆς μυσταγωγίας τὸν λόγον. Καὶ τοῦτο ἦν ὃ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Κύριος· *Μὴ βάλετε τὰ ἅγια τοῖς κυσίν.*

Ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς οὐ φοβηθήσεται. Οὐδὲν γὰρ πρὸς τοὺς ἁγίους τῶν κολαζομένων ὁ φόβος.

Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησι. Πένητας κἀνταῦθα τοὺς ἐνδεεῖς νοήσεις τοῦ θείου λόγου, τὰ ἔθνη δηλονότι· οἳ γεωργῶν δίκην τὸν νοητὸν κατέσπειραν λόγον. Οὐδὲν γὰρ κωλύει καὶ ἱστορικῶς αὐτὸ δέξασθαι. *Ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦ διανείμαντος δηλονότι τὸν εὐαγγελικὸν λόγον.

Ἁμαρτωλὸς ὄψεται καὶ ὀργισθήσεται. Ἁμαρτωλὸν τὸν διάβολόν φησιν, ὃς καὶ σωζομένων τῶν ἐθνῶν ἀγανακτήσει, ἅτε τὴν πάντων διψήσας ἀπώλειαν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΒ'. Ἀλληλούϊα.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τούτῳ διδάσκεται ὁ νέος λαὸς ἀδιάλειπτον ὕμνον προσφέρειν τῷ λυτρωσαμένῳ· ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κατασημαίνει τὴν κλῆσιν.

Αἰνεῖτε, παῖδες, τὸν Κύριον, αἰνεῖτε τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. Διδάσκεται ὁ νέος λαὸς, ὡς, εἰ καὶ ἀν-

A mirabilia facturum, eademque ipsa implere voluit. Quænam vero promisit, nisi ea : *Tunc aperientur oculi cæcorum* [24], et reliqua signa ? imo vero ipsam gentium omnium vocationem, quam verbo et opere implevit. *Escam dedit timentibus se.* Spiritualem panem dicit, qui de cœlis descendit.

15. *Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum.* Postquam divinam providentiam ostendit et laudibus celebravit, gentibus quæ nuper ad fidem accesserunt, quasi etiamnum servis loquens, affert deorum quos olim colebant confutationem. Postquam dixit: *Quia ego cognovi quod magnus est Dominus, et Deus noster præ omnibus diis.* Ipse enim tanta taliaque opera edidit; illi autem dii olim vestri, solum simulacra erant mortua, et cæca quibus similes fiant qui faciunt ea. Quomodo enim
D qui inanimata adorant non lapides animo sunt? Quos autem superius ex consuetudine deos vocavit, nunc confundit et vocat idola, et materiæ et operæ exprobrans.

Alleluia. CXXXV.

1. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

13. *Qui divisit mare Rubrum in divisiones.* Antiquo sermone fertur in duodecim sectiones divisum fuisse mare, ut singulis tribubus singulæ viæ darentur.

16. *Qui traduxit populum suum per desertum.* Non minus miraculum in deserto quam in mari editum

[91] Joan. III, 8

est. Multa quippe erant quæ mortem minabantur, famesa, æstus, sitis, ferarum multitudo, commodorum omnium indigentia. Illi vero nemine perterrefaciente iter agebant. Ex duobus autem fortissimis regibus, qui de robore et magnitudine gloriabantur, liberavit eos. Ex quibus Og novem longitudinis, quinque latitudinis cubitos habebat, et lecto ferreo utebatur.

19. *Sehon regem Amorrhæorum*, etc. Non sine causa aliis omissis hos memoravit reges, sed ut populo in mentem revocaret divinitus concessam victoriam. Nam de robore ipsi et potentia et corporis mole gloriabantur.

23. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus.* Hæc verba : *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus*, aptius conveniunt iis qui a spirituali sive sensibili captivitate liberati sunt.

25,26. *Qui dat escam omni carni.* Non enim pios tantum benignus Deus curat, sed etiam usque ad bruta animantia : ita ut congruentem singulis cibum dispenset, et providentiam suam extendat a mirabilibus cœli usque ad vilissima terræ; et exhinc rursum ad usque cœlum progreditur. Quare post illud, *omni carni*, adjicit : *Confitemini Deo cœli.* Nam licet omnium sit opifex, per excellentiam tamen Deus cœli dicitur, eorum qui isthic degunt famulatu cultus. Siquidem locus ille a peccato purus et vacuus est.

Davidi per Jeremiam. PSALMUS CXXXVI.

1. *Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus.* Docetur hic futurum ut ii qui multis post annis in Babylone propter iniquitatem habitaturi erant, flerent et anxii essent, cupientes bona repetere sua.

5. *Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea.* Scilicet, ne supernum auxilium consequar.

6. *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.* Quæ enim utilitas instrumenti ad sermonem destinati si ad officium non moveatur? Quamobrem beati viri per totam vitam de hymnis celebrandis curam habuere dicentes : *Cantabo Domino in vita mea* [22]. Erat autem illis veneranda civitas ob divinum cultum, ut ante dictum est : *Propter domum Domini Dei nostri quæsivi bona tibi.*

Si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ. Tuam, inquit, memoriam omni lætitiæ præponam. Ita enim contingit ut reliquæ omnes lætitiæ bonæ sint. Dominus item sacros cibos ante corporales inducit.

7. *Memor esto, Domine, filiorum Edom*, etc. Filii Edom ab Esau Idumæi, qui capta Jerusalem, acerbe insultabant, donec eam a fundamentis dirutam viderint.

8. *Filia Babylonis misera.* Propheticus est sermo,

A Πολλὰ γὰρ τὰ θάνατον ἀπειλοῦντα, λιμὸς, αὐχμὸς, δίψα, πλῆθος θηρίων, ἁπάντων ἐπιτηδείων ἡ ἐρημία. Οἱ δὲ μηδενὸς φοβοῦντος ἐβάδιζον. Ἐκ δὲ δύο δυνατῶν καὶ βασιλέων, οἳ ἐπὶ ῥώμῃ καὶ δυναστείᾳ καὶ μεγέθει σώματος ἐσεμνύνοντο, ἐῤῥύσατο αὐτούς. Ὢγ πηχῶν ἔχων ἐννέα τὸ μῆκος, καὶ πέντε τὸ πλάτος, καὶ σιδηρᾶν εἶχε τὴν κλίνην.

Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμοῤῥαίων. Οὐχ ἁπλῶς δὲ τοὺς ἄλλους παραλείπων βασιλέας τούτων διαφερόντως ἐμνήσθη, ἀλλὰ τὸν λαὸν τῆς θεοδότου νίκης ἀναμιμνήσκων. Ἐπὶ ῥώμῃ γὰρ οὗτοι καὶ δυναστείᾳ καὶ μεγέθει σώματος ἐσεμνύνοντο.

Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος. Πλέον ἁρμόσει ὁ λόγος ὁ λέγων, *Ὅτι ἐν τῇ* B *ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος*, τοῖς τῆς νοητῆς δουλείας ἀπαλλαγεῖσιν, ἤτοι, τῆς αἰσθητῆς.

Ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. Οὐ γὰρ μέχρι τῶν εὐσεβούντων ἡ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ κηδεμονία, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ἀλόγων, ὡς ἑκάστῳ κατάλληλον διδόναι τροφὴν, ἐκτείνεσθαί τε τὴν πρόνοιαν ἀπὸ τῶν κατ' οὐρανὸν θαυμάτων μέχρι τῶν ἐπὶ γῆς σμικροτάτων· ἐντεῦθεν δὲ πάλιν διῆκεν εἰς οὐρανόν. Διὸ μετὰ τὸ, *πάσῃ σαρκὶ*, ἐπενήνοχεν· *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ.* Καὶ πάντων ὢν ποιητὴς, οὐρανοῦ κατ' ἐξαίρετον χρηματίζει Θεὸς, ὑπὸ τῶν ἐκεῖ διαιτωμένων θεραπευόμενος. Καθαρὸν γὰρ ἁμαρτίας ἐστὶ χωρίον.

C *Τῷ Δαυῒδ διὰ Ἱερεμίου.* ΨΑΛΜΟΣ ΡΛϚ'.

Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν. Διδάσκει ὁ λόγος τοὺς πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ἐσομένους ἐν Βαβυλῶνι διὰ τὴν ἀνομίαν κλαίειν, ἀδημονεῖν, ἐπιζητοῦντας τῶν οἰκείων ἀγαθῶν τὴν ἀπόληψιν.

Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου, Ἱερουσαλὴμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου. Ἤτοι, μὴ τύχοιμι τῆς ἄνωθεν βοηθείας.

Κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου μνησθῶ. Τί γὰρ ὄφελος ἐῤῥῶσθαι λόγου ὄργανον, πρὸς τὸ δέον μὴ κρουόμενον; Διὸ καὶ τὴν ζωὴν ἅπασαν οἱ μακάριοι ἄνδρες τῇ περὶ τοὺς ὕμνους ἂν ἦσαν φροντίδι λέγοντες· *Ἄσω τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ ζωῇ μου.* Ἦν δὲ ἡ πόλις αὐτοῖς τιμία διὰ τὴν θείαν D λατρείαν, ὡς προείρηται τὸ, *Ἕνεκα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξεζήτησα ἀγαθά σοι.*

Ἐὰν μὴ προανατάξωμαι τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου. Τὴν σὴν, φησὶ, μνήμην πάσης εὐφροσύνης προτάξω. Ἀγαθὰς γὰρ οὕτω καὶ τὰς λοιπὰς ἡμῖν εὐφροσύνας γενέσθαι συμβαίνει. Καὶ ὁ Κύριος δὲ τὰς ἱερὰς τροφὰς πρὸ τῶν σωματικῶν εἰσηγεῖται.

Μνήσθητι, Κύριε, τῶν υἱῶν Ἐδώμ. Οἱ υἱοὶ Ἐδὼμ οἱ ἀπὸ Ἡσαῦ Ἰδουμαῖοι, οἳ καὶ ἁλούσης τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπέμβαινον πικρῶς, ἕως ἐκ θεμελίων αὐτὴν ἀνασπασθεῖσαν ἔγνωσαν.

Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος. Προφητικὸς

[22] Psal. CIII, 23.

ὁ λόγος κἀκεῖνος τῆς Βαβυλῶνος σημαίνει τὴν πόρθησιν. *Μακάριος ὃς ἀνταποδώσει τὸ ἀνταπόδομά σου.* Ἐκεῖνος, φησὶ, μακάριος ὁ ἀντιχμαλωτεύων σε.

Τῷ Δαυῒδ διὰ Ζαχαρίου. ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΖ'.

Ὑπόθεσις.

Ὁ παρὼν ψαλμὸς προφητείαν περιέχει τῆς ἁπάντων ἐθνῶν κλήσεως· ἐφ' ᾗ καὶ εὐχαριστεῖ, ὅτι οὐ μόνος αὐτὸς, βασιλεὺς ὢν, ἠξίωται τῆς θείας θεοφανείας· ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν ἐθνῶν βασιλεῖς φησι τῆς αὐτῆς ἀξιωθήσεσθαι χάριτος, ὅπερ μόνον μετὰ τὴν ἐπιδημίαν γεγένηται.

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Ταύτην τῷ πλουσίῳ δέδωκεν ὁ Σωτὴρ τὴν ἐντολὴν, εἰπών· *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου.* B

Καὶ ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι, προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου. Ὡς παρόντων τῶν ἀγγέλων, καὶ τὴν κατὰ Θεὸν αὐτοῦ νίκην ἀεὶ ἐπιθεωρούντων. *Καὶ ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου ἐπὶ τῷ ἐλέει σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου.* Εὐχαριστήσω, φησὶν, ἐφ' οἷς τῆς μὲν σκιᾶς λελύτρωμαι, τῆς δὲ ἀληθείας ἠξίωμαι. *Ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου.* Ἐπὶ τῇ τῶν ἐθνῶν κλήσει τὴν εὐχαριστίαν ἀναφέρειν λέγει. Οὐκ ἐφ' οἷς εὖ ἔπαθον μόνον εὐχαριστῶ· ἀλλὰ καὶ δι' ὅλου τὴν δόξαν τὴν σὴν θεωρῶν, δημιουργήσαντος, εὐεργετοῦντος, κολάζοντος. Οὐδὲν γὰρ τῆς κτίσεως ὃ μὴ τὴν σὴν μεγαλοσύνην κηρύττῃ.

Πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου δυνάμει σου. C *Πολυωρίαν* τὴν πολυχρονιότητά φησιν. Ὁ δὲ νοῦς· Δυνάμει τῇ σῇ μεταποιήσεις με ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν.

Καὶ ᾀσάτωσαν ἐν ταῖς ᾠδαῖς Κυρίου, ὅτι μεγάλη ἡ δόξα Κυρίου. Ὠδὰς Κυρίου ἀναγέγραφεν, ἃς ᾄδειν τοὺς ἐξ ἐθνῶν πάντας ἐπαγγέλλεται.

Ὅτι ὑψηλὸς Κύριος καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ. Μὴ θαυμάσῃς, φησὶν, εἰ ταῦτα γενήσεται ἐν ἀνθρώποις· οὐ γὰρ ἀπηλλοτρίωται τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τὰ ἀνθρώπινα. *Καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει.* Προώρισε γὰρ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν εἰς τὰ ὑψηλὰ ἀναγωγήν.

Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ θλίψεως, ζήσεις με. D Ὅμοιον τό· *Θλίψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. Ἐπ' ὀργὴν ἐχθρῶν μου ἐξέτεινας τὰς χεῖράς σου.* Ἐπενήνεκται γὰρ κατ' αὐτῶν ἡ δεξιὰ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ὁ Υἱὸς, ἥτις καὶ ἔσωσεν ἡμᾶς.

Κύριος ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἐμοῦ. Κρίνας γὰρ τὴν καθ' ἡμῶν ἀδικίαν, ἐξέβαλε τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου.

Εἰς τέλος τῷ Δαυῒδ ΨΑΛΜΟΣ *διὰ Ζαχαρίου ἐν τῇ διασπορᾷ.* ΡΛΗ'.

Ὑπόθεσις.

Ἀναφέρεται μὲν ὁ ψαλμὸς εἰς τὸ τοῦ Ζαχαρίου πρόσωπον, ἔτι ὄντων ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τῶν υἱῶν

A qui Babylonis excidium prænuntiat. *Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam.* Ille, inquit, beatus qui te in captivitatem duxerit.

Davidi per Zachariam. PSALMUS CXXXVII.

Argumentum.

Præsens psalmus prophetiam continet vocationis omnium gentium, de qua gratias agit, quod non solum ipse qui rex erat, Dei adventu et conspectu dignatus sit, sed etiam multos gentium reges, eadem gratia donandos ait, quod post adventum Domini duntaxat factum est.

1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Hoc præceptum dedit Salvator diviti, dicens : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex totis viribus tuis* [93].

2. *In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum.* Quasi scilicet præsentibus angelis, et ejus victoriam per Dei auxilium partam semper cernentibus. *Et confitebor nomini tuo super misericordia tua et veritate tua.* Gratias agam, inquit, quod ab umbra liberatus, et veritatem consecutus sim. *Quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.* De gentium vocatione gratias se referre dicit. Neque tantum de collatis mihi beneficiis gratias ago, sed quod tui gloriam in omnibus contempler, creatoris scilicet, benefactoris, ultoris. Nihil quippe est in rerum natura quod magnitudinem tuam non prædicet.

3. *Diuturnam curam habebis animæ meæ virtute tua.* Πολυωρίαν dicit diuturnitatem. Hæc est autem sententia : Virtute tua transmutabis me a corruptione in incorruptionem.

5. *Et cantent in canticis Domini, quoniam magna est gloria Domini.* Cantica Domini descripsit, quæ ab omnibus ex gentium populo credentibus canenda prædicit.

6. *Quoniam excelsus Dominus et humilia respicit.* Ne mirere, inquit, si hæc apud homines futura sint, humana quippe non a Dei providentia aliena sunt. *Et alta a longe cognoscit.* Prædefinivit enim a constitutione mundi vocationem gentium, juxta divinum Apostolum, assumptionemque ad excelsa.

7. *Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me.* Simile est illud : *Tribulationem habebitis in mundo; sed confidite, ego vici mundum* [94]. *Super iram inimicorum meorum extendisti manus tuas.* Immissa quippe est adversus illos dextera Patris, id est Filius, quæ nos salvos fecit.

8. *Dominus retribuet pro me.* Postquam judicavit enim de injustitia qua læsi sumus, principem mundi ejecit.

In finem PSALMUS Davidi per Zachariam in dispersione. CXXXVIII.

Argumentum.

Refertur psalmus ad personam Zachariæ, dum filii Israel adhuc essent in captivitate et Propheta

[93] Matth. XXII, 37 [94] Joan. XVI, 33.

quoque cum illis. Describit autem rationem divinæ erga nos providentiæ, et quod non solum ad universa extendatur, sed rebus etiam singulis prospiciat; ita ut neque motus nostri neque cogitationes ab ejus providentia negligantur. Admiratur œconomiæ profunditatem, vocationem gentium aperte significat, et repugnantiam Israelitici populi adversus Christum. Propter hæc omnia in finem Davidi inscriptus est. Plerumque autem diximus, psalmos ita inscriptos ad tempus adventus Domini spectare.

1. *Domine, probasti me et cognovisti me.* Utpote qui confidat, se firmam in Christum fidem habere, nihilque sibi commune esse cum iniquitate improbi populi, eum ipsum qui corda formavit evocat in testem.

3. *Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam et funiculum meum investigasti.* Etiamsi Deus cogitationum motum videat, multo magis vitæ cursum cognoscit. *Semitam meam et funiculum meum investigasti.* Σχοινισμός est mensura quædam viæ. Dicit autem eum omnem cogitationis motum scire; per vias enim motus significat.

4. *Quoniam non est dolus in lingua mea.* Et hoc est quam maximum Davidis meritum, quod neminem læserit lingua, vel mendacio, vel perjurio, vel fraude dolove, aliaque simili ratione.

5. *Ecce, Domine, tu cognovisti omnia novissima et antiqua.* Media tacet, quia in medio sita malitia est. Non ab initio enim fuit, nec in fine erit. *Tu formasti me et posuisti super me manum tuam.* Etiamsi, inquit, me formaveris, formatum me tenes et servas; nam impositio manus Dei collatum nobis Spiritus donum significat. Quemadmodum apostoli per manuum impositionem Spiritum sanctum præbebant.

6. *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est et non potero ad eam.* Ejusmodi est quod dicit: multa alia esse a Deo in se facta, quæ ipse cognoscere non possit. Nam exsuperant, inquit, facultatem meam, et eorum cognitio mente mea longe superior est, ita ut ea, nec investigare nec loqui possim. Quæcunque enim dixi parva exiguaque sunt. Divinæ siquidem virtutis notitia parvitatem meam fugit.

8. *Si ascendero in cœlum, tu illic es.* Simile illud: *Cœlum mihi thronus est* [58]. *Si descendero in infernum, ades.* Prædicit futurum Domini descensum in infernum.

9. *Si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris.* Id est, si accipiam avium alas nondum defessas; id enim significat illud, *diluculo*,

A Ἰσραὴλ, καὶ μὴν καὶ αὐτοῦ τοῦ Προφήτου σὺν αὐτοῖς. Γράφει δὲ τῆς περὶ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς κηδεμονίας τὸν τρόπον· καὶ ὡς οὐ μόνον τῶν καθόλου ποιεῖται πρόνοιαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν κατὰ μέρος· ὡς μηδὲ τὰς κινήσεις, μηδὲ τὰς ἐνθυμήσεις ἡμῶν τῆς αὐτοῦ λείπεσθαι προνοίας. Ἀποθαυμάζει γε μὴν καὶ τῆς οἰκονομίας τὸ βάθος, τήν τε τῶν ἐθνῶν κλῆσιν κατασημαίνει σαφῶς, καὶ τὴν γεγενημένην ἀντιλογίαν τῷ Σωτῆρι Χριστῷ παρὰ τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ λαοῦ. Διὰ δὴ ταῦτα πάντα καὶ εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται τῷ Δαυΐδ. Εἴπομεν δὲ πολλάκις, ὡς οἱ οὕτω τῶν ψαλμῶν ἐπιγραφόμενοι εἰς τὸν τῆς ἐπιδημίας ἀναπέμπονται καιρόν.

Κύριε, ἐδοκίμασάς με καὶ ἔγνως με. Ὡς θαῤῥῶν βεβαίαν ἔχειν τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστὸν, καὶ ὡς
B οὐδεμία αὐτῷ κοινωνία γέγονε τῇ τοῦ φαύλου λαοῦ παρανομίᾳ, αὐτῶν τῶν καρδιῶν τὸν πλάστην ἐπικαλεῖται μάρτυρα.

Σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν, τὴν τρίβον μου καὶ τὸν σχοῖνόν μου σὺ ἐξιχνίασας. Εἰ καὶ τῶν διανοημάτων οἶδε τὴν κίνησιν ὁ Θεὸς, πολλῷ πλέον τῆς κατὰ τὸν βίον πορείας ἔχει τὴν γνῶσιν. *Τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνόν μου σὺ ἐξιχνίασας.* *Σχοινισμὸς* μὲν μέτρον ἐστὶν ὡρισμένον ὁδοῦ. Λέγει δὲ, ὡς πᾶσαν κίνησιν λογισμοῦ ἐπίστασαι· τὰς γὰρ κινήσεις διὰ τῶν ὁδῶν σημαίνει.

Ὅτι οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσσῃ μου. Καὶ τοῦτο μέγιστον τῶν κατορθωμάτων τῷ Δαυΐδ, μὴ ἀδικῆσαι
C τὴν γλῶσσαν μήτε ἐν ψεύδει, μήτε ἐν ἐπιορκίᾳ, μήτε ἐν ἀπάτῃ καὶ δόλῳ, καὶ πάσῃ τοιαύτῃ ἄλλῃ ὁδῷ.

Ἰδοὺ, Κύριε, σὺ ἔγνως πάντα τὰ ἔσχατα καὶ τὰ ἀρχαῖα. Τὰ μέσα παρασεσιώπηται, διὰ τὸ τὴν κακίαν εἶναι ἐν τῷ μεταξύ. Οὐ γὰρ ἦν ἐν ἀρχῇ, οὐδὲ ἔσται πάλιν ἐν τέλει. *Σὺ ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.* Εἰ καὶ ἔπλασάς με, φησὶ, καὶ γεγονότα διακρατεῖς· ἡ γὰρ ἐπίθεσις τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ τὴν χορηγηθεῖσαν ἡμῖν τοῦ Πνεύματος δωρεὰν σημαίνει· ὡς οἱ ἀπόστολοι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν παρεῖχον Πνεῦμα ἅγιον.

Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὅτι ἕτερα πλεῖστά ἐστι τὰ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτὸν γεγενημένα, καὶ οὐχ οἷός τέ ἐστι διαγινώ-
D σκειν. Ὑπερβάλλει γὰρ τὴν ἐμὴν δύναμιν, φησὶ, καὶ ἐπέκεινά ἐστι τῆς ἐμῆς καταλήψεως ἡ τούτων γνῶσις, ὡς μὴ δύνασθαί με ἐξευρεῖν ἢ ἐξειπεῖν αὐτά. Ὅσα γὰρ εἶπα σμικρὰ καὶ ἐλάχιστα τυγχάνει. Τῆς γὰρ θεϊκῆς δυνάμεως ἡ κατάληψις τὴν ἐμὴν σμικρότητα διαφεύγει.

Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ. Ὅμοιον τὸ, Ὁ οὐρανός μοι θρόνος. *Ἐὰν καταβῶ εἰς ᾅδην, πάρει.* Προφητεύει τὴν γενομένην εἰς ᾅδου κάθοδον τοῦ Κυρίου.

Ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης. Τουτέστιν, εἰ λάβοιμι πτέρυγας πτηνῶν

[58] Matth. v, 34.

μήπω κεκμηκότας· τοῦτο γὰρ σημαίνει το, *κατ' ὄρθρον*, νεαρὰς ἐν τῷ πέτασθαι καὶ δυνάμεως πεπληρωμένας. Ὁ δέ πως νοῦς οὗτος· Πάντα, φησὶ, περιειληφὼς Κύριος, καὶ πάντα προλαβὼν οἶδας, καὶ πανταχοῦ πάρει, καὶ πάντα πληροῖς ὡς Θεός. Εἶτα· Τίς γένωμαι, ἄν τι συμβῇ μοι ἁμάρτημα, καὶ εἰ γένοιτό μοι χρεία δρασμοῦ καὶ φυγῆς, σοῦ τοῦ Κυρίου πάντα ὑπειληφότος

Καὶ εἶπα· Ἄρα σκότος καταπατήσει με. Τὸ, *καταπατήσει*, ἀντὶ τοῦ, σκεπάσει καὶ ἀποκρύψει τῶν σῶν ὀφθαλμῶν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο, φησὶ, τὸ σκότος οὕτως ἐστὶν ἐν τῇ σῇ γνώσει, ὥσπερ ἂν εἴη καὶ αὐτὸ τὸ φῶς.

Ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτω καὶ τὸ φῶς αὐτῆς. Καθάπερ γὰρ ἐμοὶ ζοφώδης ἡ νὺξ, οὕτως ἐστί σοι φωτεινή. Νεφροὺς δέ φησιν εἶναι τοὺς φόβου ποιητικούς. Λέγει δὲ, ὅτι Σὲ διαπαντὸς ἐφοβούμην, ἐπεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν εἶχον ἀεὶ τὴν σὴν κρίσιν. *Ἀντελάβου μου ἐκ γαστρὸς μητρός μου.* Εἰκότως, φησὶ, τὸν σὸν φόβον ἐκτησάμην, ἐπειδὴ κυόμενόν με ἡ σὴ περιφρουρεῖ πρόνοια.

Ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι φοβερῶς ἐθαυμαστώθης. Εὐκαίρως μετὰ τὴν προειρημένην θεολογίαν τὴν ἐξομολόγησιν ἀναφθέγγεται. *Θαυμάσια τὰ ἔργα σου, καὶ ἡ ψυχή μου γινώσκει σφόδρα.* Ἥτις ἐστὶ, φησὶν, ἐμοὶ δύναμις ἀπόῤῥητος, καὶ αὐτή σοι τῷ Θεῷ φανερὰ τυγχάνει.

Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ. Οὐκ ἔλαθε, φησὶ, τῆς γυναικὸς ὁ ὄλισθος, ἣν ἐκ τοῦ ὀστέου μου λεληθότως ἐποίησας, ὕπνῳ βαρεῖ εὐνάσας με· ἀλλ' ἔγνως τὰ ἡμέτερα κρύφια, ὁ ἐκείνην κρυφίως ὑποστησάμενος. *Καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς.* Καὶ εἰ διαλυθείην, φησὶ, καὶ εἰς χοῦν πορευθείην, σοὶ πάλιν γνωστὸν τὸ τοιοῦτόν ἐστιν

Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου. Πρὶν γενέσθαι, φησὶ, καὶ πρὶν μορφωθῆναι, οἱ σοὶ τῆς προγνώσεως ὀφθαλμοὶ ἐθεάσαντό με καὶ προεῖδόν με, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς ἤδη ἐγκείμενον, καὶ συνηριθμημένον, καὶ ἐν τῇ βίβλῳ σου γεγραμμένον. *Ἡμέραι πλασθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς.* Κατὰ πάσας τῆς ζωῆς αὐτῶν τὰς ἡμέρας εὐρύθμως καὶ εὐπλάστως ἑαυτοὺς διήγαγον, καὶ μηδὲ μίαν ἡμέραν αὐτοὺς ἄτυπον ἢ ἄπλαστον ἐσχηκέναι.

Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός· Ὅμοιον τό· *Ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται.* *Ἐξαριθμήσομαι αὐτοὺς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται.* Εὔελπίς εἰμι, φησὶ, τοὺς φίλους τιμῶν τοὺς σοὺς, ὅτι δὴ ἐν τῇ ἀναστάσει μετ' αὐτῶν στήσομαι, καὶ δι' αὐτοὺς τὴν παρὰ σοῦ κτήσομαι τιμήν. Τότε δὴ, φησὶ, καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀποκτενοῖντο, τουτέστι, τὰς προσηκούσας ἀπολήψονται δίκας.

Ἐὰν ἀποκτείνῃς ἁμαρτωλοὺς, ὁ Θεός. Εἰδὼς τὰς ἐσομένας κατ' αὐτῶν δίκας, ἔξω που ἀφορίζει αὐτοὺς ἑαυτοῦ. *Ἄνδρες αἱμάτων, ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἐρισταί ἐστε εἰς διαλογισμούς.* Τὴν αἰ-

A integris scilicet viribus ad volandum, et robore plenas. Hæc est autem sententia : Tu, Domine, qui omnia contines, omnia priusquam eveniant cognoscis, ubique præsens, omnia imples utpote Deus. Deinde, quo me vertam, si in quodpiam peccatum incidam, et si fugæ mihi necessitas incumbat, cum tu, Domine, omnia contineas?

11. *Et dixi : Forsitan tenebræ conculcabunt me. Conculcabunt*, id est, contegent et occultabunt me oculis tuis. Sed ipsæ tenebræ perinde tuæ cognitioni sunt atque lumen.

12. *Sicut et tenebræ ejus ita et lumen ejus*, etc. Quemadmodum enim mihi nox tenebrosa est, ita B est tibi lucida. Renes autem dicit, terroris incussores. Te, inquit, semper timebam, quia mihi semper judicium tuum ob oculos versabatur. *Suscepisti me de utero matris meæ.* Jure, inquit, tui timorem habui, quandoquidem me in utero versantem providentia tua conservat.

14. *Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es.* Opportune præmissa illa theologia, confessionem postea edit. *Mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.* Virtus illa quæ mihi occulta est, tibi Deo conspicua est.

15. *Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto.* Non latuit, inquit, mulieris lapsus, quam ex osse meo clam efformasti, postquam me C gravi somno oppressisses; sed abscondita nostra cognoscis, qui latenter illam exsistere fecisti. *Et substantia mea in inferioribus terræ.* Etiamsi dissolvar, inquit, et in pulverem abeam, illud etiam notum est tibi.

16. *Imperfectum meum viderunt oculi tui*, etc. Antequam fierem, inquit, et antequam formarer, præscientiæ tuæ oculi me contemplati sunt ac præviderunt; nec simpliciter, sed ut jam positum, connumeratum et descriptum in libro tuo. *Dies formabuntur et nemo in eis.* Omnibus vitæ suæ diebus probe et ordinate sese gesserunt, ita ut ne unam quidem diem incompositam et inordinatam egerint.

D 17, 18. *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus.* Simile est illud [11] : *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur.* Spes, inquit, mihi est quod amicos tuos honore prosequar, futurum ut in resurrectione cum illis consistam, et propter eos honorem a te accipiam. Tunc, inquit, peccatores occidantur, hoc est, promeritas pœnas luant.

19. *Si occideris, Deus, peccatores.* Gnarus suppliciorum quibus futurum est ut afficiantur, eos quodammodo ab se segregat. *Viri sanguinum, declinate a me, quia contentiosi estis in cogitationibus.*

[11] Matth. x, 41.

Causam indicat cur ab se peccatores expellat. Ideo, inquit, expelluntur, quia adversus Deum loquuntur ipsique repugnant, et frustra elati superbe agunt adversum genus humanum.

21, 22. *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam?* Amicos quidem tuos diligebam et in amicitiam meam recipiebam : inimicos autem tuos perfecte oderam. Inimici autem Dei sunt primo quidem et proprie impuri dæmones : secundi post illos, qui idololatriam defendunt, et hæresum principes.

In finem PSALMUS David. CXXXIX.

1. *Eripe me, Domine, ab homine malo.* Clamat ad Deum ut ulciscatur injuriam a dæmonibus humanæ naturæ illatam, et ut iniquitatem in caput iniquorum convertat. Hæc autem etiam de sensibilibus inimicis dici possint.

2. *Qui cogitaverunt iniquitatem in corde, tota die constituebant prælia.* Non tantum enim humana ratiocinia admiserunt, sed etiam opera cogitationibus adjecerunt. Illud autem, *tota die*, Symmachus, *per singulos dies*, interpretatur.

6. *Juxta iter scandalum posuerunt mihi.* Hæc omnia, inquit, faciebant, ut cursum ejus ad Deum sisterent, laqueis pedes ejus complicantes, ut eum a Dei conspectu dejicerent.

9. *Ne tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori.* Ego, inquit, Domine, salutem expeto, ne igitur derelinquas me, ne ex hac via deturbatus tradar peccatori, scilicet diabolo. *Cogitaverunt contra me, ne derelinquas me ne forte exaltentur.* Sub tegumento alarum ejus contegi rogat, et sub potenti manu ejus, a qua nemo eripere potest; ne itaque ut in alia qualibet re magnifice sentiant.

10. *Caput circuitus eorum, labor,* etc. In ipsos, inquit, recidat consilium eorum. Hoc enim significat, caput circuitus eorum. Caput enim peccatorum est cogitatio et sensus. Insidiarum quibus me circumdederunt principium et caput, imo etiam defatigatio et labor ipsorum adversum me susceptus in ipsos recidat. Quos æquum est ignis supplicio tradi.

11. *Cadent super eos carbones in igne.* Nam ceu quodam igne ira tua absumes eos. *Dejicies eos in miserias, et non subsistent.* Decident in calamitates, ex quibus non evadent. Hoc autem contigit Sauli in bello adversus alienigenas. Ibi enim confossus finem vitæ accepit.

12. *Vir linguosus non dirigetur in terra.* Excipit impios ignis æternus. Et in hac vita vir linguosus non dirigetur usque in finem. Nemo enim contentiosus et maledicus, qui in terreno quopiam proposito versetur, dirigitur : ex eo namque quod contentiosus sit pervertitur. Cum enim hujusmodi homines peccatis dediti sint, qua ratione a virtute dirigantur? *Virum injustum mala capient in inte-*

A τίαν φησὶ δι' ἣν ἀπελαύνει ἀφ' ἑαυτοῦ τοὺς ἁμαρτωλούς. Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἐλαύνονται, ὅτι ἀντιφθέγγονται καὶ ἀντιφιλονεικοῦσι Θεῷ, καὶ μάτην ἐπαιρόμενοι καταλαζονευόμενοι τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου.

Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα; Ὅτι τοὺς μὲν σοὺς ἠγάπων καὶ ἀπεδεχόμην φίλους· τοὺς δὲ ἐχθρούς σου τελείως ἐμίσουν. Ἐχθροὶ δὲ τοῦ Θεοῦ πρώτως μὲν καὶ κυρίως οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες· δεύτεροι δὲ μετ' ἐκείνους οἵ τε τὴν εἰδωλολατρείαν πρεσβεύοντες, καὶ οἱ τῶν αἱρέσεων ἀρχηγοί.

Εἰς τέλος ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΡΛΘ'

Ἐξελοῦ με, Κύριε, ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ. Τῆς γενομένης ἀδικίας παρὰ τῶν δαιμόνων τῇ ἀνθρώπου φύσει κεκραγέναι πρὸς τὸν Θεὸν ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν, καὶ μεταστρέψαι εἰς κεφαλὴν τῶν ἀδικούντων
B τὴν ἀδικίαν. Λεχθείη δὲ καὶ ἐπὶ αἰσθητῶν ἐχθρῶν τὰ λεγόμενα.

Οἵτινες ἐλογίσαντο ἀδικίαν ἐν καρδίᾳ, ὅλην τὴν ἡμέραν παρέτασσον πολέμους. Οὐ γὰρ μόνον πονηροῖς ἐχρήσαντο λογισμοῖς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα προσέθηκαν τοῖς λογισμοῖς. Τὸ δὲ, *ὅλην τὴν ἡμέραν*, ὁ Σύμμαχος, *κατὰ πᾶσαν ἡμέραν*, ἑρμηνεύει.

Ἐχόμενα τρίβους σκάνδαλα ἔθεντό μοι. Ταῦτα πάντα, φησὶν, ἐποίουν, ἵνα τὸν δρόμον στήσωσι τῆς κατὰ Θεὸν πορείας, τοὺς πόδας αὐτοῦ παγίσι περιβάλλοντες, ἵνα τῆς ἐν Θεῷ στάσεως αὐτὸν καταβάλωσιν.

Μὴ παραδῷς με, Κύριε, ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας μου ἁμαρτωλῷ. Ἐγὼ, φησὶ, Κύριε ἐπιθυμίαν ἐπιθυμῶ σωτηρίας· μὴ οὖν ἐγκαταλείπῃς με, ὥστε ταύτης
C παρατραπέντα παραδοθῆναι ἁμαρτωλῷ, ἤτοι τῷ διαβόλῳ. *Διελογίσαντο κατ' ἐμοῦ· μὴ ἐγκαταλείπῃς με, μήποτε ὑψωθῶσιν.* Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων αὐτοῦ ἀξιοῖ σκεπασθῆναι, καὶ ὑπὸ τὴν κραταιὰν αὐτοῦ χεῖρα, ἀφ' ἧς οὐδεὶς δύναται ἁρπάσαι, ἵνα μὴ ὡς ἐπί τι ἄλλο τι μεγαφρονήσωσιν.

Ἡ κεφαλὴ τοῦ κυκλώματος αὐτῶν. Ἐπ' αὐτοὺς, φησὶν, ἔλθοι ὃ ἐβουλεύσαντο. Τοῦτο γὰρ σημαίνει ἡ κεφαλὴ τοῦ κυκλώματος αὐτῶν. Κεφαλὴ γὰρ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ λογισμὸς καὶ ἡ αἴσθησις. Τῆς οὖν ἐπιβουλῆς αὐτῶν τῆς κατ' ἐμοῦ, δι' ἧς ἐκύκλωσάν με ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ κεφαλὴ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ κόπος αὐτῶν, καὶ ὁ μόχθος ὁ κατ' ἐμοῦ, εἰς αὐτοὺς ἔλθοι. Οὓς καὶ δίκῃ παραδοθῆναι τῇ διὰ πυρός.

D *Πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες ἐν πυρί.* Οἷον γάρ τινι πυρὶ τῇ ὀργῇ καταναλώσεις αὐτούς. *Καταβαλεῖς αὐτοὺς ἐν ταλαιπωρίαις, καὶ οὐ μὴ ὑποστῶσι.* Περιπεσοῦνται συμφοραῖς, καὶ οὐ περιέσονται τούτων. Ταῦτα δὲ συμβαίνει τῷ Σαοὺλ ἐν τῷ κατὰ τοὺς ἀλλοφύλους πολέμῳ. Ἐκεῖ γὰρ σφαγεὶς ἐδέξατο τὸ τοῦ βίου τέλος.

Ἀνὴρ γλωσσώδης οὐ κατευθυνθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐκδέχεται μὲν τοὺς ἀσεβεῖς τὸ αἰώνιον πῦρ. Καὶ ἐν τούτῳ δὲ τῷ βίῳ εἰς τέλος οὐ κατευθυνθήσεται γλωσσώδης. Οὐδεὶς γὰρ μάχιμός τε καὶ λοίδορος, ὅς ἐστιν ἐν τῇ γεώδει προαιρέσει, κατευθύνεται, ὑπὸ τοῦ μάχιμος εἶναι στρεβλούμενος. Φιλαμαρτήμονες γὰρ ὄντες οἱ τοιοῦτοι, πῶς ὑπ' ἀρετῆς κατευθύνονται; *Ἄνδρα ἄδικον κακὰ θηρεύσει εἰς διαφθοράν.*

Ὥσπερ γὰρ ὑπὸ οἰκείας νόσου διαφθείρεται ἄνευ A τῆς ἑαυτοῦ *κακίας*, δίκην δοὺς τὴν προσήκουσαν. Ἱκανὴ γάρ ἐστιν ἀντὶ πάσης τιμωρίας τὴν ἔχουσαν αὐτὴν ψυχὴν ἡ κακία διαφθείρειν.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΡΜ'.

Ὑπόθεσις.

Ὅμοιος καὶ αὐτὸς τῷ ὀπίσω κεῖται, πλὴν δογματικώτερος.

Κύριε, ἐκέκραξα πρὸς σὲ, εἰσάκουσόν μου· πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σέ. Ἡ κραυγὴ τὸ σύντονον τῆς διανοίας πάντως δηλοῖ. Εὐμενῶς, φησὶ, Δέσποτα, δέξαι τὴν ἐμὴν ἱκετείαν.

Κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. Τὰ ἀπὸ διανοίας θυμιάμασι παρεικάζει, ἅτε λεπτὰ ὄντα, καὶ τῷ μόνῳ ἀνατιθέμενα τῷ B Θεῷ. *Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή.* Τὰς πράξεις τὰς διὰ τῶν χειρῶν δηλουμένας θυσίᾳ παρεικάζει, ἅτε παχύτερα ὄντα παρὰ τὰς τῆς διανοίας αἱρέσεις. Τὸ δὲ ἑσπερινὴν φησιν, ὅτι χρὴ μέχρι τέλους πράξεις ἐπιτηδεύειν ἀγαθάς.

Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου. Ἐπειδὴ μέγα οἶδε τὸ κατορθοῦν τῆς γλώσσης τὴν φυλακὴν, τὸν Θεὸν αἰτεῖ ταύτης τὴν ἐγκράτειαν αὐτῷ χαρίσασθαι.

Μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας. Τουτέστι μὴ συγχωρήσῃς παρατραπῆναι εἰς τὸ ἐναντίον τὴν ἅπαξ καλῶς κατασκευασθεῖσάν μου διάνοιαν· ἵνα μὴ νοῶ, φησὶν, ἐννοίας παρανομίας.

Παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με. C Πᾶσαν μὲν παιδείαν δεξαίμην τοῦ δικαίου, τὴν εὐλογίαν δὲ καὶ τὴν κολακείαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ μὴ λάβοιμι, δι' ἧς ὥσπερ ἔλαιον τὴν κεφαλήν μου καταχρίουσιν.

Ὅτι ἔτι καὶ ἡ προσευχή μου ἐν ταῖς εὐδοκίαις αὐτῶν, κατεπόθησαν ἐχόμενα πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν. Ἐγγὺς, φησὶ, πέτρας γενόμενοι καταποντισθήσονται. Σημαίνει δὲ, ὡς αὐτὸς αὐτοὺς ὁ Χριστὸς καταποντίσει εἰς τὴν ἄβυσσον. *Ἀκούσονται τὰ ῥήματά μου, ὅτι ἠδύνθησαν.* Ἔκβασις, φησὶ, τῆς κατ' αὐτῶν προλεχθείσης τιμωρίας, πίστιν ἀληθείας καὶ εὐπρεπείας τὰ ἐμὰ λάβοιεν ῥήματα.

Ὡσεὶ πάχος γῆς ἐῤῥάγη ἐπὶ τῆς γῆς. Πᾶν, φησὶ, τὸ γεῶδες ἡμῶν διεῤῥήξαμεν, ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς διὰ σέ· οὕτως ὡς πᾶσαν δύναμιν ἡμῶν μέχρι D ᾅδου κατενεχθῆναι. Ὅμοιον δὲ τοῦτο τῷ, *Ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν.*

Ὅτι πρὸς σὲ, Κύριε, Κύριε, οἱ ὀφθαλμοί μου. Ἐγὼ δὲ οὐδενὶ τῶν ἀνθρωπίνων θαῤῥῶ· ἀλλὰ τὴν σὴν προσμένω βοήθειαν, καὶ παρακαλῶ ταύτης τὴν ἐμὴν μὴ γυμνωθῆναι ψυχήν. *Ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, μὴ ἀντανέλῃς τὴν ψυχήν μου.* Ἀντὶ τοῦ· Μὴ ἐκχύσῃς ἢ ἐκκενώσῃς τῆς ἐλπίδος ἧς ἔχω πρὸς σέ.

Πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοί. Ἐμπέσοιεν, φησὶν, εἰς τὰ ἑαυτῶν δίκτυα οἱ ἁμαρτωλοί. *Καταμόνας εἰμὶ ἐγὼ ἕως ἂν παρέλθω.*

ritu. Quasi enim proprio sibi morbo ex sua improbitate interit, congruenti pœna mulctatus. Sola enim improbitas animam ea affectam, vice supplicii cujuslibet, in interitum conjicit.

***PSALMUS** David. CXL.*

Argumentum.

Similis est hic psalmus præcedenti; verum ad doctrinam commodior.

1. *Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci supplicationis meæ cum clamavero ad te.* Clamor contentionem mentis prorsus indicat. Benevolo, inquit, animo, Domine, excipe supplicationem meam.

2. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Quæ ex mente procedunt, incenso comparat, utpote quæ subtilia sint et Deo soli offerantur. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Opera per manus edita sacrificio comparat, quia sensibiliora sunt animi voluntatibus. Vespertinum autem ait, quia oportet ad finem usque bonis operibus vacare.

3. *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis.* Quia novit magnam rem esse linguam perfecte custodire, Deum rogat ut sibi concedat linguæ temperantiam.

4. *Non declines cor meum in verba malitiæ.* Id est, ne concedas mentem meam semel probe concinnatam in adversum vergere, ut non admittam, inquit, cogitationes iniquitatis.

5. *Corripiet me justus in misericordia, et increpabit me,* etc. Omnem castigationem a justo accipiam: benedictionem autem et adulationem peccatoris ne admittam, qua veluti oleo caput meum inungunt.

6. *Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum, absorpti sunt juxta petram judices eorum.* Juxta petram constituti, ait, absorbebuntur. Significat autem ipsum Christum eos in abyssum demersurum. *Audient verba mea quoniam placuerunt.* Eventus, ait, prænuntiati contra illos supplicii aderit: hinc autem veritatis et modestiæ fidem verba mea accipient.

7. *Sicut crassitudo terræ erupta est super terram.* Quod terrenum erat in nobis, inquit, dirupimus, nosmetipsos propter te humiliantes; ita ut omnis nostra virtus ad infernum usque deprimeretur. Simile est autem illi: *Propter te mortificamur tota die* [97].

8. *Quia ad te, Domine, Domine, oculi mei.* Ego vero nulli humanæ rei confido; sed tuum exspecto auxilium, et rogo ut ne anima mea illo nudetur. *In te speravi, non auferas animam meam.* Id est, ne effundas aut evacues quam in te positam spem habeo.

10. *Cadent in retiaculo ejus peccatores.* Incidant, inquit, in sua retia peccatores: *Singulariter sum ego, donec transeam.* Tunc, ait, sine timore et sol-

[97] Rom. VIII, 36.

licitudine pertransibo, cum ipsi peccatores in sua retia inciderint. Ego vero ab iis segregatus degam, donec vitæ finem accepero.

1. *Intellectus David, cum esset in spelunca, oratio. CXLI.*

Argumentum.

Oratio et nihil aliud sunt isthæc. Verum intellectu opus habent; ut ediscamus nos quo pacto inter varias occasiones, mala effugere valeamus.

2-3. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecatus sum. Effundam in conspectu ejus orationem meam.* Totam mentem suam, inquit, Domino dicavit. *Tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo.* In curriculo, inquit, pro ipsa anima concertans, supplicationes offero, rogans tribulationes minui. Nosti utique me injuria persecutionem pati.

4. *In deficiendo ex me spiritum meum.* Hæc, ait, faciebam, malorum vehementia conspecta; nam prope mortem ipsam versabar. *Et tu cognovisti semitas meas.* Hæc verba : *Et tu cognovisti semitas meas*, sunt fidentis in vitæ cursu et in operibus. Cum videret autem spirituales hostes curantes introduci Saulem in speluncam, Davidis capiendi causa, jure dicebat : *Absconderunt laqueum mihi*, quem præsens oratio dissipavit. Nam quod homines spectabat, comprehensus spelunca, omni effugiendi via interclusus erat, nec erat qui liberaret eum, nec qui requireret animam ejus.

5. *In via hac qua ambulabam absconderunt laqueum mihi.* Si quis speluncæ locum consideret, hæc congruenter dicta fuisse reperiet. *Considerabam ad dexteram et videbam, et non erat qui cognosceret me.* Apponebant virtutem colentibus congruentia malitiæ machinamenta, videlicet ei qui cum sapientia ambulabat; abscondebant pro laqueo, sapientiam quæ secundum Deum non est; quærenti cognitionem apponebant eam quæ falso ita vocatur. Hoc porro dictum aliquam habet cum illo affinitatem, *Juxta iter scandalum posuerunt mihi.* Possunt autem hic laquei per hyperbolen declarari; in quos scilicet incidit qui non sibi cavet, de quibus dicit : *Considerabam ad dexteram.* Ambitiosioribus enim ad dexteram laquei positi sunt

Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam. Nulla quippe supererat fugiendi via in spelunca, cum ante ostium obsiderentur a Saule. Nemo, ait, animæ meæ salutem quærit.

6. *Clamavi ad te, Domine.* In ipsum enim solum spem salutis reponere convenit.

8. *Educ de custodia animam meam.* Hæc ait quasi ad speluncam respiciens. Symmachus autem : *Educ a conclusione animam meam. Ad confitendum nomini tuo.* Quando me, ait, ab hujusmodi ærumna et a custodia liberasti, tibi gratiarum actionis cantica rependam. *Me exspectant justi do-*

A Τότε, φησὶ, παρελεύσομαι ἀφόβως καὶ ἀμερίμνως, ὅταν αὐτοὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοῖς ἑαυτῶν περιπέσωσι διχτύοις. Ἐγὼ δὲ τούτων κεχωρισμένως διατελέσω ἕως ἂν δέξωμαι τοῦ βίου τὸ πέρας.

Συνέσεως τῷ Δαυὶδ, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, προσευχή. ΡΜΑʹ.

Ὑπόθεσις.

Προσευχὴ μὲν ἔστι καὶ οὐδὲν ἕτερον τὰ προκείμενα. Πλὴν ἀλλὰ δεῖται συνέσεως· ὅπως ἂν ἡμεῖς μάθωμεν τίνι τρόπῳ ἐν περιστάσεσιν ὄντες διαφυγεῖν δυνηθῶμεν τὰ πονηρά.

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα· φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐδεήθην. Ἐκχεῶ ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέησίν μου. Ὅλην ὥσπερ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ ἀνατέθεικε, φησὶ, τῷ Κυρίῳ. *Τὴν θλῖψιν μου ἐνώπιον* B *αὐτοῦ ἀπαγγελῶ.* Τὸν περὶ αὐτῆς, φησὶ, τῆς ψυχῆς ἀγωνιζόμενος δρόμον, τὰς δεήσεις ἀναφέρω, τὰς θλίψεις διαδοῦναι εὐχόμενος. Ὡς οὐ δικαίως διώκομαι, ἐπίστασαι, φησίν.

Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου. Ταῦτα δὲ ἔδρων, τὴν ὑπερβολὴν θεώμενος τῶν κακῶν· παρ' αὐτὸν γὰρ ἐσκηνούμην τὸν θάνατον. *Καὶ σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου*, θαῤῥοῦντος τῇ τοῦ βίου πορείᾳ καὶ ταῖς πράξεσι τὸ, *Σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου.* Ὁρῶν δὲ τοὺς νοητοὺς τῆς ψυχῆς ἐχθροὺς παρασκευάσαντας εἰσελθεῖν τὸν Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον ὑπὲρ τοῦ συλληφθῆναι τὸν Δαυὶδ, εἰκότως ἐλέγετο· *Ἔκρυψαν παγίδα μοι*, ἣν ἡ παροῦσα κατήργησε προσευχή. Τὸ γὰρ ἐπ' ἀνθρώποις, συλληφθεὶς ἐν τῷ σπηλαίῳ, δρασμοῦ παντὸς ἀποκέκλειστο, καὶ οὐκ ἦν ὁ C ῥυόμενος, ἢ ἐκζητῶν αὐτοῦ τὴν ψυχήν.

Ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐπορευόμην ἔκρυψαν παγίδα μοι. Εἴ τις τὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ λογίσηται τόπον, εὑρήσει προσηκόντως τὰ εἰρημένα. *Κατενόουν εἰς τὰ δεξιὰ καὶ ἐπέβλεπον, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με.* Παρατιθέντες τὰς ἀγχιθύρους κακίας τοῖς ἀσκουμένοις ἀρεταῖς. Οἷον ὁδεύοντι ἐπὶ σοφίαν, ἔκρυπτον παγίδα, σοφίαν οὐ Θεοῦ· καὶ ζητοῦντι γνῶσιν, παρετίθεσαν τὴν ψευδώνυμον. Ἔχει δέ τινα ὁμοιότητα τὸ ῥητὸν πρὸς τὸ, *Ἐχόμενα τρίβου, σκάνδαλα ἔθεντό μοι.* Δύνανται δὲ καὶ αἱ ὑπερβολαὶ δηλοῦσθαι παγίδες, εἰς ἃς ἐμπίπτει ὁ μὴ φυλαττόμενος, περὶ ὧν λέγει· *Κατενόουν εἰς τὰ δεξιά.* Τοῖς γὰρ φιλοτιμοτέροις εἰς δεξιὰ παγίδες.

D *Ἀπώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν ψυχήν μου.* Οὐ γὰρ ἦν ἀποδιδράσκειν ἐκ τοῦ σπηλαίου τῶν ἔμπροσθεν κατεχομένων ὑπὸ τοῦ Σαούλ. Οὐδεὶς, φησὶ, τῆς ἐμῆς ψυχῆς τὴν σωτηρίαν ἐπιζητεῖ

Ἐκέκραξα πρὸς σὲ, Κύριε. Ἐπ' αὐτῷ γὰρ μόνῳ δεῖται τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας.

Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου. Ταῦτά φησιν ὡς πρὸς τὸν τοῦ σπηλαίου τόπον. Ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἔξω ποίησον ἀποκλεισμοῦ τὴν ψυχήν μου. Τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου.* Ἐπειδὰν, φησὶ, ταύτης με τῆς θλίψεως ἀπέλυσας καὶ τῆς εἱρκτῆς, εὐχαριστηρίους ἀναπέμψω ᾠδάς.

Ἐμὲ ὑπομένουσι δίκαιοι ἕως οὗ ἀνταποδῷς μοι. A Ἐὰν ἐξαγάγῃς με, φησὶν, ἐντεῦθεν ἀμειψάμενός μου τὰς ἀγαθὰς πράξεις, καὶ οἱ λοιποὶ δίκαιοι ἐμὲ ὑπόδειγμα πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, καὶ ἐκ τῶν κατ' ἐμὲ τὰ κατ' αὐτοὺς ἀποταμιευόμενοι, ἀποδώσουσί σοι τὰς λιτὰς καί σοι προσδραμοῦνται.

nec retribuas mihi. Si me exhinc eduxeris, inquit, in mercedem bonorum operum, reliqui justi me in exemplum præ oculis habentes, et ex iis quæ mihi contigerunt quæ ipsos spectant secum reputantes, supplicationes offerent tibi et ad te accurrent.

ΨΑΛΜΟΣ ᾠδῆς τῷ Δαυΐδ, ὅτε κατεδίωκεν αὐτὸν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀβεσσαλώμ. ΡΜΒ'.

Ὑπόθεσις.

Καὶ οὗτος ὁμοίαν ἔχει τοῦ πρὸ αὐτοῦ τὴν ὑπόθεσιν. Εὔχεται γὰρ ἀπὸ τῶν διωκόντων ῥυσθῆναι, ὡς ὁ Ἀπόστολός φησι. Τυπικῶς δὲ ταῦτα συνέβη τοῖς ἀρχαιοτέροις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν. Διδασκόμεθα τοίνυν ἐν περιστάσεσιν ἐπὶ μόνον καταφεύγειν τὸν Θεόν. Ἰστέον δὲ ὅτι ἀναφέρεται εἰς τὸ τῆς ἀνθρωπότητος πρόσωπον ἡ προσευχὴ καταδιωκομένης καὶ θλιβομένης ὑπὸ τοῦ πλεονεκτήσαντος Σατανᾶ, οὗ καὶ ῥυσθῆναι εὔχεται διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Μονογενοῦς. B

1. *PSALMUS cantici David, quando persequebatur eum Abessalom filius ejus. CXLII.*

Argumentum.

Similis argumenti cum priore est hic psalmus. Rogat enim liberari a persequentibus, ut ait Apostolus. Figurate autem isthæc antiquioribus contigere, scriptaque sunt ad monitionem nostram. Docemur itaque in occasionibus ad solum Deum confugere. Sciendum autem est, orationem referri ad personam humanæ naturæ agitatæ et afflictæ ab arrogante illo Satana, a quo per Unigeniti adventum redimi se postulat.

Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Εἰσακουσθῆναι, φησὶν, ἀξιῶ διὰ τῆς σῆς ἀληθείας. Ὅμοιον δὲ ὡσεὶ λέγοι· Ἔσο μοι ὑπήκοος, τὸν Μονογενῆ σου ἀποστείλας, ὅς ἐστιν ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη.

2. *Domine, exaudi orationem meam.* Exaudiri me, inquit, postulo per veritatem tuam. Perinde autem est ac si diceret: Exaudi me, mitteque Unigenitum tuum, qui est veritas et justitia.

(Deest unum folium in Colb. 2 et 3.)

Ἐκάθισέ με ἐν σκοτεινοῖς ὡσεὶ νεκροὺς αἰῶνος. Σκοτίαν τὴν ἀγνωσίαν ἣν ἔσχε ποτὲ δηλοῖ. Οὐδὲν γὰρ διεφερόμην νεκροῦ. Νεκροὺς αἰωνίους τοὺς πάλαι εἰδωλολάτρας φησίν.

3. *Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi.* Per obscuritatem indicat ignorantiam, in qua olim versabatur. Nihil enim, inquit, differebam a mortuo. Mortuos sæculi, vocat idololatras illos veteres.

Ταχὺ εἰσάκουσόν μου, Κύριε, ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου. Ἐν ταῖς ἐσχάταις περιστάσεσιν, ἐπειδὰν ἐγκινδυνεύει τινὸς ἡ ψυχὴ, προσήκει τοῦτο λέγειν, οὐ μὴν ἐν ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἀναγκαίως κεχρῆσθαι. C

7. *Velociter exaudi me, Domine, defecit spiritus meus.* In postremis occasionibus quando cujuspiam anima periclitatur id convenit dicere; neque tamen in humanis negotiis iis uti necesse est.

Ἀκουστὸν ποίησόν μοι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου. Τὴν πρωϊνὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου λέγει· ἢ τάχα καὶ τὴν πρωϊνὴν ἀνάστασιν εὔχεται παραγενέσθαι Χριστοῦ, δι' ἧς ἐλεούμεθα.

Γνώρισόν μοι, Κύριε, ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι. Τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας εὔχεται τυχεῖν.

Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου. Τῶν νοητῶν δηλονότι.

8. *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam.* Matutinam Domini resurrectionem significat: aut fortasse rogat advenire matutinam Christi resurrectionem, qua misericordiam consecuti sumus.

Notam fac mihi, Domine, viam in qua ambulem. Evangelicam doctrinam consequi rogat.

9. *Eripe me de inimicis meis.* Spiritualibus videlicet.

(Hic desunt in Colb. 3 quædam folia.)

Τῷ Δαυΐδ πρὸς τὸν Γολιάθ. ΡΜΓ'. D

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεός μου. Ἐκ περιχαρείας τὸ προοίμιον. Ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν. Χεῖρας τὰς πράξεις φησὶν εἶναι τὰς κατὰ θεοσέβειαν γενομένας, δι' ὧν πολεμοῦμεν τὸν Σατανᾶν.

Ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη. Ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων τῷ κόσμῳ τούτῳ ὡμοιώθη.

Ἄστραψον ἀστραπὴν, καὶ σκορπιεῖς αὐτούς. Ἀστραπὴν τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμά φησιν.

Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους· ἐξελοῦ με, καὶ ῥῦσαί με ἐξ ὑδάτων πολλῶν, ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων. Ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητας. Τῶν περικυκλωσάντων ἡμᾶς λογισμῶν ὑπὸ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς. Ἢ καὶ ὕδατα τὸν τῶν Ἰουδαίων φησὶ λαὸν τὸν κυκλώσαντα τοὺς ἀπο-

Davidi adversus Goliath. CXLIII

1. *Benedictus Dominus Deus meus.* Ex gaudio tale prooemium emittitur. *Qui docet manus meas ad prælium.* Manus vocat opera cum pietate erga Deum facta, per quæ Satanam impugnamus.

3. *Homo vanitati similis factus est.* Singuli homines huic mundo similes sunt.

6. *Fulgura coruscationem, et dissipabis eos.* Fulgur vocat evangelicam prædicationem.

7. *Emitte manum tuam de alto, eripe me et libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum est vanitates.* Agit de cogitationibus quæ ex dæmonum insidiis nos circumsistunt. Aut forte aquas dicit Judæorum populum qui circumdabat apostolos, ut cohiberet ac

perderet. Atque illi ipsi fuerint filii alieni, qui vana loquuntur: et quæ vana, nisi cum Christo dicerent : *Quare tu, homo cum sis, facis teipsum Deum* [88]?

9. *Deus, canticum novum cantabo tibi*. Evangelicum scilicet; sermo autem est ex persona Davidis. *In psalterio decachordo psallam tibi*. Psalterium decachordum est corpus, quod quinque sensus habet, et quinque animæ operationes : singulis scilicet sensibus insunt singulæ operationes.

10, 11. *Qui das salutem regibus nostris*. Sanctis scilicet apostolis, quos Christus principes eorum constituit. *Qui redemisti David servum tuum de gladio maligno, eripe me, et erue me de manu filiorum alienorum*. Propter tua cum illis pacta, omnem nostri sollicitudinem geras. Gladium namque malignum, irruentium furorem et ferocitatem vocavit. Ipsos autem alienos vocat, utpote impios.

12. *Quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua*. Ejus qui secundum carnem est populi, inquit, florentes sunt ; ejus autem qui secundum spiritum, humiles. Hi namque sunt qui dicunt : *Etiamsi exterior noster homo corrumpitur, interior renovatur* [89].

Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi. De ornatu terrestri loquitur. Quamobrem non templum Dei factæ sunt, sicut sanctæ credentium animæ; sed similitudo templi. Simulabant enim se secundum legem vitam agere. At in se Verbum non habebant, sed malignum spiritum.

13. *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud*. Recondiderunt enim non cœlestes, sed terrenas divitias.

14. *Oves eorum fetosæ, abundantes in egressibus suis*, etc. Pinguia et fecunda sunt pecora eorum. *Non est ruina maceriæ neque transitus*. Magnam, inquit, felicitatem nacti sunt; quæ tamen ad finem usque non perdurabit. Illud enim in alio psalmo docuit his verbis : *Dejecisti eos dum elevarentur* [1].

15. *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: Beatus populus cujus Dominus Deus ejus*. Et illi quidem non recte judicantes, sed quæ carnem spectant magni facientes, eum qui hæc ample possideat beatum esse existimant. Verum id nequaquam felicitas est. Sed invocare Dominum Deum suum (illud est vere felicitas).

Laudatio ipsi David. CXLIV

1. *Exaltabo te, Deus meus, rex meus*. Non altitudinem ipsi dat quasi ea careat; sed aliis declarat eam ipsum obtinere. Quale est illud : *Pater, clarifica nomen tuum in terra* [2]. Non rogat enim eam accipere quam non habet, sed eam quam habet manifestari, ut indicat illud : *Clarifica me claritate quam habui apud te antequam mundus fieret* [3].

A στόλους, ἐν τῷ συσχεῖν καὶ ἀπολέσαι. Καὶ οὗτοι εἶεν υἱοὶ ἠλλοτριωμένοι, οἱ καὶ μάταια λαλοῦντες. Καὶ ποῖα μάταια, ἢ τὸ λέγειν τῷ Χριστῷ· *Πῶς σὺ, ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν;*

Ὁ Θεὸς, ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι. Τὴν εὐαγγελικὴν δηλονότι. Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ προσώπου τοῦ Δαυῒδ ὁ λόγος ἐστίν. *Ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψαλῶ σοι*. Ψαλτήριον δεκάχορδον τὸ σῶμά ἐστιν, ἅτε πέντε αἰσθήσεις ἔχον, καὶ πέντε ἐνεργείας ψυχῆς, δι' ἑκάστης αἰσθήσεως γιγνομένης ἐνεργείας ἑκάστης.

Τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν. Τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, οὓς κατέστησεν ἄρχοντας αὐτῶν ὁ Χριστός. *Τῷ λυτρουμένῳ Δαυῒδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς· ῥῦσαί με καὶ ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων*. B Διὰ γὰρ τὰς πρὸς ἐκείνους συνθήκας πᾶσαν ἡμῶν κηδεμονίαν ποίησον. Ῥομφαίαν γὰρ πονηρὰν τῶν ἐπελθόντων τὸ μανικὸν καὶ θηριῶδες ἐκάλεσε· τοὺς δὲ αὐτοὺς ἀλλοτρίους, ὡς δυσσεβεῖς.

Ὧν οἱ υἱοὶ αὐτῶν ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν. Τοῦ κατὰ σάρκα λαοῦ υἱοὶ, φησὶν, εὐθαλεῖς εἰσι· τοῦ δὲ κατὰ πνεῦμα τεταπεινωμένοι. *Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ λέγοντες· Εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται*.

Αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλωπισμέναι, περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ. Τῷ ἐπιγείῳ κόσμῳ. Διὸ καὶ οὐ ναὸς Θεοῦ γεγόνασιν, ὡς αἱ ἅγιαι τῶν πιστευσάντων ψυχαὶ, ἀλλ' ὁμοίωμα ναοῦ· προσεποιοῦν- C το γὰρ τὴν κατὰ νόμον ἐπιτηδεύουσαι πολιτείαν. Ἀλλ' οὐχ ἔσχον ἐν αὐταῖς τὸν Λόγον, ἀλλὰ τὸ πονηρὸν πνεῦμα.

Τὰ ταμιεῖα αὐτῶν πλήρη ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Ἐθησαύρισαν γὰρ οὐ τὸν οὐράνιον, ἀλλὰ τὸν ἐπίγειον πλοῦτον.

Τὰ πρόβατα αὐτῶν πολυτόκα, πληθύνοντα ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν. Πίονα δὲ αὐτῶν καὶ πολύγονα τὰ κτήνη. *Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ οὐδὲ διέξοδος*. Πολλὴν, φησὶν, ἔσχον τὴν εὐημερίαν· ἀλλ' οὐ μέχρι τέλους αὐτοῖς στήσεται. Τοῦτο γὰρ ἐν ἄλλῳ ψαλμῷ ἐδίδαξεν εἰπών· *Κατέβαλες αὐτοὺς ἐν τῷ ἐπαρθῆναι*.

Ἐμακάρισαν τὸν λαὸν ᾧ ταῦτά ἐστι· μακάριος ὁ λαὸς οὗ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ. Οἱ μὴ ὀρθῶς D κρίνοντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ φανταζόμενοι τὰ σαρκὸς, τὸ τούτων ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι πολλῇ μακάριον εἶναι νομίζουσιν. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο μακάριον· ἀλλὰ τὸ ἐπικαλεῖσθαι Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ.

Αἴνεσις τῷ Δαυῒδ. ΡΜΔ'.

Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου. Οὐχ ὡς μὴ ἔχοντι δὲ δίδωσιν ὕψος· ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις δεικνυσιν ἔχοντα. Ὁποῖον· *Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα ἐν τῇ γῇ*. Οὐ γὰρ ἣν μὴ εἶχεν αἰτεῖ, ἀλλ' ἣν καὶ εἶχε δειχθῆναι· ὡς δηλοῖ τό· *Δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι*.

[88] Joan. x, 33. [89] II Cor. iv, 16. [1] Psal. lxxii, 18. [2] Joan. xii, 28. [3] Joan. xvii, 5.

A *Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε.* Ἀρχὴ παρ' Ἑβραίοις τοῦ παρόντος στίχου τὸ Βήθ. Διδάσκει δὲ ὡς οὐ μίαν ἡμέραν παραπεμπτέον ὕμνων χωρίς. Ὅλῃ μὲν οὖν ψυχῇ καὶ διανοίᾳ ὑψοῦν δεῖ καὶ εὐλογεῖν τὸν Θεόν· τὸ ὄνομα δὲ αὐτοῦ δοξάζειν θνητοῖς ὀνόμασί τε καὶ ῥήμασιν.

Γενεὰ καὶ γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου. Τὴν ἀμφοτέρων φησὶ λαῶν συναχθεῖσαν Ἐκκλησίαν ἔκ τε τῶν ἐκ περιτομῆς καὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν. Ἔργα δὲ αὐτοῦ, ἃ πεποίηται ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ φησί· πολυτρόπως δὲ αὐτὰ ὑμνεῖ· δύναμιν, καὶ μεγαλοπρέπειαν, καὶ δόξαν, καὶ ἁγιωσύνην, καὶ θαυμάσια· καὶ πάλιν δύναμιν καὶ μεγαλωσύνην καὶ χρηστότητα, καὶ δικαιοσύνην καὶ οἰκτιρμοὺς προσαγορεύων.

2. *Per singulos dies benedicam tibi.* Apud Hebræos initium præsentis versiculi est *Beth.* Docet autem, nullam esse diem absque hymnis prætermittendam. Tota igitur anima, tota mente, exaltare Deum, et benedicere illi oportet, nomenque ejus glorificare mortalibus nominibus atque verbis.

4. *Generatio et generatio laudabit opera tua*, etc. Ecclesiam ait ex ambobus populis congregatam, ex circumcisione scilicet et ex gentibus. Ejus autem opera narrat quæ in adventu suo fecit : multisque modis ea celebrat, virtutem, magnificentiam, gloriam, sanctitatem, et mirabilia dicens, ac rursum virtutem, magnitudinem, suavitatem, justitiam et miserationes.

(Desunt quædam folia in fine in C. 5.)

B *Καὶ τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου ἐροῦσι.* Πρακτικῶς ἐροῦσι καὶ μετὰ ὀρθοῦ φρονήματος. Οἷόν ἐστι· *Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.* Καὶ τὸ, *Ἀλαλάξατε Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως· ὅτι Κύριος ὕψιστος φοβερός.* Ταῦτα γὰρ ἐροῦσι δι' αὐτοῦ τοῦ φοβεῖσθαι καὶ σέβας ἔχειν Θεοῦ. Διηγήσονται δὲ καὶ ὡς πέρας οὐκ ἔχουσαν αὐτοῦ τὴν μεγαλωσύνην, οὐ περιγράψαντες γνώσει, ἀλλ' ὡς οὖσαν ἀκατάληπτον· μόνος γὰρ ὁ Υἱὸς γινώσκει τὸν Πατέρα, καὶ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν. Εἰ δὲ καὶ ἀποκαλύπτει τὸν Πατέρα οἷς βούλεται, ἀλλ' οὖν ὡς ἐφικτὸν γενητοῖς ἰδεῖν, κατὰ ἀναλογίαν ἧς τις ἔχει προπαρασκευῆς.

Μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου ἐξερεύξονται. Πᾶσι μὲν αὐτὸς, ἅτε Θεὸς ὢν ἀγαθὸς, C ἐπιδέδωκε τὴν χρηστότητα, καὶ οἰκτείρει πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Σώζονται δὲ οἱ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ ἀπολαύειν ἐθέλουσιν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΕ'.

Αἴνει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον· αἰνέσω τὸν Κύριον ἐν τῇ ζωῇ μου.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ. Ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου, φησὶ, πάντα ὅσα ἐφρόνησεν ἠχήσονται, καὶ οὐδὲν ἔσται ὧν ἐφαντάζετο ἐπὶ γῆς.

Διδόντα τροφὴν τοῖς πεινῶσι. Πνευματικὴν δηλονότι τοῖς λιμώξουσι παντὸς ἀγαθοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜϚ'.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός. Ἐν μὲν τῷ προλαβόντι αὐτὸς ἑαυτὸν παρῄνει εἰς μόνον D τὸν Θεὸν ἔχειν τὴν ἐλπίδα· ἐν δὲ τούτῳ τὸν ἀποστολικὸν χορὸν δείκνυσι διδάσκοντα τὸ πλῆθος αἰνεῖν τὸν Θεὸν, ἐφ' οἷς τὸ γένος εὐηργέτησεν.

Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος. Πραεῖς μὲν τοὺς τὴν πίστιν αὐτοῦ δεξαμένους φησὶ, τοὺς μιμησαμένους τὸν εἰπόντα· *Πρᾶός εἰμι ἐγώ.* Ἐγὼ δὲ τοὺς ἁμαρτωλοὺς μισῶ, φησὶν, οἵτινές εἰσιν οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες, οἱ τῷ πυρὶ ἐνοικοῦντες.

Καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Δουλείαν τῶν ἀνθρώπων φησὶ βοῦς, καὶ ἡμιόνους καὶ τὰ ἕτερα τῶν κτηνῶν.

6. *Et virtutem terribilium tuorum dicent.* Cum bonis operibus ita loquentur, et cum recta sententia. Quale est illud : *Terribile est incidere in manus Dei viventis* [a]. Et illud : *Jubilate Deo in voce exsultationis : quoniam Dominus excelsus terribilis* [b]. Hæc enim dicent quod timeant et honorent Deum. Narrabunt autem ejus magnitudinem, utpote quæ terminum non habeat, non circumscribentes eam cognitione sua, sed ut incomprehensibilem (52). Solus namque Filius cognoscit Patrem, et Pater Filium. Etiamsi vero Patrem manifestet quibus vult, at ut opificiis possibile est ipsum videre, habita ratione præparationis cujusque hominis.

7. *Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt.* Omnibus ipse hominibus, utpote qui Deus bonus sit, suavitatem suam impertivit, et miseratur omnia opera sua. Salutem autem consequuntur qui suavitate ejus frui volunt.

PSALMUS CXLV.

1. *Lauda, anima mea, Dominum ; laudabo Dominum in vita mea.*

4. *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* In hora mortis, inquit, omnia cogitata ejus publica fient, nec occultum erit quidpiam eorum quæ in terra cogitavit.

7. *Dat escam esurientibus.* Spiritualem scilicet, iis qui omne bonum expetent.

PSALMUS CXLVI.

1. *Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus.* In præcedenti psalmo sese hortabatur in Deum solum spem ponere ; in hoc autem apostolicum chorum exhibet docentem multitudinem, laudare Deum de beneficiis generi hominum collatis.

6. *Suscipiens mansuetos Dominus.* Mansuetos vocat eos qui fidem ejus susceperunt, imitati eum qui dixit : *Mitis ego sum* [c]. Ego autem peccatores odio habeo, inquit, qui sunt impuri dæmones in igne habitantes.

8. *Et herbam servituti hominum.* Servitutem hominum vocat boves, mulos et reliqua jumenta.

[a] Hebr. x, 31. [b] Psal. xlvi, 2. [c] Matth. xi, 29.

(52) Nota Athanasiani styli.

IN FRAGMENTA SUBSEQUENTIA MONITUM.

—

Quæ subsequuntur fragmenta Commentariorum Athanasii in psalmos prior edidit Petrus Felckmannus sub finem appendicis ad editionem Commelinianam, hac præmissa ad lectorem admonitione.

PETRUS FELCKMANNUS LECTORI.

« Cum præmissam appendicem hucusque jam perduxissem, incidi in opera Luciferi episcopi Calaritani, cujus crebra et laudata in Athanasio nostro mentio, jam olim Lutetiæ a Joanne Tilio episcopo Meldensi edita. Quæ cum pervolverem, incidi in tres Athanasii epistolas, duas ad Luciferum, et tertiam ad solitariæ vitæ studiosos, quarum ne fama quidem ante ad nos pervenerat. Quas cum ex rerum cum aliis Athanasii epistolis similitudine et tractatione genuinas esse existimem, hic subjungendas esse putavi. Et quia eodem quoque tempore fragmenta quædam Commentariorum sancti hujus nostri in psalmos in συλλογῇ *Nicetæ Heracleotæ in Biblioth. Palatina reperi, eadem similiter, donec integra aliunde prodeant, adjeci tumultuario opere festinantibus prelis a me versa. Quanquam fortasse non omnia quæ Nicetas ex illis decerpsit, damus. Nam codex quo usi sumus in psalm.* LXXVI *deficiebat. Et verisimile non est Nicetam in reliqua psalmorum parte Athanasii explicationes, quas eatenus tam frequenter citat, omisisse.*

« Denique brevem Athanasii sententiolam, et locorum quorumdam varias lectiones ad finem subdidi, depromptas ex vetustissimo codice Biblioth. Palatinæ, qui continebat similem catenam expositionum in Jobum, ab incerto auctore concinnatam. Tu vero, benevole lector, auctarium hocce benevole acceptare, nostrisque studiis favere velis oro. » Hæc Felckmannus.

Epistolas porro memoratas a Felckmanno ad Luciferum et ad monachos, edidimus supra. Hæc autem fragmenta quod spectat, consimillima illa sunt, paucissimis exceptis, expositionibus Athanasii supra editis. Quod si quandoque nonnulla occurrant quæ in Expositionibus non compareant, non ideo repudianda, et Athanasio abjudicanda; nam, quod observasse juvabit, ad eos psalmorum versus pertinent, quorum explicatio non exstat in Expositionibus, utpote non integris ac persæpe deficientibus. Cæterum hæc excerpta non ad verbum refert Nicetas, sed plerumque quoad sententiam tantum nec raro permista cum aliorum Patrum commentariis, quorum ipse nomina affert. Etenim quando eadem omnino, nec immutata nec auctiora sunt quam in Expositionibus, ea omisimus, ne bis idem inutiliter repetatur.

—

FRAGMENTA COMMENTARIORUM D. ATHANASII

IN PSALMOS.

—

Ex Nicetæ metropolitæ Heracleæ catena expositionum, sive ut ipse vocat, Συναγωγῇ ἐξηγήσεων, ex Græcis Patribus in Psalmos collecta

Nicetas hic in proœmio tertiam ex quinque, quas sibi præmittendas esse quæstiones censuit, hanc, vel τὸ Ψαλτήριον, explicans, addito nomine Ἀθανασίου, *sequentia subjicit.*

A Est igitur psalterium instrumentum musicum constans decem chordis, de summis ipsius compagis partibus sonum perficiens, vocemque consona quadam melodia articulatæ voci similem reddens: ac dicitur, Hebræis quidem, naula; Græcis vero, cithara. Conficitur vero hoc modo: sumpto ligno recto, nihilque penitus inflexo, decem in eo chordæ tendebantur; ac singulæ seorsim in summitate ipsius psalterii fixæ constringebantur: earum autem principia desursum demittuntur. In cubito (*sive collo*) namque ipsius psalterii decem claviculæ sive paxilli trajecti vertuntur, qui chordas tendunt, remittuntve, prout vocum consonantia et proportio requirit, et ad psallentis libitum. Et hoc est, quod magnus Basilius ait, etc.

Ἔστι τοίνυν τὸ ψαλτήριον ὄργανον μουσικὸν δεκάχορδον, ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν τῆς κατασκευῆς ἀποτελοῦν τὸν ἦχον, ἐναρμονίως τοὺς φθόγγους πρὸς τὴν ἐκ τῆς φωνῆς μελῳδίαν ἀποδιδόν· παρὰ μὲν Ἑβραίοις ναῦλα λεγόμενον, παρ' Ἕλλησι δὲ κιθάρα ὀνομαζόμενον. Κατεσκεύαστο γὰρ αὐτοῖς ὀρθὸν ξύλον καὶ ἀπαρέγκλιτον, χορδαὶ δὲ ἐν τούτῳ δέκα ἐτείνοντο. Ἑκάστη δὲ τῶν χορδῶν εἰς τὸ ἀκροτελεύτιον τοῦ ψαλτηρίου διῃρημένως ἐναπεσφίγγετο· αἱ δὲ ἀρχαὶ τῶν χορδῶν καθίεντο ἄνωθεν. Δέκα γὰρ κόλλαβοι εἴτουν πασσαλίσκοι, περὶ τὸν πῆχυν τοῦ ψαλτηρίου στρεφόμενοι, ἐτεινόν τε τὴν χορδὴν καὶ ἐχάλων πρός τε τὸν ῥυθμὸν τῆς ἁρμονίας καὶ πρὸς τὸ τοῦ ψαλτῳδοῦ βούλημα. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, etc.

Idem explicans ista psalmi II, « Convenerunt reges terræ, » etc., ponit :

Ἀθανάσιος. Διὰ τί δὲ οἱ βασιλεῖς Ἡρώδης ὁ Ἀσκαλωνίτης καὶ Πιλᾶτος ὁ Πόντιος παρέστησαν, τουτέστι παρετάξαντο καὶ ἐπῆλθον κατὰ Χριστοῦ; Διὰ τί δὲ οἱ ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων οἱ ἀσεβεῖς, καὶ λοιμοὶ, καὶ ἁμαρτωλοὶ, Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι, καὶ νομικοὶ, εἰς ταὐτὸν συνέδραμον, καὶ κατὰ τοῦ Κυρίου, τουτέστι τοῦ Πατρὸς, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἐλύττησαν, τουτέστι τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ; Ὁ γὰρ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὐδὲ τὸν Πατέρα τιμᾷ. Τάχα μὲν οὖν, ἐπειδὴ τὰ παρ' ἐκείνοις τετολμημένα τοῦ Κυρίου μᾶλλον τὴν δύναμιν ἔδειξε, καὶ εἰς τοὐναντίον αὐτοῖς τὰ ἐπιχειρήματα γέγονεν, οἱονεὶ μυκτηρίζει αὐτοὺς ὁ Δαυῒδ, ὡς εἰς κενὸν πάντα τολμήσαντας· τάχα δὲ καὶ μέμφεται. Τί γὰρ δήποτε αἰτιώμενοι οἱ κατὰ Χριστοῦ συνδραμόντες σταυρῷ τοῦτον ἀνήρτησαν; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῖς ἔθνεσι μὲν δεδωκὼς τὴν σοφίαν, τοῖς δὲ βασιλεῦσι τὸ κράτος παρασχὼν, καὶ τοῖς ἄρχουσι τὴν ἀρχὴν κρατυνόμενος, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις τὰ μέγιστα τερατουργήσας καὶ βοώμενα θαύματα;

A *Athanasius.* Quæ vero causa erat, quod reges, Herodes Ascalonita et Pontius Pilatus convenirent, hoc est, conspirarent, et impetum facerent contra Christum? Aut quid rei erat, quod principes Judæorum, impii illi, pestilentissimi et facinorosissimi homines, Scribas dico, Pharisæos et legisperitos, in unum congregati sunt, et contra Dominum, hoc est Patrem, insanierunt, contraque Christum ejus, scilicet Filium? Nam qui non honorat Filium, is neque Patrem honorat [7]. Quandoquidem igitur et quæ ab illis patrata sunt, Domini potentiam adhuc magis demonstrarunt, ipsorumque conatus plane contrarium exitum sortiti sunt : idcirco videtur illos David quasi irridere, ut qui in vanum omnia tentarunt : vel fortasse etiam accusare. Qua enim, B quæso, causa culpave in Christo deprehensa concursu facto ipsum in crucem sustulerunt? Nonne ipse est, qui gentibus sapientiam dedit, qui regibus imperium tribuit, qui principibus dominatum confirmat? qui denique Judæis summa et proclamatissima illa operatus est miracula?

Et in versum sequentem scribens :

Ἀθανάσιος. (53) Ἐνταῦθα λείπει τὸ, λέγοντες, ἵνα ᾖ ἡ διάνοια αὕτη· *Συνήχθησαν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ*, λέγοντες· *Διακόψωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν*. Τίνων; τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ· οὐ γὰρ ἤθελον εἴσω τῆς ἱερᾶς γενέσθαι σαγήνης· *Ἀποῤῥίψωμεν δὲ τὸν ζυγὸν*, τουτέστι τὸν εὐαγγελικὸν νόμον καὶ τὴν ἐντολὴν, περὶ οὗ γέγραπται· Ὁ ζυγός *μου χρηστός ἐστι*. Τοῦτο δὲ αὐτὸς ὀνειδίζων αὐτοῖς διὰ Ἱερεμίου ἔλεγεν· *Εἶπας· Οὐ δουλεύσω σοι*· τουτέστιν, Οὕτως ἐπολιτεύσω, ὥστε ἀποσείσασθαι τὴν ἐμὴν δουλείαν. Ἢ τοίνυν ταῦτα ἐκ προσώπου τῶν Ἰουδαίων εἴρηται ἀθετούντων τὴν εἰς τὸν Κύριον ὑποταγὴν, καὶ οὔτε αὐτῷ οὔτε τῷ Πατρὶ ὑποζεῦχθαι θελόντων· ἢ καὶ τοῖς πιστεύσασι τὸ Πνεῦμα παρεγγυᾷ καὶ λέγει· Μὴ ὁμοιωθῶμεν τοῖς ἐπιβουλεύσασι τῷ Χριστῷ, μηδὲ συνδεθῶμεν αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμόνοιαν· ἀλλὰ καὶ τὸν βαρὺν τοῦ παλαιοῦ νόμου ζυγὸν ἀποτιναξώμεθα, μηδὲν ἡγούμενοι τὰ ἐν τύποις, εἰ μὴ νοοῖντο πνευματικῶς. Ἀσυντελὲς γὰρ πρὸς ὄνησιν ἡ σκιὰ, εἰ μὴ τὸ Χριστοῦ μυστήριον ζωγραφεῖ.

Athanasius. Deest hic illud, dicentes, ut hic sit sensus, *Congregati sunt contra Dominum et contra Christum ejus*, dicentes : *Dirumpamus vincula eorum*. Quorum? Patris nimirum et Filii : nolebant enim intra sacram Domini sagenam esse : *abjiciamus* vero etiam *jugum ipsorum*, hoc est, legem et præcepta Evangelii, de quo scriptum est : *Jugum meum suave est* [8]. Hoc vero etiam ipsemet Dominus C ipsis exprobrat per Jeremiam, dum ait : *Dixisti : Non serviam tibi* [9], quasi dicat, Sic te gessisti, ut servitutem meam excuteres. Aut igitur hæc tanquam ex Judæorum persona dicuntur, qui subesse Domino recusant, et nec ipsi, neque Patri ejus subjici volunt : aut certe Spiritus credentes admonet et dicit : Ne assimilemur iis qui Christo insidiati sunt, neque connectamur ipsis consentiendo : quin potius grave illud veteris legis onus abjiciamus, nihil æstimantes typos illos, nisi spiritualiter intelligantur. Umbra namque res quædam est imperfecta atque inutilis, si Christi mysterium non describit.

Et in illa verba : « Tunc loquetur ad eos in ira sua, » v. 5.

Ἀθανασίου. (54) Τότε. Πότε, ἢ ὅτε ἔλεγον· *Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν*; Τίνα δέ ἐστιν ἐν ὀργῇ παρ' αὐτοῦ λαληθέντα; *Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Καὶ τοῖς νομικοῖς, οὐαί*. Ἢ τὸ, *Τότε*, εἰς τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως ἀναφέρεται, ὅταν *ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν*. Τότε γὰρ ταράξει αὐτοὺς λέγων· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι*. Ἐπειράθησαν δὲ θείας ὀργῆς, καὶ ὅτε ἡ Ῥωμαϊκὴ αὐτοῖς ἐπιστᾶσα στρατιὰ τήν τε πόλιν ἐνέπρησε, καὶ τὸν

D *Athanasii.* Tunc. Quando, nisi cum dicerent : *Dirumpamus vincula ipsorum?* Porro quæ sunt illa, quæ in ira ab ipso dicta sunt? Hæc scilicet : *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi, quia tolletur a vobis regnum Dei* [10]. *Et vobis legisperitis, væ* [11]. Vel certe illud, *tunc*, refertur ad tempus judicii, quando *videbunt in quem transfixerunt* [12]. Tunc enim conturbabit eos, dicens : *Discedite a me, maledicti* [13]. Divinam autem iram Judæi experti sunt, cum Romanus in ipsos irruens exercitus urbem incendit, templum,

(53) Hæc habentur superius, sed breviora.

(54) Hæc item superius, sed pauciora.

[7] Joan. v, 23. [8] Matth. xi, 30. [9] Jerem. ii, 20. [10] Matth. xxi, 43. [11] Luc. xi, 46. [12] Joan. xix, 37. [13] Matth. xxv, 41.

expilavit, et denique maximam ipsorum partem morte delevit.

A ναὸν ἐπόρθησε, καὶ τοὺς πλείονας αὐτῶν θανάτῳ παρέπεμψεν.

Idem in inscriptionem psalmi tertii.

Athanasii et Cyrilli. Tertii psalmi inscriptio remittit nos ad historiam, quæ exstat in secundo libro Regnorum. Habuerat David ex diversis uxoribus complures filios. Inter hos Amnon erat primogenitus; ex alia vero conjuge suscepti Abessalom, et Thamar filia, uterque forma egregia. Hujus amore correptus Amnon, ac morbum simulans, cum a Davide visitaretur, petiit ab ipso, ut sororem sibi curatricem adesse juberet. Atque ita eam corrupit: post etiam odio habens, domo ejecit. Ipsa vero fratri Abessaloni de injuria conqueritur. Qui licet vehementer esset commotus, iram tamen dissimulat. B At aliquanto post tempore Amnonem ad cœnam vocatum interimit, metuensque patris iram, fugit: demumque post tres annos revertitur, ira Davidis jam remissa. Non illico tamen in conspectum Patris admissus, sed demum post duos annos. Tunc vero insidias Patri struere cœpit, currusque sibi et equites comparavit, sibique conciliavit eos, qui regem judicii causa adibant, sub specie benevolentiæ et clementiæ subjiciens sibi Patris subditos, cogensque ingentem transfugarum multitudinem, ut Patri insidias tenderet. Ad extremum, defecit, seque regem nuncupavit. Assumpsit vero cum multis aliis etiam Achitophelem, qui Davidi erat a consiliis, virum vafrum et industrium. Quo audito, fugit David cum iis, qui circa ipsum erant, nudis pedibus. Tunc C etiam Semei ipsum exsecratus est. Precatus vero David, ut Deus consilium Achitophelis velit facere irritum, submittit etiam Chusi, amicum suum, qui sententiæ illius contradicat, ac per sacerdotes Sadocum et Abiatharem sibi omnia significet Abessalonis consilia. Chusi vero, ubi ad parricidam pervenit, ab ipso tanquam fidelis et benevolus creditus, una cum Achitophele in medium consulere jubetur, quo pacto bellum geri oporteat. Et Achitophel quidem auctor est, ut Abessalom, prius tamen cum patris pellicibus congressus, eum a tergo persequatur, atque imparatum aggrediatur. Chusi autem, de pellicibus quidem nihil consilii dat; at ut e vestigio in patrem impetum faciat, hoc Abessaloni dissuadet. Ne, inquit, in montibus in ipsum inci- D dens, clade accepta, cum exercitum perdas, tum vero ipse in patris manus captivus pervenias. Parricida igitur dicente: *Melius est consilium Chusi, quam Achitophelis*[14], mœrore correptus Achitophel sibi ipsi laqueo vitam eripuit. Chusi vero omnia Davidi per sacerdotes significavit: jussitque insuper etiam fugere. Deinceps vero cum Abessalom rebus omnibus instructis, corruptis etiam prius patris pellicibus idque publice, patrem persequeretur, David quidem ipse in aciem non prodiit; ducibus vero suis credito exercitu præcepit ipsis, dicens: *Parcite filio meo Abessaloni*[15]. Prælio vero acri

Ἀθανασίου, Κυρίλλου. Sic absque copula utrumque nomen conjungens: forte ex utroque sententia conflata esse innuere volens. Ἡ τοῦ τρίτου ψαλμοῦ ἐπιγραφὴ πρὸς τὴν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν ἱστορίαν ἡμᾶς παραπέμπει. Τῷ Δαυῒδ ἐκ διαφόρων γυναικῶν παῖδες ἐγένοντο πλείονες. Ἐν τούτοις καὶ ὁ Ἀμνὼν ἦν πρωτότοκος· ἐξ ἑτέρας δὲ ὁ Ἀβεσσαλὼμ καὶ ἡ Θάμαρ, ἄμφω τὴν ὄψιν καλοί. Ταύτης ἠράσθη ὁ Ἀμνών· καὶ νοσεῖν ὑποκρινάμενος, ἐπειδὴ ὁ Δαυῒδ αὐτὸν ἐπεσκέψατο, παρεῖναι ἠξίου τὴν ἀδελφὴν αὐτὸν θεραπεύσουσαν. Καὶ διαφθείρας, εἶτα μισήσας, εὐθὺς ἐξέπεμψεν. Ἡ δὲ τῷ ἀδελφῷ Ἀβεσσαλὼμ τὴν ὕβριν ἀπήγγειλε. Κἀκεῖνος ἀγανακτεῖ μὲν, κρύπτει δὲ τὴν ὀργήν. Μετά τινα δὲ καιρὸν τὸν Ἀμνὼν εἰς δεῖπνον καλέσας, ἀπέκτεινε, καὶ φοβηθεὶς τὴν ὀργὴν τοῦ πατρὸς, ἀπέφυγε· μετὰ δὲ τρία ἔτη ἐπάνεισι, τοῦ θυμοῦ κοπάσαντος τῷ Δαυῒδ. Οὐ μὴν καὶ ὄψεως ἀξιοῦται τῆς πατρικῆς αὐτίκα, ἀλλὰ μετὰ δύο ἐνιαυτούς. Ἤρξατο δὲ ἐπιβουλεύειν τῷ πατρὶ, καὶ ἅρματα ἑαυτῷ καὶ ἱππεῖς ἐποίησε, καὶ ἰδιοποιεῖτο τοὺς ἐρχομένους κριθῆναι πρὸς τὸν βασιλέα, σχήματι ἐπιεικείας ὑπαγόμενος τοὺς ὑπηκόους, καὶ πλῆθος ἀποστατῶν συναθροίζων, εἰς ἐπιβουλὴν τοῦ πατρός. Καὶ τέλος ἀπέστη, καὶ βασιλέα ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε. Προσελάβετο δὲ σὺν ἄλλοις πολλοῖς καὶ τὸν Ἀχιτόφελ, ὃν ὁ Δαυῒδ εἶχε σύμβουλον, ἄνδρα δεινὸν καὶ δραστήριον. Καὶ ὁ Δαυῒδ ἀκούσας, φεύγει μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν γυμνοῖς τοῖς ποσίν· ὅτε καὶ Σεμεεὶ αὐτῷ κατηρᾶτο. Εὐχόμενος δὲ τὴν τοῦ Ἀχιτόφελ διασκεδασθῆναι βουλὴν ὁ Δαυῒδ, πέμπει καὶ τὸν ἑαυτοῦ φίλον Χουσὶ τῇ ἐκείνου γνώμῃ ἀντιταξόμενον, καὶ διὰ τῶν ἱερέων Σαδὼκ καὶ Ἀβιάθαρ δηλώσοντα αὐτῷ πᾶν ὃ ἂν βουλεύσηται ὁ Ἀβεσσαλώμ. Ὁ δὲ Χουσὶ, ἐπειδὴ πρὸς τὸν πατραλοίαν τοῦτον ἀφίκετο, πιστευθεὶς ὡς εὔνους αὐτῷ, αὐτός τε καὶ Ἀχιτόφελ προτρέπονται ὅ τι δέον περὶ πολέμου εἰπεῖν. Καὶ ὁ Ἀχιτόφελ προτρέπεται, ταῖς τοῦ πατρὸς τοῦτον μιγέντα παλλακαῖς, ὀπίσω διώκειν, καὶ ἀσυντάκτῳ προσβαλεῖν. Ὁ δὲ Χουσὶ περὶ μὲν τῶν παλλακῶν οὐδὲν ἀπεφήνατο· ἐξορμᾷν δὲ εὐθὺς κατὰ τοῦ πατρὸς οὐ συνεχώρει τῷ Ἀβεσσαλώμ· ἵνα μὴ ἐν ὄρεσι, φησὶν, ἐμπεσὼν καὶ δυσφορίαις, τό τε στρατόπεδον διαφθείρῃς, καὶ αὐτὸς ταῖς τοῦ πατρὸς ληφθείης χερσί. Τοῦ δὲ πατραλοίου εἰπόντος· *Ἀγαθὴ βουλὴ Χουσὶ ὑπὲρ τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ*, λυπηθεὶς Ἀχιτόφελ ἀπήγξατο. Ὁ δὲ Χουσὶ τῷ Δαυῒδ πάντα διὰ τῶν ἱερέων ἐδήλωσε, καὶ φεύγειν ἔτι ἐκέλευσεν. Ἐπεὶ δὲ παρασκευασάμενος ὁ Ἀβεσσαλὼμ ὀπίσω τοῦ πατρὸς κατεδίωξε, πρότερον ταῖς ἐκείνου παλλακαῖς ἐν ὑπαίθρῳ μιγεὶς, ὁ μὲν Δαυῒδ οὐκ ἐξῆλθεν αὐτὸς εἰς ἀντιπαράταξιν, ἡγεμόσι δὲ πιστεύσας τὸ στράτευμα, ἐνετείλατο αὐτοῖς λέγων· *Φείσασθέ μοι τοῦ παιδαρίου Ἀβεσσαλώμ.* Τοῦ δὲ πολέμου συῤῥαγέντος ἐν τῷ δρυμῷ Ἐφραῒμ, πίπτουσι μὲν εἴκοσι χιλιάδες ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ στρατεύματος τοῦ Ἀβεσσ

[14] II Reg. XVII, 14. [15] II Reg. XVIII, 5.

ἰὼμ· αὐτὸς δὲ, ὡς εἶχεν, ἔφευγε στρέψας τὸν χαλινόν. Βαθεῖαν δὲ τὴν κόμην καὶ πολλὴν τρέφων, ἐμπλέκεται ταύτην δρυΐ· καὶ ἡ μὲν ἡμίονος ἐκ τῶν σκελῶν αὐτοῦ διωλίσθησεν· ὁ δὲ μετέωρος ἐπὶ τοῦ δένδρου ἐκρεμᾶτο, ἕως, ἰδών τις αὐτὸν, ἀπαγγέλλει τῷ Ἰωάβ. Εἷς δὲ τῶν τοῦ Δαυῒδ ἡγεμόνων ἦν ὁ Ἰωάβ. Καὶ οὗτος, τρία βέλη λαβὼν ἀπὸ χειρὸς, εἰς τὴν καρδίαν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἐνέπηξε, καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. Ὁ δὲ Δαυῒδ, ἀκούσας, πενθεῖ· *Υἱέ μου*, λέγων, *Ἀβεσσαλὼμ, υἱέ μου. Τίς δῴη τὸν θάνατόν μου ἀντὶ σοῦ;* Καὶ οὕτω τοῦ τυράννου διαφθαρέντος, πάλιν ὁ Δαυῒδ τὴν βασιλείαν ἀναλαμβάνει. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον. Τὸν δὲ μετὰ χεῖρας ψαλμὸν συνέταξεν ἔτι διωκόμενος. Διὸ καὶ θρήνους ἔχει καὶ ὀλοφυρμούς. Ἀναχθήσεται δὲ καὶ εἰς Χριστὸν ὁ ψαλμὸς, τὸν ἀληθινὸν Δαυῒδ· Δαυῒδ γὰρ ἑρμηνεύεται *πεποθημένος καὶ ἱκανὸς χειρί*. Τίς δ' ἂν εἴη ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς πεποθημένος ἢ ὁ Χριστὸς, *ὁ ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων;* Τίς δὲ ἱκανὸς τῇ χειρὶ, εἰ μὴ ὁ ἰσχυρὸς Ἰησοῦς, ὁ τῇ δυνάμει τῆς θεότητος πάντας τοὺς ἀλλοφύλους τροπωσάμενος δαίμονας; Τοῦτον γὰρ ἐδίωκεν, ὡς ἄλλος τις Ἀβεσσαλὼμ, ὁ αἰσθητὸς καὶ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, οἱ Ἰουδαῖοι. Περὶ ὧν λέγει διὰ Ἡσαΐου· *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν.* Συνήργει δὲ πρὸς τὴν δίωξιν, οἷά τις Ἀχιτόφελ ὁ Ἰούδας· ὃν σύμβουλον εἶχεν ὁ νοητὸς Δαυῒδ ὁ Χριστός. Περὶ αὐτοῦ γὰρ εἴρηται ἔν τινι τῶν ψαλμῶν· *Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου.* Ἀλλὰ γὰρ Ἰούδας μὲν παραπλησίως τῷ Ἀχιτόφελ ἀπελθὼν ἀπήγξατο· ὁ δὲ Χριστὸς, ἀποστέλλων τοὺς ἡγεμόνας αὐτοῦ μαθητὰς εἰς τὸν κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ πόλεμον, ἐνετέλλετο, ὥσπερ ὁ Δαυῒδ, ἵνα φείσωνται τοῦ Ἀβεσσαλὼμ, οὕτω καὶ αὐτὸς, ἵνα τοὺς Ἰσραηλίτας μὴ παρόψωνται· *Ἔσεσθε γάρ μοι*, φησὶ, *κήρυκές τε καὶ μάρτυρες ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.* Ὥσπερ δὲ καὶ ἡ ἡμίονος καὶ αἱ τρίχες τὸν Ἀβεσσαλὼμ τῷ θανάτῳ παρέδωκαν, οὕτω τοὺς Ἰουδαίους ἡ ἀλογία καὶ τὸ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἔξω καὶ σωματικοῖς τῆς ἀληθινῆς ζωῆς ἀπεστέρησε· καὶ οὔτε τῆς γῆς ἀπολαύειν εἴασεν, οὔτε τοῦ οὐρανοῦ.

A commisso in querceto Ephraemitico, cadunt de exercitu Abessalonis vicies mille : ipse vero, laxis, prout valebat, habenis aufugit. Sed quia densam ac plurimam comam aluerat, ea in quercu quadam implicita, mula subtus ipso abeunte, ipse sublimis in arbore pendebat : donec forte conspicatus quidam id Joabo renuntiat. Erat vero hic unus de Davidis ducibus. Is ergo sumptis tribus hastis, cor Abessalonis transverberat, atque ita ipsum e medio tollit. Quo audito, lamentatur David : *O fili mi*, aiens, *Abessalom, o fili mi. Quis dederit ut ego moriar pro te* [16] ? Sic igitur, sublato tyranno, David rursum in regnum restituitur. Sed hæc posterius. Quod vero præsentem psalmum attinet, conscripsit eum David, cum adhuc persecutionem pateretur. Quamobrem etiam B planctus continet et ejulatus. Potest autem etiam de Christo intelligi, vero illo Davide. David enim si reddas, significat, *desideratum et manu promptum*. Quis autem natura et vere desideratus, nisi ipse Christus; utpote qui est *speciosus forma præ filiis hominum* [17] ? Aut quis manu tam promptus, quam est fortis Jesus, qui potentia deitatis suæ de universa allophylorum, seu dæmonum multitudine tropæa erexit? Hunc enim persecutus est, ut secundus quidam Abessalom, sensibilis ille, et secundum carnem Israel; Judæi scilicet. De quibus pronuntiat per Isaiam : *Filios genui et exaltavi : ipsi vero spreverunt me* [18]. Adjuvit vero persecutionem instar Achitophelis cujusdam, Judas; quem C consiliorum suorum participem habebat Christus, intelligibilis ille David. De illo enim dicitur in quodam psalmo : *Tu vero, o homo unanimis, dux meus, et notus meus* [19]. Judas etiam consimiliter Achitopheli seipsum laqueo suffocavit; Christus vero emittens duces suos discipulos ad bellum contra hostes suos gerendum, præcepit ipsis, quemadmodum David, ut parcerent Abessaloni, sic et ipse, ne Israelitas negligerent. *Eritis enim*, inquit, *mei præcones testesque in Jerusalem, et in universa Judæa et Samaria, et usque ad ultimum terræ* [20]. Ad hæc quemadmodum mulus et comæ Abessalonem neci tradiderunt, sic etiam Judæos bruta ipsorum insipientia, et animus in rebus externis et corporalibus defixus, inque iis omnem spem ponens, vera vita privavit : et nec terra, neque cœlo perfrui permisit.

Deinde subsequitur Athanasii nomine argumentum psalmi VII *prout habetur superius.*

Item illa verba psalmi XI, Ὅτι ὠλιγώθησαν ἀλήθειαι, *etc., præmissa prius Chrysostomi sententia, subjicit :*

(55) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον σαφῶς ὁ λόγος ἐνταῦθα τὴν Ἰουδαίων ἀπιστίαν ἐλέγχει. Διὸ Μωσῆς πρὸς αὐτοὺς ἀπέτεινε φάσκων· Υἱοὶ ἀνθρώπων οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς.

D Sed secundum magnum illum Athanasium evidenter arguunt hæc verba Judæorum infidelitatem. Quare Moses ad eos respexit, cum diceret : Filii hominum, in quibus nulla fides est [21].

Et in ejusdem psalmi versum sequentem, præmissa rursum Chrysostomi explicatione.

Κυρίλλου καὶ Ἀθανασίου. Τοῦτο καὶ ἐπὶ Ἰουδαίων ἀληθές· *Ἕκαστος ἐλάλησε μάταια πρὸς τὸν πλησίον*, τὰς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συνάγων ἐπιβουλάς.

Cyrilli et Athanasii. Hoc etiam de Judæis verum est : *Unusquisque* enim *vana locutus est ad proximum suum*, Salvatori nostro insidias struens.

[16] II Reg. XIX, 40. [17] Psal. XLIV, 4. [18] Isa. I, 2. [19] Psal. LIV, 14. [20] Act. I, 8. [21] Deut. XXXII, 5, 6.

(55) Hæc apprime conveniunt cum interpretatione psalmi XI, ubi ad Judæos hæc referuntur.

Tum etiam Græcorum poetæ et oratores, qui cum omnino nullam ejus rei curam haberent, verane essent quæ dicerent, conscripserunt singuli, sine prævio examine, quæ ipsis videbantur, hunc solum finem habentes, ut nimirum linguæ suæ elegantiam ostentarent.

A Καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι δὲ ποιηταὶ καὶ λογογράφοι, κατ' οὐδένα τρόπον τοῦ ἀληθεῖς εἶναι φροντίσαντες, συντεθείκασιν ἀβασανίστως τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, σκοπὸν ἔχοντες ἕνα, τὸ ἐπίδειξιν ποιήσασθαι γλώττης.

Item in psalm. XIII *ἐπιγραφήν.*

Athanasii. Secundum anagogen vero, aperit in hoc psalmo et explicat clarissime hominum impietatem et legis prævaricationem in omnibus suis conatibus : ut hinc necessitatem adventus Christi prædicet. Atque sic quidem divus Athanasius : secundum autem magnum Basilium, etc.

(56) *Ἀθανασίου.* Κατὰ μέντοι ἀναγωγήν, διαῤῥήδην ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ σαφηνίζει τῶν ἀνθρώπων τὴν εἰς τὸ παντελὲς τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν, ἵνα τὸ ἀναγκαῖον τῆς ἐπιφανείας ἀνακηρύξῃ Χριστοῦ. Καὶ οὕτως μὲν ὁ θεῖος Ἀθανάσιος· κατὰ δὲ τὸν μέγαν Βασίλειον, etc.

Similiter in titulum psalm. XIV, *præmissa Theodoreti sententia, subjicit :*

Athanasius autem et Basilius, magni illi Patres, aiunt, Davidem psalmum hunc cecinisse, ut doceret, quidnam illud sit, quod hominem præparet ad beatam illam quietem consequendam. Quare, cum propositum esset in hoc psalmo hominem perfectum describere, eum, inquam, qui beatitudinis particeps futurus est, ordine ac via quadam utitur in iis quæ in ipso spectari solent, a proximis ac primis facto exordio. Sic igitur incipit, *Domine*, etc.

B (57) Ἀθανάσιος δὲ καὶ Βασίλειος, οἱ μεγάλοι Πατέρες, φασίν· ὅτι τοῦτον ᾖδει τὸν ψαλμὸν ὁ Δαυῒδ διδάσκων, τί ἂν ἄνθρωπον παρασκευάσοι τῆς μακαρίας ἐκείνης τυχεῖν λήξεως. Διὸ τὸν τέλειον ἡμῖν ὁ λόγος ὑπογράψαι βουλόμενος, τὸν τῶν μακαρισμῶν, ἐπιτυγχάνειν μέλλοντα, τάξει τινὶ καὶ ὁδῷ τῶν περὶ αὐτὸν θεωρουμένων χρησάμενος, ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων καὶ πρώτων τὴν ἀρχὴν πεποίηται. Ἀρχόμενος οὖν φησι· *Κύριε*, etc.

Rursum in psalm. XV *illa verba, « Sanctis qui sunt in terra, » etc., v.* 3.

Athanasius. Sanctos esse ait hic, qui in Spiritu sunt sanctificati : Christi vero terram, Ecclesiam. Illud vero, *Mirificasti*, pro, Declarasti, ponitur. Voluntates porro ipsius Patris intelligit. Ut universorum hic sit sensus : Iis qui in fide sanctificati sunt, cognitam reddidit voluntatem Patris. Potes tamen hunc versum sic intelligere : Admirabiles reddidit Deus sanctos suos. Quare ? Quia voluntates ejus omnes in ipsis erant, et ab ipsis implebantur.

C (58) *Ἀθανάσιος.* Ἁγίους εἶναί φησιν ἐνταῦθα τοὺς ἡγιασμένους ἐν Πνεύματι· Χριστοῦ δὲ γῆν τὴν Ἐκκλησίαν· τὸ δὲ, *Ἐθαυμάστωσας*, ἀντὶ τοῦ, Ἐφανέρωσας. Θελήματα δὲ αὐτοῦ τοῦ Πατρός· ἵν' ᾖ τὸ ὅλον οὕτω· Τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πίστει γνωστὸν ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ Πατρός. Νοήσεις δὲ τὸν στίχον καὶ οὕτως· Ἐθαυμάστωσε τοὺς ἁγίους ὁ Θεός. Διὰ τί; Διότι τὰ θελήματα αὐτοῦ πάντα ἐν αὐτοῖς ἦσαν, καὶ παρ' αὐτοῖς ἐγίνοντο.

Adhuc ad inscriptionem psal. XVIII.

Athanasius. Quandoquidem David hoc loco canit, ut et in XXIII psalmo, rerum omnium opificium, reprehendit eos, qui mundum a seipso et casu exstitisse dicunt, et nulla regi providentia : illos etiam, qui serviunt creaturæ præ Creatore. Quid igitur loquitur ad eos qui ex gentibus vocati sunt?

(59) *Ἀθανάσιος.* Ἐνταῦθα μέντοι ὁ Δαυῒδ, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ, ψάλλων τὰ τῆς γενέσεως, αἰτιᾶται τοὺς αὐτόματα λέγοντας ὑφεστάναι τὰ ὄντα καὶ ἀπρονόητα εἶναι, καὶ τοὺς λατρεύοντας τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Τί οὖν ἄρα φησὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις; *Sic ibi sensu incompleto.*

Item in ejusdem psalmi verba ista, Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, etc., v. 4.

Porro S. Cyrillus et maximus ille Athanasius per modum interrogationis legunt, quod hic dicitur : *Nonne sunt loquelæ, aut sermones, quorum voces non audientur ?* quasi dicat David : Nonne audiuntur etiam mutarum sive rerum, sive operum voces absque sermone et lingua ? Sane, dicat aliquis. Nam quemadmodum textoris artificium clamat varia ac versicolor vestis ; ac navis, in qua nihil reprehendi potest, opificem suum prædicat ; fabrum denique ipsius opus : sic et creatura, cujus mentionem fecimus, etsi sermone ac ratione de-

D (60) Ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος καὶ ὁ παμμέγας Ἀθανάσιος ἐν ἐρωτήσει ἀναγινώσκουσι τὸ, *Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν;* τουτέστιν· Ἆρα οὐκ εἰσὶ καὶ τῶν ἀφώνων, ἢ πραγμάτων, ἢ ἔργων, φωναὶ χωρὶς λόγου καὶ γλώττης; Ναὶ, φαίη ἄν τις. Ὥσπερ γὰρ τοῦ ὑφάντου τὴν τέχνην ἡ πολυποίκιλος ἐσθὴς ἀναβοᾷ, καὶ τὸν ναυπηγὸν ἡ ἀδιαβλήτως ἔχουσα ναῦς ἀνακηρύττει, καὶ τὸν σιδηρέα τὸ ἔργον αὐτοῦ· οὕτω καὶ ἡ κτίσις, ἧς ἀρτίως διεμνημονεύσαμεν, ἄφωνος μὲν, ἤγουν ἄλογος· λαλιὰ δὲ ὥσπερ αὐτῆς τὸ θαῦμά ἐστι, καὶ

(56) Hoc argumentum superius præmittitur psalmo XII, sed priora verba, κατὰ μέντοι ἀναγωγήν, ibi desunt.

(57) Vide psal. XIV.

(58) Hæc leguntur ad versum 3 psal. XV, et paulum mutata et auctiora hic sunt.

(59) Hæc non leguntur in *Expositionibus*, sed sunt Athanasio digna.

(60) Vide ibid. superius ad versum 4.

οἷον φωνὴ τὸ κάλλος καὶ εὐταξία. Τὸ γὰρ διήγημα τὸ A οὐράνιον καὶ τὸ ῥῆμα τὸ παρὰ τῆς ἡμέρας βοώμενον φωνὴ μὲν ἔναρθρος οὐκ ἔστιν, οὔτε λαλιὰ διὰ στόματος· διδασκαλία δὲ θείας δυνάμεως γίνεται τοῖς ἐπαΐειν ἐπισταμένοις σιωπώσης φωνῆς. Πλὴν ἄφωνον τὴν κτίσιν εἰπὼν ὁ Δαυΐδ, ἀπέφηνεν, ὅτι μήτε ἔμψυχος, μήτε λογικὴ, κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς Ἑλλήνων σοφοῖς. Ζῶον γὰρ εἶναί φασιν ἓν τὸν σύμπαντα τοῦτον κόσμον· ζῶα δὲ ὁμοίως καὶ τὰ μέρη, ἐξ ὧν συμπληροῦται.

stituitur, loquelæ tamen instar ipsa est, admiranda ipsius magnitudo, voxque est eximia ipsius pulchritudo et ordinatissima dispositio. Cœlorum namque narratio, verbaque, quæ dies loquitur, quantumvis non constent voce articulata, neque fiant ministerio oris; docent tamen divinam potentiam eos, qui vocem mutam audire ac intelligere norunt. Quanquam etiam hoc asseruit David, cum mutam diceret creaturam, quod nimirum neque animata, neque rationalis sit, ut Græcorum sapientibus placet. Hi namque animal quoddam unum esse dicunt universum hunc mundum: imo et partes ejus, ex quibus constat, animalia existimant.

Item in titulum psal. XIX.

(61) *Εἰς τὸ τέλος* καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἐπιγέ- B γραπται, μελλόντων τινῶν ἔχων προαγόρευσιν. Κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, λέγεται μὲν ὁ ψαλμὸς ὡς ἐκ προσώπου τῶν περὶ τὸν Δαυΐδ ἑταίρων, αὐτῷ τῷ Δαυΐδ ἐπευχομένων ποιοῦντι θυσίαν· ἀναφέρεται δὲ καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἀποστόλων, ὡς ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ τῷ Χριστῷ συνευχομένων.

Inscriptio etiam hujus psalmi est, *In finem*, quia futurorum quorumdam prædictionem continet. Nam secundum magnum illum Athanasium, dicitur hic psalmus in persona amicorum Davidis, ipsi sacrificanti astantium beneque precantium. Referri tamen potest etiam ad apostolos, qui Christo, cum crucifigeretur, preces suas conjungebant.

Et in psal. XXVIII *hæc verba, « Et conteret cedros Libani, » etc., v.* 5.

(62) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, κέδροι Λιβάνου οἱ ὑψηλοὶ τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ, διὰ τὸ ὀνομάζεσθαι πολλάκις ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ Λίβανον τὴν Ἱερουσαλήμ. Ὁ δὲ μόσχος τὸ θυσιαστήριον δηλοῖ. Συντρίβονται οὖν αὐτοί τε καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς εἰς τέλος θυσιαστήριον.

At secundum magnum Athanasium, cedri Libani dicuntur eminentiores in populo Judaico, eo quod Jerusalem persæpe Libanus vocetur in sacra Scriptura. Vitulus vero significat altare. Conteruntur igitur in finem et ipsi Judæi et eorum altare.

At in psal. XXXIV, *verba ista, « Et oratio mea in sinum meum, » etc., adnotat, v.* 13.

(63) Κατὰ δὲ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον, τὸ ἀποστραφῆναι εἰς κόλπον τὴν ὑπὲρ Ἰουδαίων τοῦ Χριστοῦ C προσευχὴν σημαντικὸν ἂν εἴη τοῦ ἐναπομεῖναι ἐκείνους τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ μηδὲν ὠφεληθῆναι, τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀπονοίας τὴν προσευχὴν ὥσπερ ἀνακάμψαι ποιήσαντας. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος, θεωρῶν τὸν καταληψόμενον αὐτοὺς ὄλεθρον, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπώλειαν, ἐπένθει ὑπὲρ αὐτῶν· οἱ δὲ τοιαῦτα ἔπραττον, ὡς τὴν εὐχὴν αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν μὴ παραπέμπεσθαι εἰς τὰ ὦτα τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ὥσπερ ἀντιχρουομένην ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς αὐτῶν δυσσεβείας, καθέλκεσθαι καὶ ἐπαναστρέφειν πρὸς αὐτόν. Διὸ ἔλεγε· *Καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου ἀποστραφήσεται.* Εἰ γὰρ σώζεσθαι ἔμελλον καὶ μεταβαλεῖν τῶν ἀσεβημάτων, εὐθυδρομοῦσα ἡ προσευχὴ τοῦ Σωτῆρος ἀκωλύτως ἂν καὶ ἀπαραποδίστως D ἐπὶ τὰ ὦτα τὰ πατρικὰ πάρῆει.

Secundum vero divum Athanasium, quod Christi precatio pro Judæis in sinum ejus revertitur, denotat eos peccato suo immanere, nec quidquam juvari eo quod insaniæ suæ exsuperantia efficiunt, ut preces Christi quasi retrorsum flectantur. Dominus enim, cum intueretur extremam perniciem quæ ipsos comprehensura erat, mœrore ingenti eorum causa afficiebatur: ipsi vero talia agebant, ut preces Christi pro ipsis neutiquam transmitterentur ad aures usque Patris, sed repercussæ quodammodo a magnitudine impietatis ipsorum retraherentur ac reverterentur ad Dominum. Ideoque aiebat: *Et oratio mea in sinum meum revertetur.* Nam si salvandi fuissent et ab impietate convertendi, transiisset utique precatio Salvatoris recto cursu, atque a nemine impedita ad aures usque paternas accessisset.

In psal. XXXVIII *verba, « Utique in imagine ambulat homo, » v.* 7.

(64) Κατὰ δὲ τοὺς πάνυ Ἀθανάσιον καὶ Κύριλλον· Ἐπειδὴ ἐν εἰκόνι καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ νῦν διαπορεύεται ὁ ἄνθρωπος· ἡ γὰρ ἀληθὴς ζωὴ κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνά ἐστιν· εἰκότως ὁ ψάλλων τὴν εἰκόνα ματαιότητα προσεῖπεν. Ἐπειδὴ οὐ τὴν ἀληθινὴν νῦν ζῶμεν ζωὴν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἐν εἰκόνι, οὐδὲ περὶ τὰ ὄντως ἀγαθὰ ποιούμεθα τὴν σπουδὴν, διὸ μάτην τα-

Sententia vero magnorum Athanasii et Cyrilli hæc est: Quandoquidem homo nunc non in veritate, sed in imagine incedit, vita enim vera demum in futuro erit sæculo, idcirco fortassis Psaltes vanitatem appellavit imaginem. Quia ergo non veram hic vivimus vitam, sed talem, quæ est quasi in imagine, neque circa vera bona versamur, idcirco

(61) Est argumentum psalm. XIX.
(62) Habetur ibid.
(63) Hæc habentur ibidem, sed multo pauciora.

(64) Expressum ex interpretatione hujus versiculi, supra.

frustra conturbamur circa mundana desideria nos volventes, ac congerentes thesauros, quorum hæredes futuros non novimus.

A ῥασσόμεθα περὶ κοσμικὰς ἐπιθυμίας στρεφόμενοι, καὶ συνάγοντες θησαυροὺς ὧν οὐκ ἴσμεν τοὺς διαδόχους.

In illa verba psal. XLI, « *Quemadmodum desiderat cervus.* »

At secundum magnos Athanasium et Cyrillum : Quia in proxime præcedente psalmo ex persona Christi ad Patrem hæc dicta sunt : *Excita me, et retribuam ipsis* [22], idcirco hic Christum cruci affigentium persona inducitur, qui intolerabiliter laborabant; cum manifestum sit, eos tandem assumendos esse, insertos, ut ait Paulus [23], propriæ oleæ. Ista igitur Israel resipiscens loquitur.

(65) Κατὰ δὲ τοὺς μεγάλους Ἀθανάσιον καὶ Κύριλλον· Ἐπείπερ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ἐκ τοῦ Σωτῆρος πρὸς τὸν Πατέρα εἴρηται· *Ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς*, νῦν τὸ τῶν ἐσταυρωκότων ὑπόκειται πρόσωπον, οἳ πεπόνθασιν ἀνήκεστα, προδήλου ὄντος, ὡς ὕστερον προσληφθήσονται, ἐγκεντρισθέντες, ὥς φησι Παῦλος, τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ. Μεταγινώσκων οὖν ὁ Ἰσραὴλ ταῦτά φησιν.

Sic in versus sequentis verba, « *Sitivit anima mea ad Dominum.* »

Athanasii et Cyrilli. Quandoquidem qui Christum in crucem tulerant, dolent de suo casu ac resipiscunt, idcirco dicunt, se sitire Deum, ac fontem, qui apud ipsum est, desiderare : de quo dictum est : *Quia apud te est fons vitæ* [24]. Desiderant etiam Deo appropinquare, affectu scilicet et sanctificatione quæ est per fidem in Christo. Et quem ad mortem tradiderant atque interfecerant, principem, inquam, vitæ nostræ, eum appellant Deum viventem. Illud vero : *Quando veniam?* desiderantium est vocationem futuram, et cognoscere cupientium tempus illud, in quo etiam ipsi coram facie Dei et Patris versabuntur (quæ eadem etiam Filii est), quantumvis nunc sint a Deo aversi. Avertam enim, inquit, oculos meos a vobis. Quamobrem? Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine.

B *Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου.* Ἀλγοῦντες ἐπὶ τῇ ἐκπτώσει οἱ σταυρωταὶ τοῦ Κυρίου καὶ μεταγινώσκοντες, διψῆν λέγουσι τὸν Θεὸν, καὶ τῆς παρ' αὐτῷ πηγῆς ἐπιθυμεῖν· περὶ ἧς εἴρηται· *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*. Καὶ ποθοῦσιν ἐγγὺς γενέσθαι Θεοῦ, κατὰ διάθεσιν καὶ ἁγιασμὸν τὸν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ. Καὶ ὃν ἀπεκτόνασι, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ τῷ θανάτῳ παρέδωκαν, τοῦτον Θεὸν ὀνομάζουσι ζῶντα (66). Τὸ δὲ, *Πότε ἥξω ;* γλιχομένων ἐπὶ τῆς εἰς ὕστερον κλήσεως, καὶ ζητούντων μαθεῖν τὸν καιρὸν, καθ' ὃν καὶ αὐτοὶ ἐμφανεῖς ἔσονται τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς (ταυτὸν δέ ἐστι καὶ τῷ τοῦ Υἱοῦ)· εἰ καὶ νῦν εἰσιν ἐν ἀποστροφῇ. Ἀποστρέψω γάρ, φησί, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. Διὰ τί; Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις.

C *Rursum in versum sequentem.*

Athanasius et Cyrillus. Quia Christus prædixerat, inquiens : Quando videritis Jerosolymam circumsessam castris [25]; ubi verbum istud in opus erupit, Romanis eam diripientibus, ejulabant : primum quidem, quod contra Deum quodammodo impegissent; deinde quod excidissent a salute, quæ ab ipso est; tertio denique, quod vicini ipsos invadentes atque conviciis insectantes dicerent : *Ubi est Deus tuus?*

(67) *Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος.* Τοῦ Σωτῆρος προειπόντος· Ὅταν ἴδητε τὴν Ἱερουσαλὴμ κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων· ὅτε πρὸς ἔργον ἐξέβη ὁ λόγος, Ῥωμαίων αὐτοὺς πορθησάντων, ἐθρήνουν· πρῶτον μὲν ὡς προσκεκρουκότες Θεῷ· εἶτα ὡς τῆς ἐξ αὐτοῦ σωτηρίας ἐκπεπτωκότες· καὶ τρίτον, ὅτιπερ αὐτοῖς οἱ ἀστυγείτονες ἐπεμβαίνοντες τὸ, *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου;* διασύροντες ἔλεγον.

In proœmio psal. XLII (68).

Athanasio vero illi magno idem videtur esse hujus psalmi argumentum atque præcedentis. Israelitæ enim rursum accedunt, salutem, quæ per Christum est, postulantes. Ideo alloquuntur Patrem : *Emitte lucem tuam et veritatem tuam.* Ipse enim eos in sanctum montem ducturus erat : hoc est, in cœlum et supernas illas mansiones (quas etiam tabernacula appellat) et ad altare intellectuale : ipse etiam eorum exhilaraturus juventutem. Juventutem vero appellat lætitiam, et renovatam ipsorum animam. Unde et promittunt se ipsi in cithara

D Ἀθανασίῳ δὲ τῷ πάνυ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχειν τῷ προτεταγμένῳ καὶ ὁ παρὼν δοκεῖ ψαλμός. Προσέρχονται γὰρ πάλιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν αἰτούμενοι. Διό φασι πρὸς τὸν Πατέρα· *Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου.* Αὐτὸς γὰρ αὐτοὺς εἰς τὸ ἅγιον ὄρος εἰσάξειν ἔμελλε· τουτέστιν, εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἰς τὰς ἄνω μονὰς (ἃς καὶ σκηνώματα ὀνομάζει), καὶ εἰς τὸ νοητὸν θυσιαστήριον· καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἔμελλεν εὐφραίνειν τὴν νεότητα. Νεότητα δὲ καλεῖ τὴν εὐφροσύνην, τὴν καὶ ἀνανεουμένην αὐτῶν τὴν ψυχήν. Διὸ ἐν κι-

[22] Psal. XL, 11. [23] Rom. XI, 24. [24] Psal. XXXV, 10. [25] Luc. XIX, 43.

(65) Expressum ex interpretatione hujus psalmi.
(66) Hæc habentur supra ad hunc versum.
(67) Hæc non habentur superius ad hunc versum.
(68) Vide ibid.

θάρᾳ ὑπισχνοῦνται προσφέρειν αὐτῷ τὴν ἐξομολόγησιν. Κιθάραν δὲ πολλάκις τὸ σῶμα νοεῖν ἐδίδαξεν.

A oblaturos confessionem. Per citharam vero sæpe corpus intelligi docuit.

Et in ejusdem psalmi verba, « Quia tu es Deus fortitudo mea, » v. 2.

(69) **Ἀθανάσιος, Κύριλλος, Θεοδώρητος.** Καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς μεταγινώσκοντες κραταίωμα ἑαυτῶν τὸν Θεὸν ἐπιγράφονται· καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες τοῦτον ἰσχὺν ἑαυτῶν τίθενται· καὶ οἱ αἰχμάλωτοι παρ' ἄλλου λυτρωθῆναι οὐκ ἐλπίζουσιν.

Athanasius, Cyrillus, Theodoretus. Et qui ex circumcisione resipiscunt, Deum firmamentum suum appellant: et qui ex gentibus, ipsum fortitudinem suam dicunt: et qui captivi sunt, ab alio se liberandos non sperant.

Item in ista verba, « Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus, » v. 4.

Ἀθανάσιος, Κύριλλος. Κιθάραν τὸ σῶμα λέγει, δι' οὗ πέφυκεν ὁ νοῦς ἀνακρούεσθαι, καθάπερ διὰ χορδῶν τῶν αἰσθητηρίων μελῳδίαν ἀναπέμπων Θεῷ. Δηλοῖ δὲ ἡ κιθάρα καὶ τὴν νέκρωσιν τοῦ σώματος, καὶ τὴν συμφωνίαν τῶν ἀρετῶν. Τὴν μὲν γὰρ νέκρωσιν αἱ νευραί, τὴν δὲ συμφωνίαν αἱ ἁρμονίαι αἰνίττονται. Ἔδειξε δὲ τὴν μὲν φαιδρότητα τῇ τῆς κιθάρας προσθήκῃ, τὴν δὲ ἀγάπην ἐν τῇ προσφωνήσει τῇ δὶς ἐπαναλαμβανομένῃ· *Ὁ Θεὸς γάρ*, φησίν, *ὁ Θεός μου.* Ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν, τοῦτον ἐξαίρετον Θεὸν διὰ ζῆλον καὶ πίστιν οἱ ἐκ περιτομῆς μεταγινώσκοντες, καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντες ἐπιγράφονται· οἷς καὶ ἡ πνευματικὴ νεότης εὐφραίνεται, ἀντικειμένως ἔχουσα πρὸς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Μόνος γὰρ ὁ πνεύματι καὶ φρονήματι νεάζων συγγενῶς τῷ καινῷ ἀνθρώπῳ καὶ τῇ καινότητι τοῦ πνεύματος εἴσεισι πρὸς τὸν Θεόν, τὸν εὐφραίνοντα τὴν τοιαύτην νεότητα.

Athanasius, Cyrillus. Citharam appellat corpus, quo mens per sensus quasi per chordas quasdam B canticum Deo sursum mittit. Significat vero cithara, tum mortificationem corporis, tum consonantiam virtutum. Nam mortificationem, nervi: consonantiam vero harmoniæ innuunt. Demonstravit autem hilaritatem quidem adjectione citharæ: dilectionem autem, in allocutione illa bis repetita. Nam inquit: *Deus Deus meus:* ut discas quod Deum illum, qui supra omnia est, hunc Deum eximium propter zelum et fidem, qui ex circumcisione resipuerunt, et qui ex gentibus crediderunt, appellant. Quibus etiam spiritualis juventus lætatur, repugnans veteri homini. Ille enim solus accedit ad Deum exhilarantem ejusmodi juventam, qui spiritu et mente renovatur consimiliter novo homini et novitati spiritus.

Et in procemio psal. XLIII.

70) Κατὰ μὲν τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, ἔτι καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἔχεται, τάς τε παλαιὰς εὐεργεσίας διηγουμένων τῶν ἐξ Ἰσραήλ, μεταγινωσκόντων καὶ προσληφθῆναι ἀξιούντων παρὰ Χριστοῦ, διὰ τὸ αὐτῷ ἐπιγράφεσθαι τὴν ἐλπίδα, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐξομολογεῖσθαι· κατὰ δὲ τὸν χρυσολόγον Πατέρα, κ. τ. λ.

C Secundum quidem magnum Athanasium, etiam hic psalmus ejusdem argumenti est cum præcedentibus, eo quod narrent Israelitæ vetera Dei in se beneficia, ac resipiscentes orent recipi a Christo, propterea quod spem suam in ipso ponant, et nomini ipsius confiteantur: at secundum aureos sermones fundentem Patrem, etc.

Item in illa verba ejusdem, « Convertisti nos retrorsum. »

(71) **Ἀθανάσιος.** Πάλαι, φησί, συνεστρατήγεις ἡμῖν· νῦν δὲ οὐ μόνον οὐ συνέρχῃ ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπέστρεψας ἡμᾶς, καὶ ἐσχάτους ἔταξας παντὸς ἐναντίου· ὡς καὶ τοῖς μισοῦσιν ἡμᾶς γενέσθαι εἰς διαρπαγήν. Καὶ περιέστηκεν ἡμᾶς ἡ τότε κατασχοῦσα τοὺς πολεμίους αἰσχύνη, καὶ γεγόναμεν ἡλαττωμένοι παρ' ἐκείνοις ὧν ἐκρατοῦμεν τὸ πρότερον, καὶ διηρπάσθημεν ὑπ' αὐτῶν οὓς διηρπάσαμεν. Ταῦτα δέ φησιν ὁ χορὸς ὁ προφητικὸς κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον (72), οἰκειούμενος τοῦ λαοῦ τὰς συμφοράς· κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους, ὁ τῶν Μακκαβαίων στρατός.

Athanasius. Olim, inquit, simul nobiscum ad prælia exibas: nunc vero non modo non adjungis te nobis, sed et avertisti nos, et subjecisti nos omnibus nostris D inimicis, adeo ut etiam præda facti simus odio habentibus nos. Comprehendit etiam nos ignominia, quæ olim inimicos nostros tenebat, et subacti sumus ab iis quibus ante dominabamur, direpti denique sumus ab iis quos diripuimus. Hæc porro verba ex sententia magni Athanasii sunt chori prophetici, calamitates populi quasi sibi factas reputantis: ut vero aliis placet, exercitus Machabæorum.

Rursum in verba: « Oblivisceris paupertatis nostræ, » etc., v. 23.

(73) **Ἀθανάσιος.** Ὕπνῳ μὲν οὖν παραβάλλουσι

Athanasius. Somno igitur comparant diuturnam

(69) Nihil horum habetur superius ad hunc psalmum.
(70) Hujusmodi argumentum, quod videtur sane Athanasii, non habetur in *Expositionibus*.

(71) Hæc superius ad hunc versum, sed pauciora.
(72) Vide ibidem.
(73) Hæc desunt in *Expositionibus* supra.

Dei dilationem, qua usus est erga ipsorum peccata. Precantur vero, ut sibi contingat ille Christi adventus, qui sub extrema tempora futurus erat, ne expertes sint vitæ, quæ ab ipso est : atque inquiunt : *Cur abscondis faciem tuam, et obliviisceris calamitatum et afflictionum nostrarum ?* Tu quidem, o Deus, abscondis et avertis faciem tuam, ne videas turpia, et indigna facta, atque tuo contuitu aliena. Verum quia nobis in enumeratis istis factis præclaris fiducia aliqua superest, cur abscondis faciem tuam? Cumque tot passi mala simus cultus tui ac pietatis causa, cur obliviisceris afflictionis aut paupertatis nostræ? Nam licet ea non perinde magna sint apud te, ut apud nos, sed egena et parva et paucissima : magna tamen, quatenus ex nobis sunt. Itaque supplicamus, ne obliviscaris paupertatis nostræ, o Domine : quin potius reminiscaris afflictionis, quam sustinuimus tui causa.

A τὴν πολλὴν ἀνοχὴν τοῦ Θεοῦ ἣν ἐποιεῖτο διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Εὔχονται δὲ δοθῆναι αὐτοῖς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν, ἵνα μὴ τῆς παρ' αὐτοῦ ἀμοιρήσωσι ζωῆς· καί φασιν· *Ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου ἀποκρύπτεις, καὶ ἐπιλανθάνῃ τῆς κακώσεως ἡμῶν καὶ θλίψεως;* Κρύπτεις μὲν τὸ σεαυτοῦ πρόσωπον, ὁ Θεὸς, καὶ ἀποστρέφεις, πρὸς τὸ μὴ βλέπειν τὰ αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπῆ, καὶ τῆς σῆς θέας ἀλλότρια· ἀλλ' ἐπεὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι κατορθώμασι παῤῥησίαν ἄγομεν, ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου κρύπτεις; Τοσαῦτα δὲ παθόντων καὶ κακοπαθούντων τῆς σῆς ἕνεκεν εὐσεβείας, ἵνα τί ἐπιλανθάνῃ τῆς κακώσεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς πτωχείας; Εἰ γὰρ καὶ μεγάλα ταῦτα ὡς πρὸς ἡμᾶς τὰ κατορθώματα, ἀλλ' ὡς πρὸς σὲ πάντα πτωχὰ B καὶ σμικρὰ καὶ ὀλίγιστα· πλὴν ὡς ἐξ ἡμῶν μεγάλα. Διὸ ἱκετεύομεν μὴ λήθην ποιήσασθαι τῆς ἡμετέρας πτωχείας· μνησθῆναι δὲ καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν, ἣς ὑπεμείναμεν χάριν σοῦ, ὦ Δέσποτα.

Et in versum sequentem 25.

Athanasius. Porro depressam sibi mentem esse dicunt etiam Judæi : quia postquam ea quæ Christi sunt sentire recusarunt, deciderunt in sensum carnalem.

(74) Ἀθανάσιος. Τεταπεινῶσθαι δὲ αὐτῶν τὴν ψυχήν φασι καὶ Ἰουδαῖοι· ἐπειδὴ, ἀπωσάμενοι τὸ φρονεῖν τὰ Χριστοῦ, εἰς φρόνημα κατέπεσον σαρκικόν.

Item in versum ultimum.

Athanasius. Deinde indicant hi versus vocationem illam et conversionem Israelitarum, quæ ultimis temporibus accidet. Qui etiam dicunt : Recipe nos, et sis nobis propitius. Tempus quoque conversionis suæ, fidem scilicet in te, o Deus, veram confitentur; subjicientes illud : *Propter nomen tuum,* diserte fatentur, quod non sint digni qui misericordiam consequantur, quod contrarii Christo fuerint. Et tamen dignum est ipso, misereri et ignoscere lapsibus humanis propter seipsum. Ait enim : *Non facio propter vos, inquit Dominus, sed propter nomen meum* [26].

C (75) Ἀθανάσιος. Καὶ τὴν ἐν ὑστέροις δὲ καιροῖς ἐσομένην τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστροφὴν καὶ κλῆσιν οἱ στίχοι σημαίνουσιν. Οἳ καί φασιν· Ἀντιλάβου δὴ ἡμῶν, καὶ δίδου τὸ εὐμενές. Καὶ καιρὸν ἐπιστροφῆς τὴν εἰς σὲ ἀληθινὴν πίστιν ὁμολογοῦσιν· ἐπάγοντες τό· *Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου,* διαῤῥήδην ὁμολογοῦσιν, ὡς οὐκ ἄξιοι τοῦ ἐλεεῖσθαί εἰσιν οἱ κατὰ Χριστοῦ γενόμενοι. Πρέπει γε μὴν τὸ ἐλεεῖν αὐτῷ, καὶ κατοικτείρειν τοῖς ἀνθρωπίνοις πταίσμασι δι' ἑαυτόν. Φησὶ γάρ· *Οὐ δι' ὑμᾶς ἐγὼ ποιῶ, λέγει Κύριος, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ὄνομά μου.*

Deinde sequitur argumentum in psalmum XLIV *eisdem prorsus verbis quibus habetur supra; quare omissum est.*

Et in versum primum, præmissa Basilii, Chrysostomi et Eusebii sententia, subjicit.

Magnus vero Athanasius, et divus Cyrillus, quasi hæc ex persona Dei et Patris dicerentur, intelligunt ea de Verbo, quod apud Patrem erat in principio; quod, inquiunt, quodammodo ex corde aut ipsis visceribus progenuit. De quo etiam dicit per Davidem : *Eructavit cor meum verbum bonum.* Prognatus namque est Filius, ut sermo ex mente, bonus ex bono, Deus ex Deo. Observandum porro, loqui Patrem de Filio tanquam incarnato, cum ait: *Dico ego opera mea regi.* Nam tantum non promit-

D (76) Ἀθανάσιος δὲ ὁ πάνυ καὶ ὁ θεῖος Κύριλλος ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς λέγεσθαι ταῦτα νοοῦσι περὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς αὐτὸν Λόγου, ὃν ἐκ τῆς οἱονεὶ καρδίας ἢ αὐτῶν τῶν σπλάγχνων, φασὶ, προήγαγε. Περὶ οὗ καὶ λέγει διὰ Δαυΐδ· *Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν.* Γεγέννηται γὰρ, ὡς λόγος ἐκ νοῦ, ἀγαθὸς ἐξ ἀγαθοῦ, Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Ἄθρει δὲ ὡς περὶ ἐνανθρωπήσαντος τοῦ Υἱοῦ λέγοντα τὸν Πατέρα· *Λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ.* Μονονουχὶ γὰρ καθυπισχνεῖται διδάσκειν αὐτὸν,

[26] Ezech. xx, 44.

74) Hæc ibi vide.
(75) Hæc auctiora sunt quam in *Expositionibus.*

(76) Expressum ex interpretatione psalmi XLIV

ὁποίοις τισὶ λόγοις χρήσεται, ἐμβιβάζων ἡμᾶς εἰς τὸ A δρᾷν τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἔργα δὲ Θεοῦ φαμεν τὴν εὐσεβῆ πολιτείαν, ἥτις διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων γέγονεν ἡμῖν ἐμφανής. Προσλαλῶν δὲ Χριστὸς Ἰουδαίοις τὰ χρήσιμα πρὸς σωτηρίαν, τῷ Πατρὶ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀνετίθει λέγων· *Ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν*· καὶ πάλιν· *Ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ*. Καλεῖ δὲ αὐτὸν βασιλέα κατὰ καιρὸν ὁ Πατὴρ, ὡς ἂν μὴ τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως μέτρῳ δόξῃ τῆς ἐνούσης αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀξίας ἀποφέρεσθαι. Ἔμεινε γὰρ καὶ μετὰ τὴν οἰκονομίαν οὐδὲν ἧττον, ἐκ βασιλέως ὢν τοῦ Πατρὸς, βασιλεὺς, καὶ ὥσπερ βασιλεὺς ὑπάρχων καὶ Θεὸς, εἰς βασιλέως ἀρχὴν λέγεται ἔρχεσθαι, διὰ τὸ σεσαρκῶσθαι. Οὕτω καὶ ἅπερ οἶδε φυσικῶς, ὡς Θεὸς, ταῦτα πάλιν ἀκούειν λέγεται διὰ τὸ ἀνθρώπινον οἰ- B κονομικῶς. Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς, ᾧ τὰ ἔργα λέγει ὁ Πατήρ. Ὃν δὲ εἴρηκε Λόγον, τοῦτον καὶ γλῶσσαν αὐτοῦ ἀποκαλεῖ· ὡς οὐχ ἕτερόν τι λαλοῦντα πλὴν ὅ τι ἐν αὐτῷ πατρικόν ἐστι βούλημα. Καὶ παρ' ἡμῖν γὰρ γλῶττα διαπορθμεύει τοῖς ἔξω τὸν νοῦν. *Κάλαμος δὲ γραμματέως ὀξυγράφου* ὠνόμασται, διὰ τὸ λέγειν τι καὶ εὐθέως γενέσθαι, ὡς τό· *Λέγω· Καθαρίσθητι, καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη· Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι, καὶ εὐθέως ἠγέρθη*. Ἀλλὰ καὶ ὡς κάλαμος ὀξέως ἐγγράφει ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὸ βούλημα τοῦ Πατρός. Βούλημα δὲ, φησὶν αὐτὸς, τοῦ Πατρὸς, *Ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ*. Ὀξὺς δὲ ὁ κάλαμος τοῦ Πατρός. Ὁ μὲν γὰρ Μωσέως νόμος διὰ τῶν κατὰ τὸ γράμμα κύκλων C ἀμυδρῶς ἐδήλου τὰ χρήσιμα· ὁ δὲ κοινὸς Σωτὴρ συντόμως ἐδήλωσε τὸ θέλημα τοῦ Πατρός. Ἔστι γὰρ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. *Καὶ λόγον*, φησὶ, *συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ*.

A tit se ipsum edocturum, cujusmodi verbis uti debeat, inducens nos, ut faciamus opera ejus. Opera vero Dei dicimus, piam conversationem, quæ per prædicationem evangelicam nobis manifestata est. Christus vero, cum exponeret Judæis quæ ad salutem facerent, ascribit ea Patri suo, inquiens: *A me ipso nihil facio;* et rursum: *Pater diligit Filium, et ostendit ipsi omnia quæ facit* [27]. Appellat vero etiam Pater Filium regem pro tempore, ne videatur mediocritate incarnationis aliquid detrahere majestati, quam per naturam habet. Mansit enim etiam post incarnationem nihilominus rex, natus ex Patre rege: et licet rex atque Deus, dicitur ad regiam dignitatem evehi, propter incarnationem. Similiter, quæcunque naturaliter novit ut B Deus, eadem rursum audire dicitur secundum humanitatem, propter dispensationem. Christus enim est rex ille, cui opera sua Pater exponit. Porro quem Verbum dixit, hunc linguam suam quoque appellat: eo quod nihil aliud quam Patris voluntatem loquatur. Nam etiam in nobis lingua, mentis sensa aliis quasi transfretare facit. Dicitur quoque, *calamus scribæ velociter scribentis*, quod quæ loquitur, illico etiam in effectum deducat: quemadmodum illud: *Mundare, et statim mundatus est* [28]. *Adolescens, dico tibi, Surge, et statim surrexit* [29]. Quanquam etiam in cordibus nostris ut calamus velociter inscribat voluntatem Patris. Voluntas autem Patris est, ut ipsemet ait: *Ut omne quod de-* C *dit mihi, nihil perdam ex eo* [30]. Velox vero est calamus Patris. Lex namque Mosis per ductus litterarum perobscure significavit ea quæ ad utilitatem hominum sunt: Salvator vero communis in compendio demonstravit nobis voluntatem Patris. Est enim magni consilii angelus. *Et verbum*, inquit, *abbreviatum faciet Dominus in universo orbe* [31].

Et in ejusdem psalmi hæc verba: « Audi, filia, et vide, » etc., postquam Basilii et Chrysostomi explicationem, qui totum hunc locum de Ecclesia intelligunt, præmisit, subjicit:

77) Ἀθανάσιος δὲ ὁ πάνυ καὶ τῇ ἁγίᾳ Θεοτόκῳ ἀντίθησι τό· *Ἄκουσον, θύγατερ*, καὶ τό· *Αὐτός ἐστι Κύριός σου*. Ὥσπερ ὅμοιόν ἐστι τό. *Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*. Εἰρηκὼς γὰρ, φησὶν, ὁ Δαυῒδ Χριστὸν τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, εὐθὺς καὶ τὴν D ἀνθρωπίνην γέννησιν δεδήλωκε, τὴν ἐκ παρθένου. Καὶ ὁ μὲν Γαβριὴλ κεχαριτωμένην ἁπλῶς καλεῖ, ξένος ὢν αὐτῆς κατὰ τὴν γέννησιν· ὁ δὲ Δαυῒδ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τυγχάνουσαν θυγατέρα προσφωνεῖ.

Athanasius vero ille magnus, ad sanctam quoque Deiparam refert, quod dicitur, *Audi, filia:* et istud: *Ipse enim Dominus tuus*. Cui simile est illud: *Ave, gratia plena, Dominus tecum* [31*]. Nam postquam dixit D David, Christum esse Verbum Dei, illico humanam quoque ejus ex virgine nativitatem exposuit. Et Gabriel quidem simpliciter gratia plenam appellat, eo quod alienus ab ea esset quoad genus: David vero filiam dicit, quod eam ex semine suo esse sciret.

At in inscriptionem psalmi XLVI.

(78) *Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος*. Κλῆσιν ἐθνῶν ὁ ψαλμὸς σημαίνει, ᾀδόμενος ἐκ προσώπου τῶν ἁγίων ἀποστόλων παραινούντων τοῖς ἔθνεσιν ἀνασκιρτᾷν

Athanasius et Cyrillus. Præsignificat hic psalmus vocationem gentium, cum ex persona sanctorum apostolorum canatur, qui gentes cohortantur, ut

[27] Joan. v, 20. [28] Matth. viii, 3. [29] Luc. vii, 14. [30] Joan. vi, 39. [31] Isa. xi, 23. [31*] Luc. i, 28.

(77) Hæc diversa sunt ab expositione hujus versus: ubi id de Ecclesia explicat Athanasius supra.

(78) Vide argumentum psalmi XLVI.

per actiones bonas ac præclaras exsultent ac triumphent de parta victoria de dæmonibus perniciosissimis. Inscriptus porro est, *Pro filiis Core* : non quod ipsorum causa composita hæc oda, sed quod per ipsos præcineretur, utpote ad laudes Deo offerendas constitutos. Dicuntur autem ista, ut jam præmissum, in persona sanctorum apostolorum, utpote qui jussi erant docere omnes gentes. Quia vero fides plurimorum et maximorum bonorum conciliatrix gentibus fuerat : per hanc enim vocati erant in adoptionem Dei, ac participationem Spiritus sancti, divinæ quoque naturæ communionem sortiti, ac opulenti redditi gratiis cœlestibus, participes denique facti erant spei sanctorum, idcirco igitur et quidem non absque ratione, jubentur publicas festivitates peragere.

A διὰ πράξεων ἀγαθῶν ἐπὶ τῇ γενομένῃ νίκῃ κατὰ τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων. Ἐπιγέγραπται δὲ *Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ*· οὐχ ὡς ὑπὲρ ἐκείνων πάντως γεγενημένης τῆς ᾠδῆς, ἀλλ' ὡς δι' αὐτῶν ὑπηρετεῖν τεταγμένων τῇ ἀναφορᾷ τῆς ᾠδῆς. Ἔστι δὲ, ὡς εἴρηται, τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὸ πρόσωπον, ὡς κεκελευσμένων πάντα μαθητεῦσαι τὰ ἔθνη. Ἐπειδὴ δὲ πλείστων ὅσων αὐτοῖς καὶ μεγάλων ἀγαθῶν προμνήστρια γέγονεν ἡ πίστις· κέκληνται γὰρ δι' αὐτῆς εἰς υἱοθεσίαν Θεοῦ, εἰς μέθεξίν τε ἁγίου Πνεύματος, θείας τε φύσεως γεγόνασι κοινωνοὶ, τά τε ἐξ οὐρανοῦ χαρίσματα πεπλουτήκασι, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος συμμέτοχοι καθεστήκασι· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως πανηγυρίζειν αὐτοῖς ἐπιτάττουσιν.

B

Et in ejusdem psalmi verba ista : « Subjecit populos nobis, » etc., v. 4

Divus vero Athanasius, per populos et gentes intelligit Satanam, et quæ cum eo sunt malignas potestates. De quibus dixit Salvator : *Ecce dedi vobis potestatem incedendi super serpentibus et scorpionibus* [32**]. Dæmonum namque gentes subjecit pedibus apostolorum.

(79) Ὁ δὲ θεῖος Ἀθανάσιος λαοὺς καὶ ἔθνη τόν τε Σατανᾶν καὶ τὰς σὺν αὐτῷ πονηρὰς δυνάμεις εἶναί φησι· περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων*. Τὰ γὰρ ἔθνη τῶν δαιμόνων ὑπέταξε τοῖς τῶν ἀποστόλων ποσίν.

Item in proœmio psal. XLVII.

Athanasius. Canitur igitur et hic psalmus ex persona sanctorum apostolorum, enarrantium quas passi sunt persecutiones propter prædicationem, et victorias quas in persecutionibus retulerunt. Inscribitur autem *Canticum psalmi*, eo quod ethica philosophia cum theoretica in eo conjuncta sit.

C (80) *Ἀθανάσιος*. Ἄδεται μέντοι καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν ἁγίων ἀποστόλων, διηγουμένων τοὺς διὰ τὸ κήρυγμα διωγμοὺς, καὶ τὰς νίκας τὰς ἐπὶ τούτοις γενομένας. *Ὠδὴ* δὲ *ψαλμοῦ* ἐπιγέγραπται, ὡς τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας πρὸς τὴν θεωρητικὴν συνδραμούσης.

Et in verba ejus : « Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, » etc., v. 5.

At secundum magnum Athanasium, significatur hic bellum, quod ob prædicationem contra apostolos gestum est, tam a visibilibus gentium regibus, quam ab invisibilibus dæmonibus, qui olim dominabantur. Qui et conturbati sunt ac mente commoti, ubi viderunt Deum sanctis suis auxiliari. Insigne enim robur servantis eos, admirationem et stuporem attulit. Deinde etiam conturbati sunt, ut qui bellum Deo intulissent, ac in summis fuere doloribus. Quod vero deinceps subjicitur, scias, naves Tharsis dici quæ ingentes divitias Salomoni afferebant, quemadmodum in historia Regnorum cognovimus. Quare etiam hic per contritas naves Tharsis, significavit exterminationem opum et potentiæ regum prædictorum. Spiritum vero violentum sumes pro potentiis intellectualibus, per quas apostolorum hostes debellavit.

(81) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, ὁ κατὰ τῶν ἀποστόλων διὰ τὸ κήρυγμα γενόμενος πόλεμος ὑπό τε τῶν αἰσθητῶν βασιλέων τῶν ἐθνῶν, καὶ μὴν καὶ τῶν ἀοράτων δαιμόνων τῶν πάλαι βασιλευόντων, ἐνταῦθα σημαίνεται. Οἳ καὶ κατεπλάγησαν καὶ ἐξέστησαν, τὴν γενομένην βοήθειαν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις θεωροῦντες. Ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς ἰσχύος τοῦ σώζοντος τὸ θαῦμα αὐτοῖς καὶ τὴν κατάπληξιν εἴργασται. Εἶτα D ἐταράχθησαν, ὡς ἂν Θεοῦ καταστάντες πολέμιοι, καὶ ἦσαν ὡς ἐν ὠδῖσι. Τό γε μὴν ἑξῆς εἰρημένον ἐπιστήσας νοήσεις, ὡς νῆες Θαρσεῖς ἐλέγοντο, πλοῦτον φέρουσαι μέγαν τῷ Σολομῶντι, καθάπερ ἐν τῇ τῶν Βασιλειῶν ἐγνώκαμεν ἱστορίᾳ. Διὸ καὶ νῦν διὰ τῶν συντριβομένων πλοίων Θαρσεῖς τὴν ἀπώλειαν τοῦ πλούτου καὶ τῆς δυναστείας τῶν προλεχθέντων ἐδήλωσε βασιλέων. Πνεῦμα δὲ βίαιον νοητὰς δυνάμεις τινὰς νοήσεις, δι' ὧν τοὺς ἐχθροὺς τῶν ἀποστόλων κατεπολέμησεν.

Item in illa verba : « Propter judicia tua, Domine. »

Athanasii. Quia, inquit, dijudicans gentium cau-

(82) *Ἀθανασίου*. Ὅτι κρίνας τὴν δίκην τῶν ἐθνῶν,

[32**] Luc. x, 19.

(79) Vide in argumento hujus psalmi.
(80) Vide ibidem.
(81) Ibi videsis.
(82) Vide ibid.

ἐξήλασας τὸν κατ' αὐτῶν πολέμιον δαίμονα. Εἰ δὲ A βούλει, ὄρος Σιὼν οἱ τὸ ὕψος τῆς θεολογίας πεπιστευμένοι· θυγατέρες δὲ τῆς Ἰουδαίας αἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαι, ὡς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παγεῖσαι, οἳ τὸ γένος ἐξ Ἰουδαίων κατῆγον. Παρεγγυᾷ δὲ καὶ τοῖς κηρύττουσιν εὐφραίνεσθαι ἕνεκα τῶν δικαίων τοῦ Θεοῦ κριμάτων, οἷς χρησάμενος, τὴν τῆς οἰκουμένης σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο.

sam, ejecisti dæmonem ipsas impugnantem. Quodsi ita vis, mons Sion, sint quibus suprema theologia concredita est : filiæ vero Judææ, Ecclesiæ quæ per orbem terrarum dispersæ sunt, ab apostolis, qui genus ex Judæis ducebant, constitutæ. Jubet vero etiam prædicatores gaudere propter justa Dei judicia, quæ exercens orbis salutem operatus est.

Item in psal. XLIX *illa verba : « Ex Sion species decoris ejus, » etc., v. 2.*

(83) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, ἐκ τῆς ἄνω Σιὼν ὁ Κύριος τὴν δευτέραν παρουσίαν ποιήσεται, τὴν ἐπιφανῆ καὶ ἔνδοξον, ἣν καὶ εὐπρέπειαν ὡραιότητος κέκληκεν.

At secundum magnum Athanasium, ex superna Sione secundum adventum suum constituet Dominus, illustrem, inquam, illum et gloriosum, quem etiam idcirco speciem decoris appellavit.

In psal. L *verba : « Cor mundum crea in me, Deus, » v. 12.*

(84) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, Πνεῦμα τὸν B νοῦν ἐκάλεσεν· εὐθὲς δὲ αὐτοῦ τὸ ἑδραῖον· ὡσανεὶ λέγοι· Ἀσφάλισαί μου τὸν νοῦν, τοῦ μηκέτι εὔκολον εἶναι καταπίπτειν εἰς ἁμαρτίαν.

Secundum autem magnum illum Athanasium, Spiritum appellavit ipsam mentem; rectitudinem vero pro firmitate ejus dixit, quasi dixisset : Confirma mentem meam, ut nequaquam proclivis sit deinceps ad prolabendum in peccatum.

In psal. LX *illa verba : « A finibus terræ ad te clamavi, » etc., v. 3.*

Ἀθανασίου καὶ Εὐσεβίου. Ἀκηδιᾷ δὲ ἀληθῶς καὶ ἀδημονεῖ πᾶς θεοφιλὴς τῷ θνητῷ ἐνδιατρίβων βίῳ· ἀδημονεῖ δὲ καὶ διὰ φιλανθρωπίαν, τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων θεωρῶν. Ἐπειδὴ οὖν καὶ Δαυῒδ, εἰς τὴν καταδυναστείαν καὶ τυραννίδα τῶν δαιμόνων θεωρῶν, ἀκηδίας πεπλήρωτο, τούτου χάριν ἱκετεύει, ὅπως, ἐπιφανεὶς ὁ Κύριος, τῆς τῶν βιαζομένων ἡμᾶς ἐξέληται χειρός (85). Τὸ δὲ, *ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς*, σημαίνει ὑπὲρ πάσης αὐτὸν τῆς C οἰκουμένης ποιούμενον τὰς λιτάς. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ μέσον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων οὐσίας πολὺ παριστῶντα, κατὰ τὸ ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ· *Ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ ἐν τῇ γῇ κάτω.* Τοῦ μέντοι Συμμάχου σαφέστερον εἰπόντος, *ἐν τῷ ἀδημονεῖν*, ἐναργέστερον καὶ ἐμφαντικώτερον εἶπον οἱ Ἑβδομήκοντα, *Ἐν τῷ ἀκηδιάσαι.* Ἀδημονεῖν γὰρ καὶ ἐπὶ τοῖς μικροῖς λέγεται· ἀκηδιᾷν δὲ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις πάντως, ὅταν διὰ τὸ πλῆθος τῶν κακῶν λοιπὸν τῶν ἐν μέσῳ τις περιλαμβάνεται, ἀπαγορεύῃ πρὸς αὐτὰ καὶ οἷον ἀπογινώσκει, ῥίψας τοῦ νοὸς βουλεύματα, ὡς μηκέτι φέρειν οἷός τε ὤν.

Athanasii et Eusebii. Anxius certe est et dolet omnis Dei amans, dum agit in hac vita : dolet vero etiam ob benevolentiam, videns tantam hominum multitudinem perire. Quia igitur etiam David, cum respiceret ad potentiam ac tyrannidem dæmonum, anxietate corripiebatur, idcirco supplicat Deo, ut Dominus *in carne* se manifestans, nos de manibus torquentium eruat. Illud vero, *a finibus terræ*, significat ipsum pro universo terrarum orbe preces fundere. Neque hoc tantum, sed et medium quiddam inter Dei ac hominum substantiam constituere, secundum illud Ecclesiastæ : *Deus in cælo sursum est : et tu in terra infra* [32]. Et Symmachus quidem sic clare hunc locum reddidit, *Cum dolerem.* Significantius vero et apertius Septuaginta : *Dum anxius essem.* Dolor enim etiam de minutis malis dicitur : anxietas vero de magnis tantummodo, quando, multitudine malorum circumventus quis, animum despondet ac quasi desperat, abjecto omni animi consilio, ut qui malo ferendo par non sit.

Et in vers. sequentem : « In petra exaltasti me, » v. 3.

(86) Ἀθανάσιος. Πρὸς δὲ διάνοιαν κρείττους γεγόναμεν τῶν ἐπηρεαζόντων δαιμόνων διὰ Χριστοῦ, ὃς πέτρα τῷ μακαρίῳ κατωνόμασται Παύλῳ. Καὶ ἵνα τὸν νοῦν ἅπαντα τῆς ψαλμῳδίας εἴπω, εὐχαριστίαν ὁ λόγος περιέχει. Ταῦτα γάρ μοι, φησὶν, ὑπῆρξαν ὅσα προείρηκα, ἐπειδὴ σὺ αὐτὸς, ὁ Θεὸς, ἐπῆράς με,

D *Athanasius.* Secundum intellectum vero, *sive sensum spiritualem*, victoriam reportavimus de dæmonibus, qui nos infestabant, per Christum, qui a D. Paulo petra appellatur [33]. Et ut psalmi hujus sensum universum exponam, continet is gratiarum actionem. Ista enim omnia, inquit, quæ enumeravi,

[32] Eccle. v, 1. [33] I Cor. x, 4.

(83) Vide ibid.
(84) Vide supra ad hunc locum.
(85) Hæc habentur in *Expositionibus* ad hunc versum.
(86) Ibi vide superius.

acciderunt mihi quoniam tu, o Deus, exaltasti me, et extulisti me in petra, quæ apud te est, in verbo scilicet tuo : Christus enim erat petra illa. Quia igitur verbo tuo me exaltasti, atque ita sublimem fecisti, ut non amplius in medio terræ, sed in extremis ejus habitem : insuper etiam quia deduxisti me, ut jam propinquus tibi factus sim, et quia spes quoque mea factus es, qua confidens non confundar, quia denique cum hostes multi me impeterent ac quærerent animam meam, tu solus contra omnes sufficiebas, factus mihi turris fortitudinis; hæc, inquam, omnia cum a te consecutus sim, merito tibi hymnos offero, ut qui mihi omnium bonorum auctor fueris.

A καὶ ὕψωσας ἐν τῇ παρὰ σοὶ πέτρᾳ, ἥτις ἐστὶν ὁ σὸς λόγος· ἡ πέτρα γὰρ ἦν ὁ Χριστός. Ἐπεὶ τοίνυν τῷ λόγῳ σου ὕψωσάς με, καὶ μετέωρον ἐποίησας, ὡς μηκέτι κατοικεῖν τὰ μέσα τῆς γῆς, ἀλλ' ἐν ἄκροις αὐτῆς γενέσθαι· ἤδη δὲ καὶ ὡδήγησάς με, ὥστε πλησίον σου φθάσαι. γέγονάς τε ἐλπίς μου, δι ἣν ἐλπίδα οὐ καταισχυνθήσομαι· ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἐπικειμένων νοητῶν ἐχθρῶν, τῶν ζητούντων τὴν ψυχήν μου, ἀντὶ πάντων ἤρκεσας σὺ μόνος, πύργος ἰσχύος μοι γενόμενος· εἰκότως τούτων ἁπάντων τυχὼν, σὺ (*forte* σοὶ) τοὺς ὕμνους ἀναπέμπω, ὡς ἁπάντων μοι τῶν ἀγαθῶν γενομένῳ αἰτίῳ.

Et in versum sequentem : « Deduxisti me, » etc., v. 4.

Athanasii et Cyrilli. Quia vero viæ ducum proprium est demonstrare, quænam via tuta sit, quæ vero periculosa et perniciosa : etiam hoc Christus fecisse comperitur, dum ait : *Ego sum via et ostium* [84]. Illud vero, turris fortitudinis, idem est ac si dixisset : Murus ac tutamen mihi factus es, ut nihil mihi accidat mali, cum hi molestiam pariunt inimici. Christus namque turris est stabilis atque inconcussa.

B (87) *Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου.* Ἐπεὶ δὲ τῶν ὁδηγούντων ἴδιον τὸ δεικνύειν, ποία μὲν ἀσφαλὴς ὁδὸς, ποία δὲ σφαλερὰ καὶ βλαβερὰ μαρτύρεσθαι· καὶ τοῦτο Χριστὸς πεποιηκὼς εὑρίσκεται, ἐν τῷ λέγειν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ θύρα.* Τὸ δὲ, πύργος ἰσχύος, ὅμοιον ὡσεὶ λέγοι· Τεῖχος καὶ ἀσφάλεια γέγονας, εἰς τὸ μηδὲν παθεῖν ἐπηρεαζόντων τῶν ἐχθρῶν. Πύργος γὰρ ἑδραῖος, ἀκατάσειστος ὁ Χριστός.

Et in sequentia : « Habitabo in tabernaculo tuo, » etc., v. 5.

Athanasius, Cyrillus. Ad sensum vero : Ex bonis quæ jam a Deo acceperat, spem sibi facit etiam de futuris, quod nimirum receptus in superna tabernacula, semper sub Dei erit protectione. Quemadmodum enim qui festum aliquod acturi sunt, eo jam præ foribus exsistente, jucunditate ac lætitia quadam perfunduntur, et quod nondum præsens quasi præsens intuentur : sic etiam sancti, cum bonas spes habeant de futura vita, lætantur de ipsa. Alas vero appellat Providentiæ divinæ potestatem : a qua tectus omnis Dei amans nunquam ex tabernaculo Dei excedit, sed in æternum in ipsa permanet.

(88) *Ἀθανάσιος, Κύριλλος.* Πρὸς δὲ νοῦν, ἀφ' ὧν ἤδη εἴληφεν ἀγαθῶν, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἐλπίζει, ὅτι δὴ, εἰς τὰς ἄνω σκηνὰς γεγονὼς, ὑπὸ τὴν αὐτοῦ διὰ παντὸς γενήσεται σκέπην. Ὥσπερ γὰρ οἱ C μέλλοντες ἐπιτελεῖν ἑορτὴν, ἐγγύς τε καὶ ἐπὶ θύραις ἔχοντες αὐτὴν, προαναπίμπλανται θυμηδίας, καὶ τὴν οὔπω παροῦσαν ὡς ἤδη παροῦσαν ὁρῶσιν· οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι, χρηστὰς ἔχοντες ἐλπίδας ἐπὶ τῇ μελλούσῃ ζωῇ, χαίρουσιν ἐπ' αὐτῇ. Πτέρυγας δὲ καλεῖ τὰς τοῦ Θεοῦ προνοητικὰς δυνάμεις· ὑφ' ἃς σκέπεται ὁ θεοφιλὴς, μηδέποτε τῆς σκηνῆς ἀναχωρῶν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ δι' αἰῶνος ἐν αὐτῇ κατοικῶν.

Et adhuc in verba : « Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum, » etc.

Eusebii et Athanasii. Sciendum porro, esse in his verbis obscuram significationem veræ illius hæreditatis. Ea vero est vita æterna. Sed cum ista demum in futuro sæculo danda sit, quomodo ergo ait David, *Dedisti ?* Ideo nimirum, quia licet ea exspectetur post resurrectionem, data tamen est, quia jam olim parata est iis qui suo tempore eam sunt adepturi. Observa autem, etiam timentibus Deum datam esse hæreditatem. Si itaque his qui longe inferiores sunt ea data est : multo ergo magis iis qui longe altius conscenderunt, hoc est diligentibus Deum. Quod vero indefinite dixit, timentibus, nec addidit Judæis aut gentibus, eo ipso expandit gratiam suam super universos homines.

Εὐσεβίου καὶ Ἀθανασίου. Ἰστέον μέντοι, ὅτι ταῦτα αἴνιγμα ἔχει καὶ τῆς ἀληθοῦς κληρονομίας. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή. Ἀλλὰ μὴν αὕτη ἐν D τῷ μέλλοντι αἰῶνι δοθήσεται· πῶς οὖν εἶπε, *Δέδωκας ;* Ὅτι, εἰ καὶ προσδοκᾶται μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἀλλά γε τῷ ἤδη εὐπρέπεσθαι, δέδοται τοῖς αὐτὴν κατὰ καιρὸν τὸν δέοντα ληψομένοις. Ὅρα δὲ, ὅτι καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν δέδοται ἡ κληρονομία. Εἰ οὖν αὐτοῖς ὑποδεεστέροις οὖσι, πολλῷ πλέον τοῖς ὑπεραναβεβηκόσιν, εἴτουν ἀγαπῶσι τὸν Θεόν. Ἀορίστως δὲ εἰπὼν, τοῖς φοβουμένοις, καὶ οὐ προσθεὶς, Ἰουδαίοις, ἢ Ἕλλησιν, ἥπλωσε τὴν χάριν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους· μάλιστα δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσιόντας, φοβουμένους τὸν Κύριον, εἴωθεν ἀποκαλεῖν ὁ λόγος. Ποία

[84] Joan. XIV, 6; X, 9.

(87) Vide superius in *Expositionibus.*

(88) Ita fere in *Expositionibus* supra.

ἢ ἡ κληρονομία ἀλλ' ἢ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν; ἣν A ἐν τοῖς μακαρισμοῖς εἴρηκεν ὁ Σωτήρ.

Cum primis autem, timentes Deum solet appellare Scriptura, qui ex gentibus accedunt. Quæ vero alia hæreditas est, quam regnum cœlorum? quam etiam in beatitudinibus celebravit Salvator.

Et in sequentia: « Diem supra diem regis appones, » etc., v. 7.

(89) *Εὐσεβίου, Ἀθανασίου, Κυρίλλου.* Πρὸς δὲ νοῦν σημαίνει ὁ λόγος, ὡς καὶ τοῦτο μέρος κληρονομίας ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωή. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἡμέρας ἡμερῶν τοῖς ἔτεσι τοῦ βασιλέως προσθῆναι. Σημαίνει γὰρ διὰ τῶν ἡμερῶν χρόνους τινὰς καὶ αἰῶνας. Μὴ ὑπολάβῃς δὲ, ὅτι περὶ ἑνός τινος βασιλέως τὰ τοιάδε φησίν· ἴσθι δὲ μᾶλλον, ὅτι περὶ παντὸς τοῦ κεκλημένου εἰς βασιλείαν οὐρανῶν· ὃν καὶ διαμένειν φησὶν εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Οἱ γὰρ σύμμορφοι γενόμενοι τῶν παθημάτων αὐτοῦ καὶ συμβασιλεύ- B σουσιν αὐτῷ διηνεκῶς. Προειπὼν μέντοι ὁ Προφήτης, ὅτι Σὺ, ὁ Θεὸς, εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου, καθ' ὑπερβατὸν συνῆψε τό· Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας τοῦ βασιλέως προσθήσεις. Ἤκουσας γὰρ, φησὶ, τῶν εὐχῶν μου· ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας προσέθηκας. Διὰ μέσου δὲ ἐνεβλήθη ἡ περὶ τῶν φοβουμένων τὸ ὄνομα Κυρίου μνήμη· ἐπειδὴ καὶ αὐτοῖς ἐπήγγελται τὴν κληρονομίαν ἡ προφητεία. Ἣν δὲ ἡ αἰώνιος ζωή.

Eusebii, Athanasii, Cyrilli. Sensus vero spiritualis est: indicant hæc verba, quod etiam hæc portio hæreditatis vita æterna sit. Hoc enim est, annis regis adjicere dies dierum. Denotant namque dies tempora quædam et sæcula. Cave vero ne existimes hæc talia de aliquo rege dici: quin potius scito hæc de omnibus, qui in regnum Dei vocantur, accipienda esse: quos utique etiam permansuros ait in æternum in conspectu Dei. Qui enim conformes redditi sunt passionibus ejus, ii regnabunt quoque cum ipso in perpetuum. Quia igitur Propheta præmisit, quia Tu, o Deus meus, exaudisti preces meas; adjecit per quemdam verborum trajectum illud, Dies ad dies regis adjicies. Nam, inquit, quia exaudisti preces meas, addidisti dies supra dies. Interposita vero est inter hæc mentio timentium nomen Domini, quia etiam istis a Propheta promissa est hæreditas. Hæc vero est vita æterna.

Et adhuc in sequentem versum: « Permanebit in sæculum, » etc.

(90) *Ἀθανάσιος.* Ἐξ ἀναστροφῆς δὲ ὁ λόγος, ἵνα C ᾖ τοιοῦτος· Εἴ τις ἐκζητήσει τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν, οὗτος ἐν τοῖς ἀτελευτήτοις αἰῶσι διαμενεῖ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο δὲ σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· *Ἔλεος καὶ ἀλήθεια διατηρήσουσιν αὐτόν.* Ταῦτα γὰρ τῆς ἀθανασίας αὐτῷ ἔσται αἴτια, τὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια. Κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα· Τίς, φησὶν, ἱκανὸς τὸν κεκρυμμένον καὶ δίκαιον τοῦ Θεοῦ ἔλεον καταμαθεῖν ἀκριβῶς; Τὰ γὰρ κρίματα αὐτοῦ ἄβυσσος πολλή.

Athanasius. Inversa est oratio: talis enim esse debet: Quicunque exquisiverit misericordiam ejus et veritatem, is permanebit in conspectu Dei in sæcula nunquam terminanda. Hoc porro magis perspicue expressit Symmachus, sic: ***Misericordia et veritas custodient ipsum.*** Hæ enim causæ erunt, quod ipse immortalitatem consequatur, Dei misericordia et veritas. At secundum Septuaginta hic est sensus: Quis potest accurate cognoscere occultam et justam Dei misericordiam? Judicia enim ejus abyssus multa.

Exinde sequitur argumentum psalmi LXIII *ad verbum ut legitur in Expositionibus, ideoque ipsum prætermisimus.*

Item in illa verba: « Qui acuerunt ut gladium, » etc., v. 4.

(91) *Ἀθανάσιος.* Πρὸς δὲ νοῦν ταῦτά φησι διὰ τὸ D βλασφημοῦντας αὐτοὺς τὸν Ἰησοῦν λέγειν τοῖς ἀποστόλοις· *Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, μηδενὶ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ;* Τοὺς μέντοι λόγους τῆς διαβολῆς ῥομφαίαν ἠκονημένην ὠνόμασεν, ἵνα δείξῃ τὸ ὀξύτερον πρὸς ἀναίρεσιν· καὶ τόξῳ τὴν γλῶσσαν τοῦ συκοφάντου παρείκασεν, ὅτι καὶ τοὺς πόῤῥω βλάπτει. Οὐδενὸς γὰρ οὔτε παρόντος οὔτε ἀπόντος ὁ λοίδορος καὶ συκοφάντης φείδεται.

Athanasius. Sensu vero secretiore dicuntur hæc in Judæorum principes, eo quod blasphemias in Jesum jacientes, dicerent apostolis: *Nonne præcipiendo præcipimus vobis, ne doceretis in nomine isto* [28]? Verba itaque calumniosa, appellavit romphæam acutam, ut innuat et ipsa acuta esse et facile perimere. Linguam vero sycophantæ comparavit sagittæ, eo quod etiam longe absentes lædat. Maledicus enim et sycophanta nulli, nec præsenti, nec absenti parcit.

Item in illa psalmi ejusdem, « Conturbati sunt omnes qui vid., » etc., v. 10.

(92) *Ἀθανάσιος.* Οἱ θεωροῦντες, φησὶ, τοὺς τοιού-

Athanasius. Quotquot vident, inquit tales viros

[28] Act. v. 28.

(89) Vide in *Expositionibus.*
(90) Hujus loci nulla est interpretatio in *Expositionibus.*
(91) Vide expositionem in hunc versum.
(92) Hujus loci nulla est interpretatio in *Expositionibus.*

tantis excidere negotiis et a proposito aberrare, A conturbantur ac corripiuntur metu, et divinam mirantur providentiam. Dum enim divinam protectionem apud se considerant, terrentur horrore divini judicii, ac intelligunt omnes Deum fuisse, qui dolos et insidias eorum irritas fecit, eo quod quæ contra me inierant consilia vana demonstrata sunt. Adeo ut jam omnes pronuntient, tuum fuisse, o Domine, hoc opus, tibique cuncta ascribant. Quis enim non metuat, ubi videt Dei animadversionem in impios, et ultionem pro injuste actis relatam?

τους καὶ τοσούτους τῶν ἐγχειρημάτων διαμαρτόντας καὶ ἀστοχήσαντας θορύβου καὶ δέους ἐπλήσθησαν, καὶ τὴν θείαν ἐθαύμασαν πρόνοιαν. Ἐν περινοίᾳ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας γενόμενοι, τὸ θεῖον κριτήριον ἔδεισαν, καὶ πάντες συνῆκαν, ὅτι παρὰ Θεοῦ κατεργάζεται τὸ τῆς αὐτῶν δολιότητος ἄπρακτον, ὅτι τὰ κατ' ἐμοῦ μάταια ἠλέγχθη. Ὡς πάντας ἀπαγγέλλειν, ὅτι Σὸν, ὦ Δέσποτα, ἔργον τοῦτο, καὶ σοὶ τὰ γενόμενα ἐπιγράφουσι. (93) Τίς γὰρ οὐκ ἂν φοβηθείη, ἐπισκοπὴν ἐκ Θεοῦ ὁρῶν γινομένην κατὰ τῶν ἀσεβῶν, καὶ ἐκδίκησιν ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων;

Item in titulum psa.. LXIV, *præmissa Theodoreti sententia.*

Athanasius. Conjuncta porro est cum harum re- B rum prædictione etiam prophetia de salute gentium. David namque introducit hic eos qui ex gentibus in Christum crediderunt, quasi contradicentes sapientibus hujus sæculi, ac orantes prioris impietatis dimissionem. Orat deinde etiam pro iis qui olim steriles et infructuosi erant, nunc vero fertiles facti sunt per fidem in Christum. Dictum vero est jam ante, quod psalmus praxin, canticum vero theoriam denotet. Quando igitur per utrumque istorum res aliqua præclare gesta est, ethica scilicet philosophia cum theoretica concurrente, psalmus cantici exsistit. Vita enim contemplativa operibus ornata, reddit perfectum hominem.

(94) *Ἀθανάσιος.* Ἀναμέμικται δὲ τῇ περὶ τούτων προῤῥήσει καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν σωτηρίας ἡ προφητεία. Εἰσάγει γὰρ ὁ Δαυῒδ ἐνταῦθα τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας εἰς Χριστὸν, καταβοῶντας τῶν σοφῶν τοῦ αἰῶνος τούτου, αἰτοῦντάς τε τῆς προτέρας ἀσεβείας ἄφεσιν· ἔτι τε εὐχὴν ἀναπέμπει ὑπὲρ αὐτῶν, ὄντων μὲν πάλαι ἀκάρπων, γενομένων δὲ εὐφόρων διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Εἴρηται δὲ πρότερον, ὡς πρᾶξιν μὲν ὁ ψαλμὸς, θεωρίαν δὲ ἡ ᾠδὴ δηλοῖ. Ὅταν οὖν δι' ἀμφοτέρων ᾖ τὸ ἀγαθὸν κατορθούμενον, τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας πρὸς τὴν θεωρητικὴν συνδραμούσης, ψαλμὸς ᾠδῆς γίνεται. Ὁ θεωρητικὸς γὰρ ἅμα τῷ πρακτικῷ κατορθούμενος βίῳ ἄνδρα τέλειον ἀποδείκνυσιν.

In ejusdem psalmi verba, « Beatus quem elegisti, » etc., v. 5. *Postquam ex Theodoreto sensum litteralem exposuit, subjicit:*

Athanasius. Spiritualiter vero adumbrat populum C illum novum, qui Christo in sortem hæreditatis ex gentibus electus est. Aulas vero intelligere debemus Ecclesias per regiones dispersas. Alias vero beatum etiam prædicat hic Propheta eum, qui virtutibus est consummatus. Deus enim eum eligit, qui ad certandum et cursu contendendum est idoneus; qui vero victoriam jam reportavit, præclaroque fine vitam conclusit, hunc assumit in cœlum, ubi etiam ipsi tabernaculum tribuit, in propriis sibi aulis, de quibus dictum est: Multæ sunt mansiones apud Patrem [36]. Ut ita perfectius quiddam sit assumi ab eligente quam eligi. Nam ubi qui electus est omnia secundum Dei voluntatem peregerit, tunc demum cum gloria in promissa D bona assumitur, et, domicilio ejus de terrenis locis translato, illic tabernaculum figit, in palatiis, inquam, eligentis se. Quorum desiderio quidam illic adhuc constitutus cum teneretur, inquiebat: *Anima mea deficit in atria Domini* [37]. Verba ergo hæc: *Beatus quem elegisti et assumpsisti*, merito protulerint, qui præsenti vita abstractos imitantur, ac beatos prædicant.

(95) *Ἀθανάσιος.* Πρὸς δὲ διάνοιαν αἰνίττεται τὸν λαὸν τὸν νέον, τὸν ἐξ ἐθνῶν ἐκλεγέντα τῷ Χριστῷ εἰς κληρονομίαν. Αὐλὰς δὲ τὰς κατὰ χώραν Ἐκκλησίας ὑποληπτέον. Ἑτέρως δὲ καὶ τὸν τελειωθέντα ἐν ἀρεταῖς, τοῦτον καὶ ὁ Προφήτης μακαρίζει. Ἐκλέγεται μὲν γὰρ ὁ Θεὸς τὸν ἀγωνίζεσθαι καὶ δραμεῖν ἐπιτήδειον· τὸν δὲ ἤδη νενικηκότα, καὶ καλῷ τέλει τὴν ζωὴν περικλείσαντα, εἰς οὐρανὸν προσλαμβάνεται, ἔνθα καὶ σκηνὴν αὐτῷ ταῖς ἰδίαις αὐλαῖς ἀποκληροῖ· περὶ ὧν εἴρηται· Πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί. Ὥστε τελειότερον τοῦ ἐκλεγῆναι τὸ προσληφθῆναι παρὰ τοῦ ἐκλεξαμένου. Ὅταν γὰρ ὁ ἐκλεγεὶς πάντα κατὰ βούλησιν Θεοῦ πράξῃ, τότε μετὰ δόξης εἰς τὰς ἐπαγγελίας προσλαμβάνεται, καὶ μετοικισθεὶς τοῦ περὶ γῆν τόπου, ἐκεῖ κατασκηνοῖ, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ ἐκλεξαμένου. Ὧν ἐντεῦθεν ἔτι πόθον τις ἔχων, εἶπεν· *Ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου.* Ὥστε τὰς λέξεις ταύτας, φημὶ δὴ τὸ, *Μακάριος, ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου*, εἰκότως προφέρουσιν οἱ τοὺς ἀπαλλαγέντας τοῦ βίου ζηλοῦντες καὶ μακαρίζοντες.

Et in versum sequentem: præmissa rursum litterali explicatione ex Theodoreto, sequitur.

Athanasii. Horum sententia hæc. Bona domus

(96) *Ἀθανασίου.* Πρὸς δὲ νοῦν· Ἀγαθὰ τοῦ

[36] Joan. XIV, 2. [37] Psal. LXXXIII, 3.

(93) Hæc in *Expositionibus* ad secundam partem versus 10.

(94) Hæc auctiora sunt quam in *Expositionibus*.

(95) Hæc non habentur superius ad hunc versum.

(96) Horum quædam superius habentur ad hunc versum.

οἴκου τοῦ Θεοῦ τὰ τοῦ Πνεύματος διάφορα χαρίσματα. Οἶκον δὲ Θεοῦ τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Παῦλος καλεῖ. Ἐν δὲ τούτῳ θαυμαστῶς ἐπιτελεῖται ἡ ἀρετὴ, καλουμένη δικαιοσύνη. Ὁ τοίνυν πιστεύων καὶ ἔργων ἀγαθῶν πληρωθεὶς ἔχει τὸν Κύριον ἐν ἑαυτῷ. Εἴρηται γὰρ διὰ τῆς πίστεως κατοικεῖν τὸν Χριστὸν εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὸν τηροῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ μετὰ τοῦ Πατρὸς ἐρχόμενος μονὴν ποιεῖται. Καὶ γίνεται ὁ τοιοῦτος ναὸς, (κατὰ τό· *Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε;*) ὃς καὶ δικαιοσύνην θαυμαστῶς κατορθοῖ, τὴν διὰ πίστεως συνισταμένην. Ἅγιος μέντοι ἐστὶν ὡς καθαρὸς, θαυμαστὸς δὲ ἐπὶ τῇ δικαιοσύνῃ.

A Dei, dicuntur, diversa Spiritus sancti dona. Domum autem Dei vocat Paulus ipsam Ecclesiam. In hac vero domo mirabiliter perficitur virtus illa, quæ appellatur justitia. Qui igitur credit, ac bonis operibus abundat, is habet Dominum in seipso. Dictum namque est alibi, quod Christus habitet in homine interiore per fidem: et quod venturus sit cum Patre ad eum qui sermonem ejus servat, ac mansionem apud ipsum facturus. Atque ita fit hic talis domus Dei: (secundum illud: *Nescitis quoniam templum Dei estis* [38]?) qui etiam mirabiliter operatur justitiam, illam, inquam, quæ per fidem exsistit. Sanctus igitur est, quia purus; mirabilis vero propter justitiam.

Et in ejusdem psalmi verba: « Qui præparat montes, » etc., v. 7. Similiter præmissa Theodoreti sententia, subjecto Athanasii nomine, ait:

Πρὸς δὲ διάνοιαν· Σὺ, φησὶν, εἶ ὁ τὰ ὄρη, ἤγουν τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, ἑτοιμάζων εἰς τιμωρίαν (ἡτοίμασται γὰρ αὐταῖς ἡ ἄβυσσος)· τοῦτο δὲ ποιήσεις, δυνατὸς ὤν.

B Ad mentem vero: Tu, inquit, es, qui montes, hoc est adversarias potestates, præparas ad supplicia (istis enim præparata est abyssus): et hoc facies, quia potens es.

Et in versum sequentem Theodoreti explicationi hæc subjicit:

Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου. Πρὸς δὲ διάνοιαν· Συνταράσσει Χριστὸς οἷόν τι κύτος καὶ πλάτος θαλάσσης τὰ πλήθη τῶν ἐθνῶν, μὴ συγχωρήσας αὐτὰ ἠρεμεῖν ἐν ταῖς ἀρχαίαις ἀπάταις· κεκινηκὼς δὲ μᾶλλον εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, καὶ ὥσπερ τινὰς ἤχους κυμάτων, ἀνασαλεύσας ἁπάντων τὰς ἐπ' αὐτῷ δοξολογίας. Ἢ θάλασσαν ἐνταῦθα τὸ πλῆθος τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων φησὶν, ὃ συνταράσσεται τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ. Διὸ καὶ φοβούμενοι ἔλεγον· *Ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.* Ἢ θάλασσαν μὲν τὸ πλῆθος καλεῖ τῶν τυράννων διὰ τὸ ἁλμυρὸν τῆς εἰδωλολατρείας αὐτῶν, ἤχους δὲ κυμάτων τὰς κατὰ τῶν μαρτύρων ἐπιβουλὰς καὶ βασάνους. Ἃς τίς ὑπέμεινεν, εἰ μὴ τῇ δυνάμει Χριστοῦ ἐνεδυναμοῦτο καὶ ἐστηρίζετο;

Athanasii et Cyrilli. Hæc autem sic intelliguntur, Christum esse qui conturbat multitudinem gentium instar maris profundi ac latissimi, dum non sinit eas conquiescere in antiquis erroribus: sed potius commovet et perducit ad cognitionem suæ potentiæ, ac omnes ad sui laudem quasi fremitus fluctuum excitat. Vel appellat hic mare, ingentem illam multitudinem spirituum impurorum, qui conturbantur Christi adventu. Unde etiam metuentes
C dicebant: *Venisti ante tempus torquere nos* [39]. Vel certe mare quidem dicit multitudinem tyrannorum, propter salsedinem sive acerbitatem idololatriæ ipsorum; fremitus vero fluctuum, insidias et tormenta sanctis martyribus ab ipsis inflicta. Quæ quis sustinuerit, nisi qui potentia Christi roboratus atque suffultus fuerit?

Et adhuc in versum sequentem Theodoreti explicationi subjungit:

Ἀθανασίου. Παρεδήλωσε δὲ καὶ τὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κήρυγμα· ὅπερ διὰ τὸ ἀηθὲς καὶ διὰ τὸ καταλύεσθαι τὸ πατρῷον τῶν ἐθνῶν σέβας, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν ἀμείβεσθαι, ταραχὴν εὐθὺς καὶ ζάλην τοῖς ἀνθρώποις ἐκίνησε κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, χωρίζον νύμφην ἐκ πενθερᾶς, καὶ πατέρα ἐξ υἱοῦ. Μετὰ δὲ τὴν ζάλην κατέπαυσε, καὶ τὴν εἰρήνην ἅπασιν ἐπρυτάνευσεν. Ὅτε οὖν, φησὶ, τὰ ἔθνη ταραχθήσονται, τουτέστι τῶν δαιμόνων τὰ συστήματα, τότε δὴ τότε καὶ οἱ ἐν τοῖς πέρασι τῆς οἰκουμένης ἄνθρωποι φοβηθήσονταί σε, τὰ μεγάλα σημεῖα θεωρήσαντες, τὰ ἐπὶ τῇ σῇ παρουσίᾳ γεγενημένα.

Athanasii. Significavit vero simul etiam sanctorum apostolorum prædicationem, quæ tum quod inconsueta esset, tum etiam quod demoliretur avitum gentilium cultum, vitamque eorum ac con-
D versationem corrigeret, illico turbas ac motus dedit inter homines, ac secundum illam Domini vocem, nurum a socru, et filium a patre segregabat [40]. Quanquam post etiam motus illos sedaverit, et pacem cunctis reddiderit. Quando igitur, inquit, gentes, hoc est dæmonum examina commovebuntur, tunc te metuent homines in extremis terræ finibus constituti, miracula ingentia conspicientes, quæ sub adventum tuum edentur.

Item in sequentem v. 9.

Ἀθανασίου, Εὐσεβίου καὶ Κυρίλλου. Καὶ μέντοι ὅταν τὰ μεγάλα σημεῖα θεωρήσαντες οἱ τὴν οἰκου-

Athanasii, Eusebii et Cyrilli. Et quidem cum viderint magna illa signa qui orbem terrarum in-

[38] I Cor. III, 16. [39] Matth. VIII, 21. [40] Matth. X, 35.

colunt, ac timuerint sibi timore bono, tunc utique A tam matutinis quam vespertinis egressibus (hoc est, omni tempore) lætantes oblectabuntur in iis quæ Christi adventus reparavit. Porro ipsius etiam Christi duo sunt egressus, aut progressus: alter quidem mane, hoc est ante omnem æternitatem ex Patre factus, secundum illud: *Egressiones ejus a principio a diebus æternis*[41]; alter vero vesperi, ille nimirum ex virgine, qui contigit in consummatione sæculorum. Uterque autem delectationi est et gaudio. Symmachus quidem reddens, *Accessiones matutini et vesperæ laudibus efferunt*, hoc dicere videtur, quod et exoriente et desinente die acceptam Deo offerent laudem ii, qui errore derelicto, natura Deum cognoverunt.

μένην οἰκοῦντες φοβηθῶσι τὸν ἀγαθὸν φόβον, τότε δὴ καὶ εἰς τὰς πρωΐας καὶ εἰς τὰς ἑσπέρας ἐξόδους, τουτέστιν ἐν παντὶ καιρῷ, τέρψις ἔσται αὐτοῖς ἀγαλλιωμένοις, ἐφ' οἷς κατώρθωσεν ἡ Χριστοῦ παρουσία. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Χριστοῦ δύο ἔξοδοι, ἤγουν πρόοδοι· ἡ μὲν πρωΐας, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ Πατρὸς γενομένη, κατὰ τό· *Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος*· ἡ δὲ ἑσπέρας, ἡ ἐκ παρθένου, ἥτις ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἀπήντησεν. Ἑκατέρα δὲ τέρψις ἐστὶ καὶ ἀγαλλίασις. Ὁ μέντοι Σύμμαχος εἰπὼν, *Τὰς προσελεύσεις τοῦ ὄρθρου καὶ τῆς ἑσπέρας ὑμνολογοῦσι*, τοῦτο δοκεῖ λέγειν, ὅτι καὶ ἀρχομένης καὶ ληγούσης ἡμέρας τὴν ἀρεστὴν τῷ Θεῷ προσοίσουσιν ὑμνῳδίαν οἱ τὴν πλάνην καταλιπόντες τὸν δὲ φύσει γνόντες Θεόν.

Et in versum adhuc sequentem, litterali expositione ex Theodoreto præcedente, v. 10:

Athanasius. Secundum intellectum autem: Exsaturasti, inquit, terram universam bonis tuis desursum, implevisti gratiis spiritualibus omnes qui sub cœlo degunt; nos vero tunc errabundos, ac instar terræ aridæ et inaquosæ constitutos, fertiles, imo fecundissimos ac vere sacros reddidisti. B

Ἀθανάσιος. Πρὸς δὲ διάνοιαν· Κατεχόρεσας, φησὶ, τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν τὴν σύμπασαν γῆν· πεπλήρωκας τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων τοὺς κατὰ πᾶσαν ὄντας τὴν ὑπ' οὐρανόν· ἡμᾶς δὲ τοὺς τότε πλανωμένους, γῆν ὥσπερ τινὰ ξηρὰν ὄντας καὶ ἄνυδρον, καρποφόρον ἀνέδειξας, καὶ γονιμωτάτην, καὶ ἱερὰν ἀληθῶς.

Itidem et in versum proxime sequentem.

Athanasius. Secundum autem intelligentiam fluvius Dei est unigenitus ejus Filius. Quemadmodum enim ex fonte profluit fluvius, ita etiam ex substantia generantis nascitur Filius, et est ipsi consubstantialis. Est etiam plenus aquis, quia plenitudo deitatis habitat in ipso: *Et vidimus gloriam ejus, qui plenus erat gratia et veritate*[42]. C Quanquam etiam per fluvium possit intelligi ipse Spiritus sanctus, qui plenus est aquis, hoc est variis gratiæ donis. Præparatus autem esse dicitur cibus spiritualis, eo quod ante jacta mundi fundamenta, definitum ac decretum erat Christi mysterium, qui *panis est, qui de cœlo descendit, ac dat vitam mundo*[43]. Quia, inquit, hæc est illa præparatio, veri cibi: quod ipse eum præparasti, et non aliter: quasi diceret, summa providentia ac digne majestate divina. Deo enim convenit talia præparare, quorum qui fiunt participes, ii per pœnitentiam conscendunt ad divinam dignationem.

Ἀθανάσιος. Πρὸς δὲ νοῦν ποταμὸς Θεοῦ ὁ Μονογενής. Ὡς γὰρ ἀπὸ πηγῆς ἔρχεται ποταμὸς, οὕτω καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς τοῦ τεκόντος οὐσίας, καὶ ἔστιν ὁμοούσιος αὐτῷ· ὃς πλήρης ὑδάτων ἐστίν· ἐπεὶ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ἐν αὐτῷ κατοικεῖ. *Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ· πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας*. Νοηθείη δ' ἂν ποταμὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πλῆρες ὑδάτων τῶν διαφόρων χαρισμάτων. Ἡτοιμάσθαι δέ φησι τὴν πνευματικὴν τροφὴν, διότι πρὸ καταβολῆς κόσμου ὥρισται τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὅς *ἐστιν ἄρτος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ*. Ὅτι οὕτως, φησὶν, ἡ ἑτοιμασία τῆς ἀληθινῆς τροφῆς, ὡς αὐτὸς ἡτοίμασας, καὶ οὐκ ἄλλως (f. ἄλλος)· ἀντὶ τοῦ, προνοητικώτατα καὶ θεοπρεπῶς. Θεῷ γὰρ πρέπει τοιαῦτα ἑτοιμάζειν, ὧν οἱ μεταλαμβάνονται εἰς ἀξίαν Θεοῦ διὰ τῆς μετανοίας ἀναβαίνουσιν.

Adhuc in versum sequentem, præmissa rursus Theodoreti sententia, v. 11.

Athanasii et Eusebii. Altiori vero contemplatione: D Morare adhuc, inquit, o Domine, ac riga profunditates cordium humanorum ut sulcos, et inebria eas ac redde fertiles, ut multiplicentur fructus justitiæ ipsorum; non solum per fluvium (hoc est per gratiam sancti Spiritus), sed et per stillas rorantes a magistris, tanquam ex nubibus quibusdam: hoc est per notitiam et intellectum divinarum Scripturarum.

Ἀθανασίου καὶ Εὐσεβίου. Θεωρητικῶς δέ· Ἐπίμεινον, φησὶ, Δέσποτα, τὰ βάθη τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων καθάπερ τινὰς αὔλακας ἄρδων, καὶ μεθύσκων, καὶ εἰς καρπογονίαν διεγείρων· ὥστε πληθυνθῆναι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης αὐτῶν, οὐ μόνον διὰ τοῦ ποταμοῦ (τουτέστι τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος), ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν φερομένων ψεκάδων, ὡς παρά τινων νεφελῶν τῶν διδασκάλων, τουτέστι διὰ τῶν νοημάτων τῶν θείων Γραφῶν.

Et in proxime annexum v. 12.

Athanasius. Quod igitur ad verborum sensum attinet, annum benignitatis benedictum appellavit

Ἀθανάσιος. Κατὰ μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, ἐνιαυτὸν χρηστότητος εὐλογούμενον τὸν τῆς εὐθηνίας ὠνόμα-

[41] Mich. v, 2. [42] Joan. i, 14. [43] Joan. vi, 33.

σιν, ὡς τῇ τοῦ Θεοῦ χρηστότητι τὴν εὐετηρίαν δε- A χόμενον, καὶ εὐλογίας διὰ τῆς εὐθηνίας πληρούμενον· πρὸς δὲ νοῦν. *Sequentia Cyrilli sunt. Et paulo post,* *Θεοδωρήτου καὶ Ἀθανασίου.* Εἴη δ' ἂν καὶ ὁ μέλλων αἰὼν στέφανος χρηστότητος, διὰ τὸ ἐν πολλῇ χρηστότητι τοὺς ἁγίους ἐν αὐτῷ στεφανοῦσθαι.

eum qui prosperos successus habuit, ut qui a Dei benignitate commodam aeris temperiem accepit, ac omni benedictione propter prosperam rerum fortunam fuit impletus. *Et paulo post, Theodoreti et Athanasii.* Fuerit vero corona benignitatis etiam futurum sæculum, eo quod in eo magna benignitate sancti coronandi sint.

Item in illa : « Et campi tui complebuntur pinguedine. » Præmissa Theodoreti litterali explicatione subtexit Athanasii.

Ἀθανασίου. Πρὸς δὲ νοῦν πεδίοις καὶ γαίαις παρεικάζει τὰς τῶν πιστευόντων ψυχάς. Ἃς τοῖς θείοις καὶ πνευματικοῖς χαρίσμασι καταπιαίνει Θεὸς, ἵνα δύνωνται φέρειν τοὺς τῆς εὐσεβείας καρπούς.

Sensu vero spirituali comparat David animas credentium campis et agris. Quas Deus spiritualibus et divinis donis ita pinguefacit, ut proferre possint pietatis fructus.

Et in verba : « Pinguescent speciosa deserti, » etc., v. 13.

(97) *Ἀθανασίου.* Πρὸς δὲ νοῦν ὡραῖα τοὺς ἁγίους B ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστάς φησι, τοὺς εὐτραφεῖς γεγενημένους τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασιν. Ἔρημον δὲ τὴν Ἐκκλησίαν ἀποκαλεῖ, τὴν πάλαι ἔρημον οὖσαν τῆς περὶ Θεοῦ γνώσεως.

Athanasii. Secundum vero intelligentiam, speciosa ait ipsos sanctos apostolos et evangelistas, qui bene saginati fuerant spiritualibus donis. Desertum autem vocat Ecclesiam, quod olim deserta ac vacua esset cognitione Dei.

Et in verba sequentia, v. 3. Theodoreti explicationi subjiciuntur hæc.

Ἀθανασίου, Κυρίλλου. Πρὸς δὲ νοῦν· Τῆς τοῦ Θεοῦ φανείσης χρηστότητος, ἡ πάλαι ἔρημος καρποφορήσει, καὶ οἱ βουνοὶ, οἱ ταῖς εἰδωλικαῖς θυσίαις μιαινόμενοι, τοὺς τὸν ἀγγελικὸν αἱρουμένους βίον δεξάμενοι, εὐφρανθήσονται. Ἢ βουνοῖς ἀπεικάζει τοὺς κατὰ καιροὺς τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν ἡγουμένους, καὶ λαῶν προεστηκότας, ἤτοι ποιμένας καὶ διδασκάλους. Ὥσπερ C γὰρ τῆς ἄλλης ἁπάσης γῆς ὑπερανέχουσι τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοί· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν ἀξία ὑψηλοτέρα τῶν ἄλλων ἐστίν. Οὗτοι καὶ ἀγαλλίασιν περιζώννυνται, τουτέστι τὴν τοῦ πνεύματος παράκλησιν.

Athanasii, Cyrilli. Ad intellectum vero : Apparente Dei benignitate, quæ olim deserta fuerat, fructum feret, et colles idolorum sacrificiis polluti, suscipientes eos qui angelicam vitam sectantur, exsultabunt. Vel certe collibus assimilat eos, qui quibusvis temporibus sanctarum Ecclesiarum duces sunt, ac populorum præsides, sive pastores et doctores. Quemadmodum enim montes et colles cæteras omnes terræ partes altitudine excedunt, ita etiam altior est dignitas sanctorum doctorum, quam aliorum hominum. Et hi exsultatione circumcinguntur, hoc est consolatione spiritus.

Rursum in verba ista : « Et valles abundabunt frumento. »

Γρηγορίου Θεολόγου καὶ Ἀθανασίου. Αἱ μὲν τῆς γῆς τὸν αἰσθητὸν καὶ ἐφήμερον· αἱ δὲ τῶν ψυχῶν τῶν καλῶς τῷ λόγῳ γεωργουμένων τὸν πνευματικὸν καὶ αἰώνιον. Αἱ γὰρ πάλαι, φησὶν, ἀπορώταται καὶ ἄγονοι τῶν ἐθνῶν ψυχαὶ πνευματικῷ καρπῷ ἔσονται πλήρεις.

Gregorii Theologi, et Athanasii. Terrestres nimirum valles, sensibile diariumque frumentum fundent; animæ vero eorum qui præclare verbo culti sunt, spirituale illud atque æternum. Ethnicorum enim animæ, inquit, quæ olim egentissimæ erant atque infecundæ, fructu spirituali abundabunt.

Et in verba ultima, Theodoreto subjungitur.

Ἀθανάσιος. Ἁπλῶς δέ·] Ἅπαντες, φησὶν, οἱ D προλεχθέντες σὺν πάσῃ προθυμίᾳ τὸν Θεὸν ἀνυμνήσουσι, τὴν τοιαύτην μεταβολὴν τῇ τῶν ἀνθρώπων δωρησάμενον φύσει.

Athanasius. Simpliciter vero : Omnes, inquit, prædicti cum omni alacritate laudabunt Deum, qui talem permutationem naturæ hominum donavit.

In psalmi LXV *versum primum, post Theodoreti explicationem sequitur.*

Ἀθανασίου. (98) Κατὰ δὲ θεωρίαν, ἀλαλαγμός ἐστιν ἐπινίκιος ὕμνος ἐπὶ ἐχθροῖς πεπτωκόσιν ᾀδόμενος. Ὡς οὖν ἀνῃρημένων τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου διὰ τῆς Χριστοῦ παρουσίας, πάντα τὰ ἔθνη τοὺς ἐπινικίους ὕμνους ἀναπέμπειν παρακελεύεται τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ Θεῷ καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, τουτέστι τῷ Υἱῷ.

Athanasii. At secundum altiorem intelligentiam : jubilatio est hymnus, qui cantatur propter hostes devictos. Quia igitur principes sæculi hujus per Christi præsentiam sublati sunt : idcirco jubet omnes gentes, ut laudes triumphales Deo offerant, ut qui causa fuerit victoriæ ; et nomini ejus, hoc est Filio. Nam quemadmodum nos ex nomine ipsius

(97) Hæc superius suo loco habentur.
(98) Hæc habentur superius suo loco, sed pauciora.

cognoscimur, sic cognoscitur etiam Pater per Filium.

A Ὡς γὰρ ἡμεῖς διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ γνωριζόμεθα, οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ διὰ τοῦ Υἱοῦ.

Rursum in sequentem versum 2. Præcedit similiter Theodoretus (99).

Cyrillus, Athanasius. At hic quidem verborum sensus est historicus. At secundum spiritualem acceptionem, valde metuenda sunt Christi opera, sive divina ejus miracula, et quod de medio nostri sustulit impurorum dæmoniorum multitudinem. Multitudo autem et abundantia potentiæ, resurrectio ipsius est: quæ quidem subvertit robur mortis; revocavit vero ad incorruptionem universam hominis naturam. Quia autem Judæi, cum spectatores essent miraculorum Christi, ubi stupere oportebat, ipsi eorum auctorem calumniabantur ac impostorem vocabant, idcirco objurgans eos Psaltes ait: Desistite, ac potius dicite ipsi: Tremenda sunt opera tua. Deinde, quoniam videbat eos sibi morem non gerere, averso ab ipsis sermone ad Christum calumniis impetitum se convertit dicens: Multa est potentia tua, quantumcunque hostes tui de te mentiti sint, sponte sua oculos claudentes ad divinum tuum lumen quod mundo apparuit, adeo ut ne quidem præcellentia miraculorum eos ad obedientiam permovere potuerit. Nam cum Dominus noster multitudine potentiæ suam ex mortuis (quod ad humanam naturam attinet, resurrectionem perfecisset, mentiebantur de eo Hebræi hostes ejus: hoc est calumniabantur ejus resurrectionem.

Κύριλλος, Ἀθανάσιος. Καὶ οὕτω μὲν πρὸς ἱστορίαν· πρὸς δὲ πνευματικὴν ἔκληψιν λίαν φοβερὰ τὰ ἔργα Χριστοῦ, εἴτουν αἱ θεοσημεῖαι, καὶ τὸ, ἐκποδὼν γενέσθαι τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων τὰ πλήθη. Πλῆθος δὲ καὶ περιουσία δυνάμεως ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ, καταστρέφουσα μὲν τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἅπασαν δὲ τὴν ἀνθρώπου φύσιν εἰς ἀφθαρσίαν ἀνακαινίζουσα. Ἐπεὶ δὲ Ἰουδαῖοι, τῶν Χριστοῦ θαυμάτων γενόμενοι θεωροί, δέον ἐκπλήττεσθαι, τὸν τερατουργὸν ἐνδιέβαλλον, καὶ πλάνον ἐκάλουν, ἐπιπλήττων ὁ ψάλλων φησί· Παύσασθε, εἴπατε δὲ μᾶλλον αὐτῷ, ὅτι Φοβερὰ τὰ ἔργα B σου. Εἶτα ἐπεὶ ἀπειθοῦντας ἑώρα, ἀφεὶς τὸ πρὸς αὐτοὺς διαλέγεσθαι, τῷ συκοφαντουμένῳ Χριστῷ προσομιλεῖ, λέγων· Πολλή σου ἡ δύναμις, εἰ καὶ οἱ ἐχθροί σου ἐψεύσαντό σε, ἑκουσίως πρὸς τὸ φανὲν τῷ κόσμῳ θεῖόν σου φῶς μύσαντες, καὶ μηδὲ τῶν θαυμάτων τῆς ὑπερβολῆς παρενεγκούσης αὐτοὺς εἰς τὸ πείθεσθαι. Πλήθει γὰρ δυνάμεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐκτελέσαντος τὴν οἰκείαν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ Ἑβραῖοι ἐψεύσαντο αὐτόν· τουτέστιν, ἐνδιέβαλλον τὴν ἀνάστασιν.

Et in versum proxime cohærentem 4

Athanasius, Cyrillus, Gregorius Nyssenus. Licet, inquit, Judæi te negaturi sint, subjicietur tamen tibi pro ipsis et adorabit te omnis terra, sive gentes quæ inhabitabant terram. Neque enim amplius adoratio fiet Jerosolymis: cum jam legalis umbra cessaverit secundum illud: *Adorabunt eum quisque ex loco suo* [44], et adoratio jam fiat in spiritu et veritate, eo quod congruentia peraguntur opera Dei adorationi, ipsius appellatione illis imposita. Ista porro, prædictio sunt præsentis hujus temporis, quo in omnibus gentibus universorum Deus hymnis celebratur, ac Dominus noster Jesus Christus, altissimus ab omnibus vocatur.

C (1) *Ἀθανάσιος, Κύριλλος, Γρηγόριος Νύσσης.* Εἰ καὶ Ἰουδαῖοι, φησίν, ἀρνήσονταί σε, ἀντ' ἐκείνων ὑποκλιθήσεταί σοι καὶ προσκυνήσει πᾶσα ἡ γῆ, ἤτοι τὰ ἔθνη τὰ κατοικοῦντα τὴν γῆν. Οὐκέτι γὰρ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἡ προσκύνησις, τῆς νομικῆς παυσαμένης σκιᾶς, κατὰ τό· *Προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ*, καὶ τῆς προσκυνήσεως γενομένης ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, καταλλήλων ἔργων γινομένων τῇ προσκυνήσει Θεοῦ. τῆς αὐτοῦ προσηγορίας ἐπικληθείσης αὐτοῖς. Πρόῤῥησις δὲ ταῦτα τοῦ παρόντος καιροῦ, καθ' ὃν ἐν ἅπασι τοῖς ἔθνεσιν ὁ τῶν ὅλων ὑμνεῖται Θεός, καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς ὕψιστος παρὰ πάντων καλεῖται.

Rursum in ista verba: « Venite et videte opera Dei, » etc., 5.

Athanasius. Inducit hic apostolorum personam qui doceant gentes, quod iste qui in præsentia sua secundum carnem divina illa miracula operatus est, ipse idem sit, qui olim mare Rubrum arefecit, et Jordanis fluenta divisit, adeo ut pede eum Israelitæ transirent. Inquit igitur: Cognoscite animo atque intelligite ex singulis quæ a bono Deo effecta sunt, quam is sit in consiliis suis incomprehensibilis: admiremini etiam ineffabilem ejus sapientiam, per quam humanum genus perducit ad pie-

D (2) *Ἀθανάσιος.* Τῶν ἀποστόλων ἐνταῦθα εἰσάγει τὸ πρόσωπον, διδασκόντων τὰ ἔθνη, ὡς ἄρα οὗτος ὁ ἐν τῇ κατὰ σάρκα παρουσίᾳ τὰς θεοσημείας ἐργαζόμενος, αὐτός ἐστιν ὁ πάλαι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ξηράνας, καὶ μὴν καὶ τοῦ Ἰορδάνου ἀνακόψας τὰ ῥεύματα, ὡς ποδὶ παρελθεῖν τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Φησὶν οὖν· Ἐπιστήσατε τὸν νοῦν καὶ κατανοήσατε τῶν ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ γινομένων ἑκάστων, ὅπως ἐστὶν ἐν βουλαῖς ἀκατάληπτος· καὶ τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ σοφίαν θαυμάσατε, δι' ἧς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος

[44] Sophon. II, 3.

(99) Hæc habentur superius ad hunc versum.
(1) Hæc superius ad hunc versum.

(2) Hæc supra, sed breviora.

ποδηγεῖ πρὸς εὐσέβειαν. Φοβεραῖς γὰρ καὶ θαυμασταῖς μηχαναῖς ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων κέχρηται σωτηρίας.

A tatem. Tremendis namque et admirandis machinis usus est propter hominum salutem.

In verba ejusdem : « Ibi lætabimur, » etc., v. 6.

Præmissa explicatione ex Theodoreto, sequitur (3). *Ἀθανασίου.* Πρὸς δὲ νοῦν· Ἐκεῖ σὺν Χριστῷ βασιλεύσομεν, ἡνίκα τοῦ νέου αἰῶνος βασιλεύσει, καὶ εὐφρανθησόμεθα ἐπ' αὐτῷ. Εὐφραινόμεθα δὲ ἐν τῷ ποιήσαντι τὰ δυσχερῆ ῥᾴδια.

Athanasii. Sed ad intellectum : Illic regnabimus cum Christo, cum novo ille sæculo imperabit, et lætabimur super ipso. Lætabimur vero in eo, qui quæ difficilia erant, levia reddidit.

Similiter in versum sequentem 7.

Ἀθανάσιος, Εὐσέβιος. Κατὰ δὲ πνευματικὴν ἐκδοχὴν ὀφθαλμοὺς Θεοῦ τοὺς ἀποστόλους νοήσομεν· παραπικραίνοντας δὲ τοὺς Ἰουδαίους, οὓς καὶ οἱ προφῆται οἶκον ἐκάλουν παραπικραίνοντα. Τίς γάρ, B φησιν, ὁ παραπικραίνων ἀλλ' ἢ ὁ οἶκος Ἰσραήλ; Τῷ γοῦν παραπτώματι τοῦ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐπεῖδεν ὁ Κύριος. Ὅθεν μὴ ὑψούσθωσαν οἱ ἀσεβεῖς, ὡς δυνάμενοι ἀπολέσαι τοὺς τῷ Εὐαγγελίῳ προσερχομένους· ἀλλὰ μηδ' ὁ ὑπερόπτης λαός, ἤγουν ὁ Ἰσραήλ, μέγα φρονείτω, μηδὲ κατὰ τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος ὑψηλὴν ἐπαιρέτω τὴν ὀφρύν. Μὴ λεγέτω καθ' ἑαυτόν· Ἐγὼ γέγονα πρωτότοκος ἐν τέκνοις Θεοῦ· ἴστω δὲ μᾶλλον, ὅτι παρεπίκρανε τὸν κτίσαντα. Διὸ καὶ μετέστησεν ἀπ' αὐτοῦ τὴν ἐπισκοπήν.

Athanasius, Eusebius. Si vero spiritualiter hæc accipiantur, oculos Dei apostolos dici intelligemus : exacerbantes vero, Judæos, quos etiam prophetæ vocarunt domum exacerbantem [48]. Quis enim est, ait Deus, qui me exacerbat, nisi domus Israel? Cum igitur Israel excidisset, respexit Deus ad gentes. Quocirca non est cur sese impii jactitent, quasi qui exterminare possint eos qui Evangelio accedunt : imo non est, ut superbus ille populus, Israelem dico, altum sapiat, neque etiam elatum tollat supercilium contra gentium multitudinem. Ne dicat apud seipsum : Ego sum primogenitus inter filios Dei, quin potius sciat quod exacerbavit Creatorem suum. Quamobrem etiam hic ad eum respicere desinit.

Eadem ratione in verba sequentia.

Ἀθανάσιος. Πρὸς δὲ νοῦν οἱ ἀπόστολοι τοῖς ἐξ ἐθνῶν φασιν· Ὅταν ἀκούσητε παρ' ἡμῶν, τίνα τρόπον προσήκει δοξολογεῖν, τότε μεθ' ἡμῶν εὐλογήσατε, C οὐκ ἔτι τοὺς ψευδωνύμους θεούς, ἀλλὰ τὸν Θεὸν ἡμῶν τὸν τῆς ζωῆς δοτῆρα. Ζωὴ γὰρ ἦν ἡ τοῦ παραδείσου τρυφή, ἐν ᾧ ἔθετο ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν αὐτόν.

Athanasius. Secundum mentem vero, apostoli sic alloquuntur gentiles : Ubi audieritis ex nobis, quomodo Deus sit laudibus celebrandus, tunc laudate nobiscum, non jam amplius falso sic dictos deos, sed Deum nostrum vitæ largitorem. Vita namque erat paradisi voluptas : in quo posuerat Deus hominem, ut eum coleret atque custodiret.

Eodem modo in verba : « Probasti nos, Deus, » etc., v. 10.

Ἀθανασίου, Κυρίλλου. (4) Πρὸς δὲ νοῦν τὰς θλίψεις τὰς γενομένας διὰ τὸ κήρυγμα τοῖς ἀποστόλοις τὸ Πνεῦμα προαναφωνεῖ, ἐκ προσώπου αὐτῶν ταύτας καταλέγον. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἄργυρος πυρὶ τηκόμενος εὖ μάλα διακαθαίρεται, οὕτω καὶ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ παντὸς ἀπαλλάττονται ῥύπου, ταῖς τῶν πειρασμῶν ἐφόδοις προσβάλλουσαι νεανικῶς. Καὶ ἡ αὐτῶν εὐδοκίμησις διὰ πυρώσεως γίνεται, δοκιμαζομένων ὡς διὰ πυρός. Ταύτας τὰς φωνὰς τοῖς ἁγίοις μάρτυσιν ὁ Παῦλος ἀνατίθησιν. Ἀλλὰ καὶ οἱ διὰ πυ- D ρὸς καὶ ὕδατος τοῦ ζέοντος θυμοῦ, καὶ τῆς διακεχυμένης ἡδονῆς καὶ ἐπιθυμίας διελθόντες, καὶ μὴ ἐναπομείναντες τούτοις τοῖς πάθεσιν, εὑρίσκουσι τὴν ἀνάψυξιν.

Athanasii, Cyrilli. At vero ad intellectum, prædicit Spiritus sanctus calamitates apostolis obventuras propter prædicationem Evangelii, enumerans eas in apostolorum persona. Quemadmodum enim argentum igne liquefactum optime perpurgatur, sic etiam sanctorum animæ tentationum insultibus strenue resistentes, ab omnibus mundantur sordibus. Earum autem probatio per combustionem efficitur : nam per ignem probantur. Has porro voces refert divus Paulus ad sanctos martyres. Quanquam etiam ii refrigerium inveniunt qui per ignem et aquam ferventis iræ, ac diffusarum voluptatum ac cupiditatum pertranseunt, si in istiusmodi animi passionibus non permanserint.

Item in verba : « Introibo in domum tuam, » etc., v. 13.

(5) *Ἀθανάσιος.* Πρὸς νοῦν φασιν οἱ ἀπόστολοι· Εἰσελευσόμεθα εἰς τὸν ναὸν τὸν ἐπουράνιον οὐκ ἐν αἰσθητοῖς, ἀλλ' ἐν νοητοῖς ὁλοκαυτώμασιν. Ὅλους γὰρ ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν τῷ Θεῷ ἐν τάξει ὁλοκαυτωμάτων.

Athanasius. Ad intellectum vero : Intrabimus, inquiunt apostoli, in domum cœlestem, non in sensibilibus, sed in intelligibilibus holocautomatis. Se namque totos, instar holocautomatum, Deo consecrarunt.

[48] Ezech. II, 5 et seqq.

(3) Hæc paulum diversa supra.
(4) Hæc superius, paulum diversa.

(5) Hæc superius, sed breviora.

Adhuc in sequentia.

Athanasius, Cyrillus, Basilius. Hæc est altior sententia : Omnia sunt spiritualia, et holocautomata, et boves, et hirci, quos oblaturum se promittit. Sacrificium quoque offertur cum arietibus. Sunt vero arietes motus atque impetus animi ab irascibili ejus parte excitati : aut certe ratiocinationes rectricis animæ facultatis, passiones quasi cornibus petentes et impugnantes. Bovem vero sacrificat, qui seipsum Deo offert hostiam vivam, per actiones honestas. Habet enim bos similitudinem quamdam cum corpore ex terra formato, cum terræ colendæ adhibeatur. Hirci vero sunt opera resipiscentiæ : illi namque pro peccato offerebantur. Suffitus autem est bonus odor quem puræ animæ exhalant.

A *Ἀθανάσιος, Κύριλλος, Βασίλειος.* Πρὸς δὲ διάνοιαν· Πνευματικὰ πάντα καὶ τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ οἱ βόες, καὶ οἱ χίμαροι, οὓς ἀποδώσειν ἐπαγγέλλεται. Καὶ μετὰ κριῶν δὲ προσφορὰ γίνεται. Εἰσὶ δὲ κριοὶ κινήσεις καὶ ὁρμαὶ ἀπὸ τοῦ θυμικοῦ τῆς ψυχῆς τὴν ὁρμὴν ἔχουσαι, ἢ λογισμοὶ ἡγεμονικοὶ τὰ πάθη κερατίζοντες. Βοῦν δὲ ἱερουργεῖ ὁ προσάγων θυσίαν ζῶσαν ἑαυτὸν διὰ πράξεως. Ἀναλογεῖ γὰρ τῷ ἐκ τῆς γῆς πλασθέντι σώματι, γεωπόνον ὑπάρχον τὸ ζῶον ὁ βοῦς. Χίμαροι δὲ τὰ μετανοίας ἔργα· περὶ ἁμαρτίας γὰρ προσεφέροντο. Θυμίαμα δὲ ἡ ἀποπνέουσα τῶν καθαρῶν ψυχῶν εὐωδία.

Et in verba : « Venite, audite, » etc., 16.

Athanasius. Apostoli quidem non rerum antiquarum renovant memoriam : sed recentia Salvatoris nostri mirantur opera, quæ is omnium nostrum animabus largitus est.

B *Ἀθανάσιος.* Οἱ μέντοι ἀπόστολοι οὐκ ἀρχαίων διηγημάτων ποιοῦνται μνήμην· ἀλλὰ τὰ νέα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θαυμάζουσι κατορθώματα, ὅσα ταῖς ἁπάντων ἡμῶν ψυχαῖς ἐχαρίσατο.

Item in psal. LXVII *verba : « Sicut deficit fumus, deficiant, » etc., 3.*

Athanasii. Peccatores vero fortasse dicuntur ipsi dæmones peccati inventores : qui etiam ut fumus deficiunt, a sancto Spiritu submoti ac dispersi : et ut cera liquefiunt succumbentes adventui Christi, qui ignis dicitur consumens improbitatem. De cætero sublata dæmonum tyrannide, qui ex fide justificati sunt, lætantur.

Ἀθανασίου. Τάχα δὲ ἁμαρτωλοὶ οἱ τῆς ἁμαρτίας εὑρεταὶ δαίμονες· οἳ καὶ ὡς καπνὸς ἐκλείπουσι, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐλαυνόμενοι καὶ σκεδαννύμενοι· καὶ ὡς κηρὸς τήκονται ὑποῤῥέοντες τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ, ὃς πῦρ λέγεται καταναλίσκον τὴν μοχθηρίαν. Καὶ λοιπὸν οἱ δικαιωθέντες ἐκ πίστεως, καταλυθείσης τῆς τυραννίδος τῶν δαιμόνων, εὐφραίνονται.

Item in ejusdem psalmi verba : « Parate viam ei, qui, » etc., 5.

Eusebii, Athanasii. Et sol quoque ille justitiæ formam servi suscipiens, ac radios deitatis suæ quasi subducens, deque cœlo descendens, in corpore, imo vero etiam in ipsa morte, sustulit tenebras hominum animis offusas. Et licet in nostram venerit paupertatem, propriamque gloriam per œconomiam umbra quodammodo obscurarit, cum ad homines descenderet, ac carnem inhabitare cœpisset, nihilominus tamen Dominus est nomen ipsi. Nam etiam homo factus non desiit esse Deus. Jubentur igitur sancti apostoli his verbis, ut exsultantes et laudantes pleno cursu ad gentiles ferantur, ac viam animarum ipsorum per prædicationem præparent universorum Regi. Occasus vero etiam ac noctes, fortassis sunt animæ, quæ ex sole justitiæ excident : a quibus Christus erroris tenebras depulerat, inhabitans ipsis per fidem.

C *Εὐσεβίου, Ἀθανασίου.* Καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ τὰς ἀκτῖνας τῆς αὐτοῦ ὥσπερ συστείλας θεότητος, καὶ καταδὺς ἐν τῷ σώματι, ἢ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ, τὸ καταχεχυμένον τῶν ἀνθρωπείων ψυχῶν σκότος ἀπήλασε. Πλὴν εἰ καὶ τῆς ἡμετέρας ἐπέβη πτωχείας, καὶ τὴν οἰκείαν οἰκονομικῶς συνεσκίασε δόξαν, τὴν εἰς ἀνθρώπους ποιησάμενος πάροδον καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐνδημίαν, ἀλλ' οὖν Κύριος ὄνομα αὐτῷ. Καὶ γὰρ ἄνθρωπος γεγονὼς οὐκ ἀπέβαλε τὸ εἶναι Θεός. Παρακελεύεται τοίνυν ὁ λόγος τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις μετὰ χορείας καὶ ὑμνῳδίας εἰς τὰ ἔθνη δραμεῖν, καὶ τὴν ὁδὸν τῶν ψυχῶν αὐτῶν εὐτρεπίσαι τῷ τῶν ὅλων παμβασιλεῖ διὰ τοῦ κηρύγματος. Εἶεν δ' ἂν δυσμαὶ εἴτουν νύκτες καὶ αἱ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου ἐκπεσοῦσαι ψυχαὶ, D ὧν Χριστὸς τὸν τῆς πλάνης ζόφον ἐξήλασεν, ἐνοικήσας αὐταῖς διὰ πίστεως.

Item in psalm. LXXII *verba :* Καὶ ὑπέλαβων τοῦ γνῶναι, *etc.*, v. 16.

At secundum D. Athanasium ait David, cum existimarem posse me cognoscere tam profunda tua judicia, conjeci me in molestias : cum illa sint inscrutabilia. Et tamen idoneum eorum cognoscendorum tempus mihi acquisivi. Id vero est tempus judicii, quando reddes unicuique secundum opera

(6) Κατὰ δὲ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον, ὑπονοήσας, φησὶ, τὰ οὕτω βαθέα γνῶναι κρίματα, ἐν κόπῳ ἐνέβαλον ἐμαυτὸν, ἅτε ἀνεξερευνήτων ὄντων. Πλὴν τὸν δέοντα εἰς τὴν τούτων γνῶσιν ἐμαυτῷ πεπόρισμαι καιρόν. Οὗτος δὲ ἦν ὁ τοῦ δικαστηρίου καιρὸς, ὅτε ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Τότε γὰρ ἀκριβῶς οἱ

(6) Hæc superius, sed breviora.

μικρόψυχοι εἴσονται, ὁποῖον μὲν ἡ ἀρετὴ, ὁποῖον δὲ ἡ κακία.

A sua. Tunc enim accurate cognoscent, qui animo fuerunt remissiore, qualis res sit virtus, qualis etiam malitia.

Et in psal. ejusdem verba : « Quid enim mihi est in cœlo, » etc., 25.

(7) Κατὰ δὲ τὸν ἱερὸν Ἀθανάσιον· Ἐπειδὴ οὐδέν μοι, φησὶν, ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ πλὴν σοῦ μόνου, ἀναγκαίως οὐδέ τι τῶν ἐπὶ γῆς ἠθέλησα δέξασθαι παρὰ σοῦ, ἅτε φθαρτῶν ὄντων πάντων καὶ προσκαίρων· ἑνὸς δὲ μόνου ηὐχόμην τυχεῖν, καὶ τῷ τούτου πόθῳ κατέτρυχον ἐμαυτὸν ἐπὶ τῆς γῆς. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ σὲ μερίδα μοι καὶ μόνον γενέσθαι. Ἐξέλιπε γὰρ ἡ καρδία μου· τί ἐπιζητοῦντος; τὰς ἄνω διατριβάς.

At secundum sanctum Athanasium : Quandoquidem, inquit, cum in cœlo præter te solum nihil habeam, non debui quoque velle accipere a te quæ in terra sunt (cum omnia corruptibilia sint et momentanea), sed unum tantummodo, ut consequar oravi, cujus etiam desiderio me ipsum confeci in terra. Id vero est, ut tu mea portio, et quidem solus sis. Defecit enim anima mea : quid expetens ? illas mansiones, quæ sursum sunt.

Hactenus fragmenta ex catena Nicetæ, cujus, ut dixi, priorem saltem partem ex bibl. archipalat. nacti sumus. Quod si quis et reliquam habet, poterit quæ desiderantur adjicere. Sequentia vero similiter sunt ex cod. archipalat. biblioth. vetustissimo, continente similem συναγωγὴν *explanationum in Jobum ex Græcis Patribus contextam, ab auctore incerto. Is igitur quisquis fuit ad illa verba cap.* 41 : Δένδρα φθινοπωρινὰ ἄκαρπα, παρὰ πάπυρον, καὶ κάλαμον, καὶ βούτομον, *præmissa alia explicatione subjicit. Hæc Felckmannus.*

[*Fragmentum Athanasii in Psalmos ut ineditum exhibet card. Ang. Mai tomo* III Bibliothecæ novæ Patrum; *incipit :* Τρίτον προέκειτο ζητῆσαι τί τὸ Ψαλτήριον, etc. Ἔστι τοίνυν, etc. *Legitur supra col.* 547. EDIT.]

(7) Hæc superius, sed pauciora.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ

Η

ΠΕΡΙ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΨΑΛΜΩΝ.

S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ

INTERPRETATIO PSALMORUM

SIVE

DE TITULIS PSALMORUM.

EPISTOLA PRÆFIXA EDITIONI ROMANÆ ANNI MDCCXLVI.

SACRO AC VENERABILI
SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIUM COLLEGIO, EPISCOPIS, PRESBYTERIS, DIACONIS.

Magnus Athanasius, quem laudare virtutem laudare est, aiebat S. Gregorius Nazianzenus (1), novis quotidie Arianorum calumniis vexatus, et pravorum hominum circumventus insidiis, Romam, quasi ad tutissimum communionis suæ portum confugit, ut quos nec hominum pudor, nec Dei timor retinebat, prolato ex Petri cathedra justæ damnationis decreto, Romana coerceret auctoritas. Posteaquam vero in Urbem pervenit, B. Julius, qui tum Romanæ Ecclesiæ præerat, et ecclesiasticus senatus, qui ipsi assidebat, peramanter eum exceperunt (2), afflictum consolati sunt, dejectum sublevarunt, innocentem defenderunt, sanctum et omni virtutum genere cumulatum, rejectis hæreticorum criminibus, præclaro testimonio suo universo orbi declararunt. Duo autem ex Romano presbyterio, ejusdem Julii voluntate, Elpidius et Philoxenus legationem susceperunt ad Eusebianos episcopos, ut eos ad Romanam synodum, quam ipsi postulaverant, evocarent. Sed expavit ad Romanos affatus Ariana calliditas, et Romanorum fidem pertimuit, quæ, Apostolo prædicante, laudata est ; et ad eos venire renuerunt, ad quos perfidia habere non potest accessum. Itaque frustra diu exspectatis, cum delictorum suorum conscientia territi ad præstitutam diem, varias contumaciæ suæ prætexentes causas, judicio sedis apostolicæ se minime

(1) In Orat. de S. Athan. Hieron. in *Epitaphio Marcellæ*.
(2) De Athanasii itinere Romano cf. ejus *Apolog. contra Arianos*, tom. I, pag. 110, et *Hist. Arian. ad monach.*, p. 227 ; S. Cyprian. ep. 55, *ad Cornel.* ; S. Jul. in *epist. ad Danium aliosque Orientales episcopos.*

sisterent, congregata est demum Romana synodus in una ex vestris titularibus ecclesiis, ubi Romanus presbyter Vito conventus agebat. Is enim una cum Vincentio Nicænæ synodo interfuit, et quia ambo rectam Athanasii fidem morumque integritatem probe cognitam perspectamque habebant, verisimile admodum est, sicut pro Marcello Ancyrano episcopo, multo magis pro sanctissimo Alexandrino antistite testimonium eos dixisse in sacro illo conventu, qui unanimi supremoque judicio Athanasii innocentiam adversus Arianorum dolos ac fraudes vindicavit, eamque sententia sua veritatis ac justitiæ ponderata libramine, manifestam omnibus ac testatam esse voluit. Quamobrem pontifex Julius, datis deinde litteris ad clerum et populum Alexandrinum, quibus de Athanasii ad eos reditu gratulatus est, post plures laudes, quibus sanctum episcopum merito effert : Quid autem, inquit, tanto viro dignum proferri potest qui tot, et tantis periculorum exantlatis laboribus redditur tandem vobis incolumis, non beneficio nostri tantummodo, verum etiam totius concilii judicio talis declaratus ? Post hæc autem, malorum hominum odio ac invidia magis magisque gliscente, novasque semper insidias contra Athanasii nomen molientibus Arianis, Sardicensis œcumenica synodus convocata est, cui duo Romani presbyteri Archidamus et Philoxenus cum Hosio Cordubensi episcopo, nomine ac vice Julii pontificis præfuerunt ; in hac vero Athanasii fidei integritas vitæque sanctitas rursus ab universa synodo agnita est, et omnium suffragiis contra perfidos et catholicæ veritatis et Athanasii innocentiæ inimicos comprobata. Sed quorsum hæc tam longe repetita, et ab altis revocata principiis ? Nimirum, ut omnes intelligant, quam consentaneum et conveniens fuerit, ut opus S. Athanasii, cujus B. Hieronymus meminit, quod pii ac eruditi homines diu desiderarunt, et frustra quæsitum, veluti amissum ac deperditum complorarunt, cum nunc primum in lucem prodeat, illud vestro illustri nomine inscriptum, et vobis, eminentissimi Patres, dicatum in publicum edatur. Vos enim sacri illius senatus, qui magnum Athanasium ad B. Petri cathedram, ad centrum unitatis, ad fontem catholicæ communionis confugientem complexus est, fovit, tutatus est, vices tenetis et dignitatem ; imo vero cum in vestrum clarissimum cœtum præter septem, nunc vero sex cardinales episcopos urbanos seu suburbicarios, selectissimi ex toto orbe juxta sacrorum canonum præscripta (3) a Romanis pontificibus cooptandi sint, admirabili divinæ Providentiæ in Ecclesia sua dirigenda ac gubernanda consilio, eo perducta res est, ut amplissimus vester ordo e tribus supremis in Ecclesia ordinibus, nempe episcopis, presbyteris et diaconibus S. R. E. cardinalibus compositus ex universo terrarum orbe, ut sanctæ Ecclesiæ canones provide sapienterque consuluerunt, selectis atque arcessitis, non modo antiquum Romanum presbyterium repræsentet, sed Romanæ synodi, quæ a primis catholicæ fidei temporibus Romano pontifici gravissimis de rebus deliberanti semper aderat, et quam Græci ἐπιδημοῦσαν seu ἐνδημοῦσαν vocant, et ego vocabulo fortasse haud inepto *præsentem* dixerim, locum adeptus sit et auctoritatem : quin etiam, quod longe magis est, universalis quodamnodo, et domestici, ut hoc nomine utar, concilii Romano pontifici continue assidentis præstantissimam nobis speciem pulcherrimamque imaginem exhibeat, et potestatem etiam non minima ex parte dignitatemque obtineat. Ad hæc accedit, quod tenuis hæc ingenii mei facultas, et in ecclesiasticis aliisque rebus labor et industria, quæcunque ea sit, quam sentio, quam sit exigua, tota vestra est, tum ratione muneris, quo fungor, tum electione voluntatis : ratione quidem muneris, quia abhinc biennium omnium vestrum suffragiis a secretis præclarissimi collegii vestri renuntiatus sum, et humanissima animorum vestrorum significatione exceptus ; electione autem voluntatis, quia ego semper præstantissimum vestrum cœtum summo animi obsequio, et ea veneratione, qua par erat, prosecutus sum. Etenim a prima juventute, quamvis eo tempore assiduam apud duodecim viros, quos Rotæ auditores vocant, causis cognoscendis operam darem, de titulorum origine, qui a sancto Evaristo Romanis presbyteris distributi sunt, deque sacra liturgia, et de collectis seu eleemosynis, aliisque rebus, quæ ad titulos, et ecclesias vestras pertinebant, libellum in publicam lucem emisi. Nec multo post, uno ex vestro collegio et generis nobilitate, et morum integritate eximio, qui jampridem ex hac mortali vita ad cœlestem patriam, ut sperare fas est, migravit, hortante ac suadente, vestrum sanctissimum nomen, vestramque auctoritatem, quæ quorumdam improborum sermonibus impetebatur, tueri curavi prolixo opere scripto, quod nunquam prodivit in publicum, quia neque ratio temporum, quæ postea subsecuta sunt, neque reipublicæ utilitas, neque ulla ejusdem operis præstantia exigebat. Deinde vero singulari beneficentia sanctæ memoriæ Clementis XII credita mihi est custodia sanctioris archivi castri S. Angeli, et paulo post munus abbreviatoris de curia, quibus in muneribus, quoad potui, ea cura ac diligentia versatus sum, ut vos ipsi sæpius de me honorificentissimum testimonium perhibere non dubitaveritis. Interea vero iis temporum intervallis, quæ mihi a reliquis occupationibus concedebantur, multum operæ laborisque consumpsi in adornandis observationibus, longioribusque, si quando opus fuit, dissertationibus typis etiam in publicum editis, pro corrigendis ecclesiasticis Orientalium nationum libris, ut ex sententia congregationis nonnullorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, cujus ego a secretis ab eodem Clemente XII, pon-

(3) Concil. Trident. *De reform.*, sess. XXIV, cap. 1.

tificatus sui initio, cl. mem. cardinali Francisco Barberino postulante constitutus, et a sanctissimo domino nostro Benedicto XIV confirmatus fui, emendati in typographia sacræ congregationis de Propaganda Fide ad communem exterarum nationum utilitatem imprimerentur. Demum per eadem hæc tempora, quoties mihi demandatum est, et quantum ingenii mei imbecillitas aliæque occupationes sinebant, non defui in asserendis Romanæ Ecclesiæ juribus, defendendaque ejus dignitate et auctoritate, et potissimum in tuendo ejus dominio atque imperio in nobilissima ejus patrimonii parte, quæ aliorum armis occupata etiamnum immerito retinetur, donec sedatis tantorum bellorum motibus, et pacatis bellantium principum animis, per eum, qui mari et ventis imperat, ac tranquillitatem facit, spes melior Europæ et Romanæ Ecclesiæ rebus affulgeat. Quare intelligitis, eminentissimi Patres, mea omnia, qualiacunque sint, vestra esse, cum a primis juventutis annis omne meum studium, ingenium, operam, laborem atque industriam vestro nomini, et apostolicæ sedi penitus addixerim ac dicaverim. Ex his autem cognoscere potestis, quot nominibus vobis deberetur præclarum hoc magni Athanasii opus, in quo e Græco in Latinum vertendo, corruptis in locis, quoad valui, emendando, et nonnullis parvis notis illustrando auctorique suo asserendo non parum allaboravi. Ut vero munusculum hoc, quod vobis humillime offero, lubenti animo excipiatis, satis esse puto Athanasii nomen : hac una enim commendatione, certus sum vobis fore gratissimum. Nam eminentissimus Baronius, magnum ordinis vestri ornamentum et decus, in suis *Ecclesiasticis Annalibus* (4): « Adeo, inquit, post tot tantaque ejus pro recta fide certamina, Athanasii nomen posteris doctrinæ et sanctitatis fulgoribus clarum effulsit, ut quæque ipsius scripta non modo avide legerentur, sed singulari quadam reverentia colerentur. » Itaque nihil aliud mihi reliquum est, nisi ut Deum immortalem submissis precibus orem, ut vos diu sanos atque incolumes præstet cum supremo nostro, atque omnium fidelium pastore Benedicto XIV, catholicæ Ecclesiæ, plaudentibus omnibus, divinitus dato, qui quantum inter reliquos mortales dignitate ac potestate præeminet, tantum ingenio rerumque intelligentia præcellit : qui cum apostolici gradus sublimitate supra omnes sit, humanitate ac benignitate infra omnes esse videtur : qui me adhuc adolescentem singulari benevolentia complexus est : qui me non solum verbis, sed etiam præclaro exemplo suo, et ad juris tam privati quam publici notitiam assequendum, et ad hæc alia sanctiora studia, quæ in sortem Dei vocatos maxime decent, verbis suis jam olim impulit ac stimulavit : qui summus Ecclesiæ pontifex renuntiatus, postero electionis die, ut liberiores mihi ad eum aditus essent, inter familiares, qui ab intimo cubiculo sunt, primum omnium ascivit, et triennio post a secretis sacræ congregationis super rebus consistorialibus declaravit : qui demum, cum rerum ecclesiasticarum scientiam, et sacrarum litterarum studia non modo in se amet ac diligat, sed etiam in aliis esse quam maxime cupiat, parvam meam bibliothecam præclaris suis operibus *De beatificatione et canonizatione servorum Dei*, *De Jesu Christi Matrisque ejus festis*, *De missæ sacrificio* liberaliter donatis instruxit, quo munere nihil mihi splendidius magnificentiusque esse duco. Valete.

Romæ Kalendis Junii 1746

Nicolaus Antonellus
Ejusdem sac. Collegii et sac. Consistorii a secretis

(4) Ad an. 340, n. XI.

INDEX EORUM QUÆ IN PRÆFATIONE CONTINENTUR.

PRÆFATIO.

I. Neminem esse puto qui non existimet, bene de humano genere meritos esse eos principes viros, qui sedula cura ac diligenti studio libros ac scripta doctorum hominum conquisiverunt, eosque undequaque collectos in bibliothecis magnifice exstructis servarunt, ut scientias, inventa, et vitæ subsidia hominum memoriæ traderent, et sapientum monita, prudentum consilia, et clarorum virorum dicta, et facta, et cogitationes ipsas ad posteros transmitterent, quibus edocti atque eruditi melius sapientiusque vitam instituerent, eamque utilius commodiusque transigerent. Hac autem gloriæ laude cum plurimi superiori ætate floruerint, inter eos utique summum locum obtinet cardinalis Franciscus, aliique e Barberina domo, qui doctos atque excellentes viros e remotis regionibus arcessitos in domo sua tanquam in tranquillissimo portu retinuerunt, summis beneficiis cumularunt, reditibus auxerunt, dignitatibus ornarunt. Horum autem opera atque cura non solum libros typis impressos, sed etiam codices manuscriptos Græcos, Latinos, Arabes maximo in numero omnibus ex partibus summa impensa collectos in magnificentissima biblio-

theca collocarunt. Nam ex ea typis impressi in lucem prodierunt præclari scriptores, qui in tenebris delitescebant, veluti Georgius Pachymeres, Stephanus Byzantius *De urbibus*, S. Nilus, aliique : nonnulli vero emendatiores correctioresque in publicum emissi sunt, hortantibus, aut codices et sumptus commodantibus cardinalibus, et principibus Barberinis, qui communi litterarum litteratorumque hominum utilitati semper studuerunt, eosque et opera et censu, quantum in se fuit, juvarunt.

II. Inter alios autem pretiosos codices quos Barberina bibliotheca servat, exstat codex Græcus, ea forma quam *in quarto* vocant, chartaceus, non calligraphia seu characteris pulchritudine, qui recens et informis est, sed re quam continet præstantissimus. Etenim eo continetur interpretatio Græca Psalmorum sanctissimi Patris atque archiepiscopi Alexandrini Athanasii. Codex apographus est, descriptus ab Andrea Schotto, inclyto Societatis Jesu alumno, seu potius ejus jussu ab amanuensi ex altero codice bibliothecæ Augustanæ. Hunc postea codicem in potestatem venisse puto Lucæ Holstenii, qui hæredem ex asse instituit clarissimum cardinalem Franciscum Barberinum seniorem, et deinde ex illius hæreditate in Barberinam bibliothecam translatum fuisse. Doctissimus autem vir Holstenius, seu ipse Andreas Schottus, singulis paginis Græcæ interpretationis S. Athanasii paginam Psalterii Græco Latini typis impressi inseruit, adeo ut unicuique psalmo Græca sanctissimi episcopi interpretatio e regione, seu ex adversa facie posita respondeat. Præterea idem eruditissimus vir Holstenius principio codicis inscriptionem in fronte totius libri ponendam, cum in publicum, ut forte sibi faciendum proposuerat, ederetur, et brevem præfationem Latinam ascripsit, quam ego hoc loco, ne tanti viri eruditus lector elucubratiunculam desideret, ascribam ; ea autem ita se habet :

LECTORI SAL. LUCAS HOLST.

Scripserunt, ut nemini hodie ignotum, ex antiquioribus Patribus in Davidis Psalterium commentarios eruditos plurimi in catena Græcorum Patrum singulatim enumerati, in primis Origenes, et Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus : mox Theodorus Heracleotes : item Asterius Scythopolita : item Apollinaris Laodicensis versibus, credo, heroicis, qui leguntur : denique Didymus Alexandrinus, sed qui magnam interciderint partem : tum vero maxime perspicue, et κατὰ πόδα μετάφρασιν, *quam nunc damus, S. Athanasius conscripsit, sed in tenebris hactenus sepulta jacuit, ac latuit, eruta nunc tandem in lucemque revocata industria Andreæ Schotti, Societatis Jesu presbyteri, ex Augustana, vere augusta bibliotheca, unde velut ex equo Trojano boni multi exierunt scriptores Græci, antea delitescentes, idque auspiciis viri illustris Marci Velseri reipubl. duumviri, et optime de studiis patriaque meriti, et opera Davidis Hoesch. Augustani, cui Appiani Illyrica, multaque Chrysostomi, Basilii Magni, Nyssenii accepta ferimus. Psalmos etiam hymnosque Salomonis Græce ad parentis Davidis regii vatis exemplum compositos hinc habemus, ab eodem revocatos in apertam lucem, qui et Photii patriarchæ vastam dedit scriptorum ab illo lectorum* Bibliothecam : *item de patribus sanctis quasdam Basilii epistolas versionesque meliores : item sancti Cyrilli* γλαφυρὰ *in Pentateuchum Mosis, et* ἑορταστικούς, *seu Paschales sermones* XXX, *et S. Isidori Pelusiotæ epistolas prope sexcentas e Vaticana Pont. Max. bibliotheca. Consule itaque, mi lector, boni hanc S. Athanasii Psalmorum ad verbum interpretationem, et cum reliquis ejusdem sanctissimi viri comparare grave ne sit, ut partum legitimum nimisque diu in tenebris jacentem. Vale.*

Ita præfatio, cui inscriptio Græco-Latina ab ipso Holstenio vel ab Andrea Schotto præposita est hujusmodi :

ΕΙΣ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ

Ἑρμηνεία τοῦ ἁγίου Πατρὸς ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

IN DAVIDIS REGIS AC PROPHETÆ PSALMORUM LIBRUM

S. ATHANASII ARCHIEPISC. ALEXAND. METAPHRASIS

Eruta nunc primum ex Augustana Bibliotheca ab

Andrea Schotto Societatis Jesu.

III. Codex autem, quo usus est Andreas Schottus, an Augustæ Vindelicorum nunc exstet, me latet. Illud certum est, in catalogo Græcorum codicum qui sunt in bibliotheca reip. Augustanæ Vindelicæ, quem in lucem edidit David Hœschelius anno 1595, nulla mentio est de commentario S. Athanasii *in Psalmos*, et cum per amicum scribi ad homines eruditos Augustæ commorantes curaverim, ille responsum se accepisse mihi retulit, nullum ibi codicem hujusmodi reperiri. Neque etiam mihi compertum est an Lucas Holstenius, vel Andreas Schottus ante illum in animo habuerit, interpretationem, seu metaphrasin S. Athanasii duntaxat, an vero Græcam et Latinam in lucem edere. Profecto cum anxie perquisivissem, an uspiam translatio Latina exstaret, neque in laudato codice, neque in tota bibliotheca Barberina versionem ullam Latinam invenire mihi contigit. Itaque hortante atque stimulante cl. mem. cardinali Francisco Barberino, qui, exemplo suorum majorum, et præcipue alterius cardinalis Francisci patrui sui erga litteras optime animatus singulari me benevolentia complectebatur, opusculum sanctissimi doctoris, ut melius potui, erat enim codex mendosus, e Græco in Latinum verti. In versione autem adornanda Latini sermonis puritatem, et styli elegantiam secutus non sum, sed beatissimi archiepiscopi metaphrasin de verbo ad verbum transferre curavi, et ut Græce aiunt, κατὰ πόδα, veritus ne dum verborum lenocinia

sequor, a sententia, et mente sanctissimi doctoris discederem. Albertus Fabricius scribit Hamburgi in bibliotheca Joannea exstare manuscriptam versionem Latinam S. Athanasii *in Psalmos* elaboratam ab Elia Ehingero, qui codice Græco bibliothecæ Augustanæ usus est. An illa translatio sit hujusce commentarii, seu metaphrasis, quam nunc in lucem damus, an vero alterius omnino diversæ, certo statuere non ausim, cum ad manus meas non pervenerit. Sed si conjectura agere licet, verosimillimum quidem est, hujusmodi commentarium S. Athanasio ascriptum aliis jam in lucem editis minime esse dissimilem; nam si secus foret, id ipsum animadvertere, ac lectoribus suis indicare, ut in sua *Bibliotheca* passim facere solet eruditissimus æque ac diligentissimus vir, non prætermisisset

IV. Sed quoniam idem Albertus Fabricius varias Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasio tribuuntur, recenset (5), operæ pretium est ejus verba hoc loco referre: « Expositiones *in Psalmos*, » ait loquens de operibus sancti Athanasii, « quarum exigua apospasmatia quædam verterat Politianus, atque priores editiones Græcæ et Latinæ exhibuerant, Daniel item Barbarus nonnulla et Corderius vulgaverant in catenis Patrum *ad Psalmos*: sed Benedictini longe copiosiores in totum Psalterium, licet nec ita plenas, aut integras, e codicibus Regiis et Colbertinis catenarum, et expositionum *in Psalmos* offerunt p. 1009-1239. Mediolani in bibliotheca Ambrosiana occurrunt commentaria Athanasii *in Psalmos* Græce descripta ex codice bibl. Scorialensi, et Latine reddita sive ab Antonio Giggeo, sive alio quodam. Ex illis argumentum *in Psalmos* dignum lectu et supplementa quædam commentariorum dedit Montfauconius in *Collectione nova Patrum*, tom. II, pag. 70-101. Animadvertendum est, inquit idem vir clarissimus in *Diario Italico*, p. 12, alium etiam commentarium in ista bibliotheca, nec non in Museo Justinianeo Venetiis (adde pag. 69) occurrere, qui Athanasii nomen præfert, at Athanasii magni esse nequit. Istius initium est: Μακάριος ἀνὴρ... αὕτη ἡ προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθίας. Athanasius *in Psalmos* ex versione Latina Eliæ Ehingeri, qui codice Græco bibliothecæ Augustanæ usus fuit, exstat ms. in bibliotheca Joannea hujus urbis Hamburgensis. Habuit etiam Athanasii *in Psalmos* commentarium Græce descriptum Wagenselius ὁ μακαρίτης, unde asservat eumdem Lipsiæ in patria mea thesaurus librarius amplissimi senatus. Expositionem Athanasii *in Psalmos* Serviana lingua (est hæc Slavica dialectus) ms. in bibliotheca S. Salvatoris Bononiæ, atque Arabice una cum *Epistola ad Marcellinum* in bibliotheca Ambrosiana codice 300 annorum memorat idem Montfauconius ad Athanasium tom. I, pag. 1005 et 1006. Fragmenta commentariorum Athanasii *in Psalmos* a Petro Felckmanno collecta e Nicetæ metropolitæ Heracleæ Συναγωγῇ ἐξηγήσεων in priores psalmos 72 manuscripta in bibliotheca Palatina, pag. 1241-1262, lib. II, pag. 511. » Hactenus Fabricius.

V. Quamobrem, cum plures sint Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasii nomen inscriptum præ se ferunt, necesse est paulum aliquid de illis disserere, quo magis compertum fiat, an ea, quam in lucem damus, tanquam genuinum ejus opus sanctissimo Doctori sit ascribenda. Ac primum verba faciam de illa quæ Mediolani in bibliotheca Ambrosiana, et Venetiis in bibliotheca Justinianea reperitur. Hanc autem sancto Athanasio abjudicat Pater Montfauconius, existimatque vel falso Athanasii nomen inscriptum esse, vel alterius Athanasii fuisse magno Athanasio recentioris. Nam in admonitione quæ proposita est supplemento commentariorum *in Psalmos* in *Nova collectione Patrum et scriptorum Græcorum*, talia scribit: «Lectorem monere juvat, commentarium alium Athanasii nomine ferri in bibliotheca Justinianea Venetiis, itaque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium: Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον· sed cum a nemine scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum magnum ementitur.» Et in *Diario Italico* (6) recensens codices a se in bibliotheca Ambrosiana inspectos: «Animadvertendum est, inquit, alium commentarium in ista bibliotheca, nec non in Museo Justinianeo Venetiis occurrere, qui Athanasii nomen item præfert: at Athanasii magni esse nequit. Germanum enim singulis ferme paginis multis post Athanasium sæculis patriarcham Constantinopolitanum memoratum novimus. Istius initium est: Μακάριος ἀνὴρ,» etc. Et in eodem *Diario* loquens de bibliotheca Justinianea ait: «Adest quoque commentarius Athanasii *in Psalmos*, cujus scriptor, vel Athanasium ementitur, vel alius ὁμώνυμος est titulus: Βίβλος τοῦ προφητάνακτος Δαβὶδ, καὶ θείου ὑμνογράφου, *Liber prophetæ regis, ac divini hymnorum scriptoris Davidis*. Post hæc: Ἐξήγησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου· *Expositio S. Patris nostri Athanasii*. Idem commentarius est, atque ille de quo in Ambrosiana supra.» Et quoniam erit fortasse aliquis rerum ecclesiasticarum studiosus, qui commentarium, cujus locis supra laudatis meminit Montfauconius, si non totum, certe ex parte inspicere desiderabit; haud ingratam me lectori rem facturum credidi, ut suam de eo sententiam tutius ferre possit, si ex eodem commentario expositionem in primum S. regis Davidis psalmum hoc loco ascripserim; eam quidem scriptam inveni in pagella inserta in nostrum codicem, et minime cum aliis codicis paginis assuta et conglutinata. Quod eo libentius facio, quia in expositione, quam in publicum edere statui, manca est interpretatio primi psalmi. Itaque illius loco supplementi vice hæc erit, quæ talis est.

(5) Lib. v *Bibl. Græc.*, pag. 304 (vet. edit.).
(6) Cap. 2, pag. 12.

A

Ψαλμ. Α'.

1. Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε.
2. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.
3. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων·
4. Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ.
5. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται,
6. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποίησῃ κατευοδωθήσεται.
7. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.
8. Καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.
9. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

Psalm. I.

1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.
2. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.
3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum :
4. Quod fructum suum dabit in tempore suo,
5. Et folium ejus non defluet,
6. Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur
7. Non sic impii non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
8. Et ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum.
9. Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit.

ATHANASII INTERPRETATIO.

B

1. Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον, ὅτι μὴ συμπαρεγένετο τοῖς Ἰουδαίοις, ἡνίκα πονηρὰ ἐβουλεύοντο. Τὸ δὲ ἴδιον τοῦ λόγου μακαρίζει πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ συνεδριάζοντα, μηδὲ συμπαραινοῦντα τοῖς κακὰ βουλευομένοις, τουτέστι ἀπατῶσι.

2. Οὔτε γὰρ ἄλλως κατορθοῦται ἀρετὴ, καὶ ἀποχὴ κακῶν, εἰ μὴ διὰ μελέτης τῶν θείων Γραφῶν.

3. Ὡς γὰρ τὰ ξύλα ἑστῶτα παρὰ τοῖς ὕδασι ἀεὶ θάλλουσιν, οὕτως ὁ ἀρδευόμενος τῇ τῶν Γραφῶν μελέτῃ ἀναθάλλει τὸν νοῦν ἀεὶ, καὶ ὑγεῖαν τὴν διάνοιαν κέκτηται· ξύλον δὲ λέγει τὸν σταυρὸν τοῖς ὕδασι κολυμβήθρας περιεχόμενον, καὶ θάλποντα (7) τοὺς φωτιζομένους.

4. Τῷ γὰρ ἰδίῳ καιρῷ ἐκαρποφόρησεν ὁ σταυρὸς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, τουτέστιν τὸν βότρυν τῆς ἡμῶν σωτηρίας καὶ ζωῆς.

5. Φύλλα τοῦ σταυροῦ οἱ πιστοὶ, ὡς ἐπ' αὐτοῦ γεννώμενοι, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντες οὐκ ἀποῤῥυήσονται.

C

6. Πάντα γὰρ ὅσα διὰ τοῦ σταυροῦ γίνονται κατευοδοῦνται. Προκόπτει γὰρ, καὶ ἐνέστη, καὶ πέρας οὐκ ἔχει ἡ πίστις, ἡ ἐλπὶς, καὶ ἡ ἀγάπη.

7. Οὐδὲν γὰρ τῶν τοῦ σταυροῦ παρὰ αἱρετικοῖς ἢ Ἰουδαίοις ἢ Ἕλλησι κρατεῖ, καὶ καρποφορεῖ. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ χνοῦς σκορπίζεται· οὕτως οἱ Ἰουδαῖοι ἀπὸ τῆς ἀνοίας, καὶ ἀπιστίας ἀπέστησαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνεῤῥιπίσθησαν διὰ πάντα τῆς γῆς.

8. Οἱ γὰρ μὴ γινώσκοντες, ἢ σέβας Θεῷ μὴ προσφέροντες, μετὰ τὴν ἀνάστασιν εὐθύνας οὐκ ἀπαιτοῦνται, ἔχουσι γὰρ τὴν ἀπόφασιν αὐθαίρετον· οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεται ἐν αὐτοῖς ἔργον δικαιοσύνης.

9. Ἔγνωσται γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ ἡ τῶν δικαίων ὁδὸς, καὶ ἡ τῶν ἀδίκων· καὶ τὴν μὲν σώζει, τὴν δὲ βδελύττεται, καὶ ἀποῤῥίπτει ὡς ἄχρηστον.

1. Prophetia quidem impletur in Joseph ab Arimathæa, quoniam non adfuit cum Judæis, quando improba agitaverunt consilia. Proprius quidem sermonis sensus beatum dicit omnem hominem, qui non adsidet, neque consentit molientibus prava, hoc est seductoribus.

2. Neque enim aliter virtutem assequimur, et a malis abstinemus, nisi divinarum Scripturarum meditatione.

3. Ut enim ligna, quæ prope aquas exsistunt, semper florent : ita irrigatus meditatione Scripturarum mente semper floret, et sanam intelligentiam possidet : lignum autem vocat crucem circumfusam aquis lavacri, et foventem illuminatos.

4. Nam suo tempore germinavit crux salutem nostram, hoc est botrum nostræ salutis, et vitæ.

5. Folia crucis fideles sunt, quippe per eam generati, et in ipsa manentes non defluent.

6. Omnia enim, quæ per crucem fiunt, prosperantur. Proficit enim, et permanet, et finem non habet fides, spes, et charitas.

7. Nihil enim eorum, quæ crucis sunt, apud hæreticos, aut Judæos, aut idololatras obtinet, et fructificat. Sed quemadmodum pulvis dispergitur, ita Judæi ob insipientiam, et infidelitatem defecerunt a Christo, et projecti sunt per omnem terram.

8. Qui enim non agnoscunt, aut Deum non colunt, post resurrectionem non interrogantur, et rationem vitæ reposcuntur, nam manifestam habent damnationem; nullum enim opus justitiæ in ipsis reperitur.

9. Nota enim est Deo, et justorum via, et iniquorum : et illam quidem custodit, hanc vero abominatur, et abjicit tanquam nequam.

VI. Nunc vero agendum est de altera Psalmorum expositione magno Athanasio ascripta, quæ a clarissimis PP. Benedictinis cum aliis operibus sanctissimi archiepiscopi in lucem edita est. De hac vero iidem Patres in admonitione quæ initio primi voluminis legenti occurrit, ita præfantur : « Expositiones S. Athanasii *in Psalmos* sistimus, lector erudite, illas scilicet diu expetitas, a multis laudatas antiquæ, mediæ, infimæ ætatis auctoribus. Quarum ἀποσπασμάτια quædam in prius editis exstabant. Utrum vero hi commentarii idipsum sint, quod liber *De titulis Psalmorum* ab Hieronymo laudatus, ut nuperi cujusdam fert opinio, non satis exploratum est; id sane si verum esset, non commode satis inscriptio posita fuisset, cum non de titulis modo, sed etiam de versiculis omnibus hic agatur. » At enim hujusmodi opus, quod Patres Benedictini, ut germanum, et genuinum M. Athanasii fetum in publicum emiserunt, an ejusdem sancti sit, nonnulli eruditi viri, qui illud attentius expenderunt, maxime dubitarunt. Sensit id Montfauconus, qui curam suam atque diligentiam in adornanda operum S. Athanasii editione summa cum laude collocavit; ideo cum supplementum ejusdem expositionis in *Nova Bibliotheca Patrum* postea ederet, hæc scripsit (8) : « Supplementum expositionum *in Psalmos* ex codice Ambrosiano, dum Mediolani ageremus,

(7) Leg. θάλλοντα, *germinantem*.
(8) Tom. II, pag. 69.

exscripsimus. Estque codex ille recens ab antiquiori Scorialensi desumptus. Nam ut in Athanasii edito, a nobis haud ita pridem adornato, monuimus, expositiones illæ Athanasii non omnibus suis partibus, et numeris absolutæ sunt, sed amanuensium ausibus passim truncatæ, et in compendium redactæ : quædam etiam ex catenis erutæ. Nihil moror scriptorem nuperum, qui expositiones illas *in Psalmos* non esse Athanasii præpropere pronuntiavit; sed nulla oblata negandi ratione. Nihil ille curavit, imo potius dissimulavit, hoc operis, omnibus post Athanasium sæculis, Athanasii nomine, allatis plerumque locis, ut in hodierno commentario exstant, a plerisque scriptoribus memorari : nihil movit affinitas styli, verbaque frequentia Athanasiani usus, nihil codicum, unde prodierunt, vetustas; quæ sane accurato censori, antequam sententiam ferret, serio erant excutienda. Verum ille nasuti se critici partes egisse putavit, cum, missa importuna illa investigandi et disquirendi opera, incunctanter pronuntiavit : *Non sunt Athanasii;* cui nos pari facilitate reponimus : *Sunt Athanasii;* a qua re denuo comprobanda nos exemisti, dum nihil affers, quo tot scriptorum testimonia, totque alia γνησιότητος argumenta convellas. Nemo sane nobis dicam impingat, quod ex affecta vel præjudicata opinione spuria vel dubia opera pro germanis et assertis dederimus; nam pro virili, et ut æqui ratio postulabat, νοθείας, vel γνησιότητος notas quibusque præmisimus. Ac licet cuique liberum sententiæ adversum nos ferendæ arbitrium mittamus, si quis tamen hanc provinciam adeat, nonnisi excussis argumentis, et notis, quas pro facultate tractatibus singulis præmisimus, judicis et censoris partes occupet. »

VII. Postea vero severiorem censuram in commentarium *super Psalmos*, et in alia opera in sacram Scripturam Athanasii nomine a PP. Benedictinis seu P. Montfaucono edita tulit Casimirus Oudinus in hunc modum (9) : « Quis credat unquam magnum Athanasium, in omni vita tot exsiliis, fugis et persecutionibus agitatum, tantum habuisse otii, ut commentarios in Psalmos, Jobum, Cantica, Evangelium Matthæi, et Lucæ, Epistolam ad Hebræos, et expositionem in Symbolum scriberet? Sunt hæc nugæ, et commenta recentioris Græciæ antiquis incognita scriptoribus, quorum nullus veterum mentionem unquam fecit. Miror Benedictinos monachos ita pueros fuisse, ut excerptis istis et commentariis adhibeant fidem, dubio procul, ut in hac nova sua editione, novum aliquid, licet falsum magni Athanasii produxisse videantur. Commentarius *in Psalmos* eductus ex recentiori bibliothecæ Ambrosianæ codice, qui trecentorum annorum non est, quique rectius multo ob codicis novitatem Athanasio patriarchæ Constantinopolitano tribueretur, qui sub Andronico seniore circa annum 1300 floruit, cujus ætatem refert. Imo alter commentarius *in Psalmos* in eadem bibliotheca longe prolixior sub Athanasii ejusdem nomine, quem tamen ipsius non esse evincunt citationes Patrum Athanasio recentiorum, uti fatetur ipse Bernardus de Montfauconio in *Diario Italico*, cap. 2, pag. 12, ubi Germanum multis post Athanasium sæculis patriarcham Constantinopolitanum memoratum refert. » Hæc convicia potius quam censuram acriori stomacho evomuit vir a catholicæ religionis castris transfuga et rebellis, cujus refellendæ audaciæ provinciam Benedictinis Patribus relinquo. Verum illud prætermittendum non est, quod superius admonui : commentarios *in Psalmos* Athanasii nomine ab ipsis editos ad magnum Athanasium non pertinere, non ejus unius judicium est, sed aliorum etiam doctorum virorum, qui in legendis sanctissimi archiepiscopi aliorumque veterum Patrum operibus versati sunt. Tillemontius, ut alios omittam, vir singularis eruditionis, affirmat (10), se in commentariis, de quibus agitur, aliqua aliorum scriptorum loca, quam Athanasii, cui tribuuntur, observasse. Sed hactenus de commentariis *super Psalmos* a PP. Benedictinis in publicam utilitatem evulgatis; nunc de Slavica seu Illyrica Psalmorum interpretatione, in qua itidem Athanasii nomen inscriptum occurrit, aliquid mihi dicendum superest.

VIII. Exhibet in suo *Diario Italico* (11) clar. vir Pater Bernardus Montfaucon notam codicum cœnobii Canonicorum Regularium S. Salvatoris. Inter cæteros autem commentarium *in Psalmos* sancti Athanasii Slavica lingua scriptum his verbis enuntiat : « Codex non spernendæ vetustatis, in quo psalmi charactere Slavico. » In admonitione autem, quæ præmittitur *Expositioni Psalmorum* sancti Athanasii, quam in parte secunda tomi primi operum ejusdem sanctissimi Doctoris ipse edidit, talia habentur : « Narrat Gabriel Grodecius, Dantzicanus, professor Hebraicæ linguæ in academia Lipsiana, vir doctus, ac necessitudine mihi conjunctus, exstare in bibliotheca S. Salvatoris Bononiensis in codice perantiquo expositionem Athanasii *in Psalmos* Serviana lingua, quæ est Slavica dialectus, sunt autem Servii Mysiæ superioris populi, nec ambigo ex his nostris expositionibus Slavice versam fuisse. » Sed fallitur vir eruditus : iste enim commentarius Slavica seu Illyrica, non autem Serviana lingua scriptus est; neque est in Slavicam dialectum translatus ex Græcis expositionibus, quas ipse inter opera S. Athanasii edidit, sed idem est ac ille qui Græcis litteris ac verbis scriptus et compositus Venetiis in Justinianea, et Mediolani in Ambrosiana bibliotheca reperitur, et quem, ut paulo ante dixi, non esse Athanasii, P. Montfaucon affirmat. Equidem hujus commentarii initium, nempe orationem quæ commentario præponitur, et expositionem

(9) *Comm. de script. Eccl.*, tom. I, sæc. IV, c. 8, *Diss. de op. S. Athan.*, pag. 384.
(10) *Mém. eccl.*, tom. VIII, pag. 257.
(11) Cap. 27, pag. 407.

in primum psalmum dabo, quam nactus sum et opera et cura reverendissimi P. abbatis Migliavacca, Canonici Regularis ordinis S. Salvatoris, qui etiam se ab aliis audivisse mihi narravit : P. Montfauconium, cum per Bononiam iter faceret, monasterii S. Salvatoris bibliothecam adivisse, atque in ea inspectis antiquis codicibus manuscriptis, quibus bibliotheca illa præstat, cum hunc de quo agitur attente considerasset, suasisse bibliothecario, ut nomen Athanasii deleret, atque in fronte codicis ascriberet nomen S. Cyrilli Alexandrini; et quidem ut ab amico sibi novissime significatum esse asserebat, nunc in parva scheda, quæ in eodem codice exsistit, recentiori charactere scriptum legi nomen S. Cyrilli episcopi Alexandrini; in tegmine autem codicis adhuc remanere nomen Athanasii. Qua de causa autem eruditus vir id faciendum censuerit, me latet. Itaque cujuscunque auctoris commentarius ille sit, me rem gratam curioso lectori facturum existimo, si ejus initium Illyrica, et Latina lingua hoc loco, ut paulo ante pollicitus sum, exhibeam (12).

Ter sancta Trinitas totius mundi adjuva, et dirige cor meum ad incipiendum cum intelligentia, et finiendum opus bonum a Deo inspirati hujus libri, quem sanctus Spiritus per os David eructavit, et quem aggredior recitare. Agnoscens vero meam ignorantiam, adoro te exorans, et tuum auxilium invoco, Domine Jesu Christe, doce intellectum meum non in sermonibus labiorum oblectari, sed in cognitione eloquiorum gaudere, et præparare me ad facienda opera, quæ disco et loquor, ut bonis operibus illuminatus, in tuo judicio dexteræ partis particeps fiam. Et nunc Domine, benedic, ut ex corde producto suspirio, lingua canam:

Beatus vir qui non abiit in consilium impiorum, etc.

PSALTERIUM DAVID REGIS SANCTÆ CIVITATIS FILII JESSE ET JUDÆ SECUNDUM PROGENIEM PRO PRIMO ALLELUIA INITIUM PRIMI LIBRI, QUI EST APUD JUDÆOS PSALM. I.

1. Beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.
2. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.
3. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum:
4. Quod fructum suum dabit in tempore suo.
5. Et folium ejus non defluet,
6. Et omnia quæcunque fecerit, prosperabuntur ei.
7. Non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
8. Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum.
9. Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit.

ATHANASII COMMENTARIUS IN PSALMOS.

Psalmus David I.

1. Prophetia hæc adimpletur in Josepho ab Arimathæa, quoniam non venit ad Judæos, qui in Christum insidias faciebant. Proprietas autem sermonis hujus beatum dicit omnem hominem, qui non communicat, nec se immiscet iniqua consilia agentibus, aut aliquem injuste persequentibus. Quod vero additur: *Et in via*, viam esse præsentem vitam asserit; nos enim viventes ad interitum vitæ sensim accedimus.

2. Aliter enim non instruetur homo, ut recedat a malo, nisi se exercuerit lectione librorum, ac dotrina sapientum.

3. Nam prout ligna plantata ad aquas semper sunt amœna, ita intellectus sacra librorum doctrina irrigatus pulchre floret, et salutares semper cogitationes habet. Lignum etiam hoc dicitur crux fontibus baptismalibus circumdata, per quam nos lætificamur ac illuminamur.

4-6. In tempore suo fructificavit crux nostram salutem : fructus utpote vivaces, et folia crucis sunt fideles, qui per illam muniti, et in illa permanentes, non decidunt seu non defluunt ab eadem ; omnia enim, quæ propter crucem seu Christi passionem fiunt, prospere succedunt.

7. Crux enim illa, quæ ab hæreticis, Judæis, et ethnicis non colitur, apud eos non fructificat, sed tanquam pulverem eos dissipat. Sic Judæi cum ob incredulitatem ac insipientiam defecissent a Christo, dispersi sunt per universam terram.

8. Nam qui Deum non agnoverunt, vel solam hanc impietatem secum ferentes, post resurrectionem de aliis causis non interrogabuntur; jam enim habebunt damnationem libere per semetipsos volitam, nec invenietur in ipsis ullum opus justitiæ.

9. Noscit enim omnem viam tam justorum quam injustorum, et primos quidem salvat, alteros vero damnat, ac a se rejicit, utpote inutiles.

IX. Age vero, quoniam locus hic jam postulat, de auctore expositionis quam Athanasio in Barberino codice ascriptam nunc primum in lucem trado, verba faciamus. Profecto ut eam magno Athanasio tribuendam existimem, primum moveor judicio duorum doctissimorum virorum Andreæ Schotti, et Lucæ Holstenii, quorum alter ex antiquo codice Augustanæ bibliothecæ describendam curavit ; alter vero non solum præfationem, brevem quidem, sed admodum elegantem, et tanto viro dignam ascripsit, sed ulterius hoc Athanasii opus inter cætera sanctissimi doctoris præcipue excellens, et eximium esse censuit, et ut verbis Tillemontii utar (13), *comme le chef-d'œuvre de S. Athanase*. Etenim an. 1627 cum accepisset novam operum S. Athanasii editionem Parisiis adornari, septem homilias S. Athanasii nomine inscriptas, quæ adhuc lucem non viderant, ad typographum Parisiensem misit. qui ea de re lectorem monuit his verbis : « Postremo vir eruditus Lucas Holstenius, Hamburgensis, postquam nos

(12) Exhibet ille quidem hoc loco initium commentarii Illyrica et Latina lingua ; nos vero Latinam tantum versionem et interpretationem exhibemus. Si quis est curiosus lector, et Slavicæ linguæ peritus, illud videat in Romana edit., p. XIX.

(13) *Mém. eccl.* tom. VIII, p. 130, not. 110 *sur S. Athanase*.

admonuisset, habere se e Regia et Oxoniensi bibliotheca, et e manuscripto etiam codice R. P. Sirmondi e Societate Jesu homilias numero septem nondum editas, quas Latine convertisset, rogatus a nobis lubenti animo concessit, ut eas, quia serius hoc rescivimus, veluti per appendicem posteriori tomo subjiceremus. » His autem septem homiliis, quas vir eruditione æque ac pietate eximius in Latinum verterat, epistolam ad lectorem præmisit, eam exorsus in hunc modum (14) : « Cum divi Athanasii Opera recudi a typographis audirem, rem me facturum existimavi, et publice utilem, nec bonis, doctisque ingratam, si cætera sanctissimi Patris ἀνέκδοτα conquirerem, et in lucem hac occasione producerem. Collegi ergo opera tumultuaria ex Christianissimi regis bibliotheca, atque ex clar. mem. R. P. Sirmondi, meisque schedis homilias septem Athanasii nomine prænotatas : neque enim Athanasii omnes esse credat, cui vel minimum in hisce studiis judicii, quique vel obiter tantum cætera ejus scripta inspexerit ; » in fine autem ejusdem epistolæ de sancti Athanasii commentario nostro *in Psalmos*, quem, ut puto, viderat, sed non adhuc ab Andrea Schotto nactus fuerat, ita loquitur : « Cætera, quæ adhuc latent in Italiæ et Hispaniæ bibliothecis alii dabunt, præsertim commentarium perpetuum *in Psalmos*, quod ego palmarium Athanasii opus existimo. » Hæc Holstenius.

X. Quod autem magnus Athanasius scripserit etiam *super Psalmos*, nemo est qui dubitare possit. Hujus enim rei locuples testis est beatus Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* (cap. 87), ubi, enumeratis sanctissimi episcopi Athanasii operibus, inter alia recenset librum *De titulis Psalmorum*. Quæ beatissimi doctoris verba in Græcam linguam ita vertit Sophronius : Περὶ ἐπιγραφῆς Ψαλμῶν, *De inscriptione Psalmorum* Hujusmodi autem nuncupationem non bene aptari commentario *in Psalmos*, quem ediderunt Patres Benedictini, ubi de titulis Psalmorum ne verbum quidem, ipsi ingenue fassi sunt. At vero in expositionem, quam nos magni Athanasii nomine inscriptam in lucem damus, optime convenire, neminem esse puto qui inficias iverit. Siquidem initio cujusque psalmi ejus titulus seu inscriptio accurate ac diligenter explicatur : deinde convenienter, consequenterque ad tituli inscriptionem ejusque interpretationem psalmus totus exponitur.

XI. Commentarii S. Athanasii *in Psalmos* meminit etiam Nicæna synodus, et quem Hieronymus *De titulis Psalmorum* et Sophronius *De inscriptione Psalmorum* synodus vocat *Librum interpretationis Psalmorum*, eique nos docet præfixam fuisse ejusdem Athanasii *Epistolam ad Marcellinum*. Unde etiam compertum fit, librum *De titulis Psalmorum* non eumdem fuisse ac librum seu *Epistolam ad Marcellinum*, ut aliquis suspicatus est. Verba autem quæ in actione synodi sexta memoriæ traditum est lecta fuisse ab Epiphanio diacono, sunt hujusmodi : « Qui vero ab immortalitate nomen habet Athanasius, clarissime nobis in *Epistola ad Marcellinum* (15), quam præposuit libro interpretationis Psalmorum, disserit sic dicens : « Librum Psalmorum aliquis assumens, prophetias de Salvatore continuo, ut in aliis Scripturis admiratus, et adorans enarrat, » etc. Hanc autem epistolam, de qua mentio facta est in Nicæna synodo (ut occasione mihi data lectorem admoneam, factique mei rationem reddam) explicationi Psalmorum, quam in publicum emitto, adjungam, ut integrum sanctissimi Patris opus, quemadmodum ab ipso editum esse traditur, exhibeam.

XII. Erit fortasse quispiam eorum quibus volupe est, ut ita dicam, magnis clarescere inimicitiis, et emunctæ naris censoris nomen adipisci, qui contracta fronte, et grandi supercilio opusculum nostrum a sanctissimo archiepiscopo abjudicandum esse decernet, vel quia auctor interpretationis Psalmorum, quam damus, pueriliter, ut forte sibi videbitur, in explicandis Psalmorum titulis Hebraicorum nominum interpretationem sectatur, vel quia psalmos omnes in allegoricum sensum exponit. Ego autem e diverso tantum abesse existimo, ut hisce de causis Athanasii nomen e fronte commentarii expungi debeat, quin potius inde putem, duo gravissima argumenta suppetere, quibus liber magno Athanasio, cujus nomen præfert, vindicetur.

XIII. Quod ut planum faciam, opus est paucis disserere, quis primus auctor fuerit, qui Hebraica nomina juxta eorum etymologias ordine alphabetico in Græcum exposita publico usui, et sacrarum litterarum studiosorum commoditati ad sacrarum Scripturarum intelligentiam facilius assequendam prodiderit. Quod sane difficile haud est ; posteritatis enim memoriæ id mandavit Hieronymus (16) : « Qui Philo, inquit, vir disertissimus Judæorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum *Hebraicorum nominum*, eorumque etymologias juxta ordinem litterarum e latere copulasse. Qui cum vulgo habeatur a Græcis, et bibliothecas orbis impleverit, studii nostri fuit in Latinam linguam eum vertere. » Et antequam Hieronymus ita scriberet, Eusebius Cæsariensis de eodem Philone in sua *ecclesiastica Historia* (17) litteris tradiderat : « Sed et Hebraicorum nominum, quæ in lege et in prophetis occurrunt, interpretationes ab ipso compositæ esse dicuntur. » Philo autem, gente ac religione Judæus,

(14) Vide tom. IV Operum S. Athanasii nostræ recensionis, col. 941. Edit. Patr.
(15) Synod. Nic. II, act. 6, p. 1518.
(16) Præfat. in libro *De interpret. nom. Hebr.*
(17) Lib. II, cap. 18.

patria quidem fuit Alexandrinus. Quare si ejus liber *De nominibus Hebraicis* adeo celebris et frequens in litteratorum manibus erat, ut a Græcis vulgo haberetur, et nulla esset, teste Hieronymo, orbis bibliotheca quæ ipsum non servaret, inde conjecturam facere licet quanto in pretio quantoque in usu apud suos populares Alexandrinos, Christianos præsertim vel Hebræos, esset. Et quidem hac de re non leve argumentum vel inde sumi potest, quod hujusmodi liber neque ipsos gentiles Alexandrinos scriptores latuit, cum ex eo plura in suum usum decerpserint. Nam quæ Hesychius grammaticus Alexandrinus de Hebraicis nominibus in Lexicum suum induxit, ex eo mutuo accepisse verisimile est. Id autem jam antea animadvertisse comperi Joannem Martianæum, qui probabili conjectura hæc adnotat (18) : « Quarta species verborum et interpretationum Philonis superest, ni fallor, in Græco Lexico Hesychii, grammatici Alexandrini, qui non ab alio quam e libro Græco Judæorum disertissimi Hellenistæ, id est ex libro nominum Hebraicorum mutuari potuit nomina bene multa, quæ ipse interpretatur juxta proprietatem linguæ Hebraicæ. Nam unde fluxit apud Hesychium tanta copia nominum, quorum ratio ignorata erat ab omnibus Græcis scriptoribus profanis, nisi ab illo primo conditore voluminis Hebraicarum vocum, sive Lexici sacri, cujus usuram habuisse Alexandrinis facile licuit? » Si autem Alexandriæ Philonis liber magno in pretio habebatur apud homines a Judaica religione et Christiana veritate alienos, quisque inde conjecturam capere potest quanta apud Christianos in existimatione quantoque in usu in sacris Scripturis explicandis esset.

XIV. Quod si quispiam esset qui ea de re dubitaret, facile omnis ex animo dubitationis scrupulus evelli posset ex iis quæ de Origene tradit Hieronymus: nimirum quod in Hebraicis nominibus Veteris Testamenti fecerat Philo, id in nominibus Novi Testamenti præstitisse Origenem, ea laude atque omnium doctorum virorum approbatione, ut eum postea ipse Hieronymus imitatus sit vertendo in linguam Latinam, quæ Græce tantum circumferebantur, ut quod Græci Philonis, et Origenis labore, atque industria habebant, id Latini lectionis sacrarum Scripturarum studiosi cura, atque opera sanctissimi Doctoris adipiscerentur. Verba B. Hieronymi talia sunt (19): « Ac ne forte consummato ædificio, quasi extrema deesset manus, Novi Testamenti verba et nomina interpretatus sum; imitari volens ex parte Origenem, quem post apostolos, Ecclesiarum magistrum, nemo, nisi imperitus negabit. Inter cætera enim ingenii sui præclara monumenta etiam in hoc laboravit, ut quod Philo quasi Judæus omiserat, hic ut Christianus impleret. » Ex his vero quæ Hieronymus scripsit, duo ad rem nostram colliguntur: Hebraicorum nominum interpretationem, rem puerilem et nullius utilitatis, ut quidam autumant, minime censendam esse, cum in ea tria præclarissima omnium ætatum ingenia elaboraverint, Philo, Origenes, Hieronymus; et nostram Psalmorum metaphrasin seu commentarium in quo accurate et diligenter allata Hebraicorum nominum interpretatione, Psalmorum tituli exponuntur, auctorem præseferre scriptorem Alexandrinum, minimeque eam magni Athanasii vel ætati, vel patriæ, vel studiis, et sacræ doctrinæ repugnare, sed quam maxime convenire.

XV. Nunc vero agendum est de allegorica interpretatione, juxta quam perpetuo commentario Psalmi exponuntur. Primum allegoricæ sacrarum Scripturarum interpretationis auctorem veteres scriptores faciunt Philonem Hebræum. Scribit enim de eo in sua *Bibliotheca* (20) Photius: « Circumferuntur ejusdem alia quoque varia opuscula, quibus disputationes fere de moribus continentur, Veterisque Testamenti explanationes ad allegoriam ut plurimum ipsa littera aptata. Et vero ab hoc arbitror omnem allegoricum sacræ Scripturæ sermonem in Ecclesiam promanasse. » Is autem Alexandriæ, ubi natus erat, scripsit, et non solum inter suos, sed etiam inter Christianos celebri nomine ob sacrarum Scripturarum scientiam, et profanarum doctrinarum eruditionem fuit, imo etiam Christianæ religioni nomen dedisse, a quibusdam traditum est. Sane Hieronymus de eo scribit (21), famam fuisse, eum, cum in secunda legatione ad Caium Romam venisset, locutum esse cum apostolo Petro, ejusque habuisse amicitias, et ob hanc causam etiam Marci discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus; et ante Hieronymum idem de Philone tradiderat Eusebius Cæsariensis, qui doctissimum Judæum magnis laudibus ornat; unde constat quanto nomine et quo in honore ille esset Eusebii quoque ætate apud Christianos: Hic porro, inquit Eusebius (22), vir in dicendo copiosus, in sententiis locuples, in divinæ Scripturæ intelligentia sublimis atque excelsus, variam ac multiplicem sacrorum voluminum expositionem edidit. E Philone igitur, qui ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος, ait Josephus (23), non solum in sacris Scripturis excellenter versatus, sed etiam externis disciplinis egregie excultus præclara opera in publicum ediderat, allegoricam sacrarum Scripturarum interpretandarum rationem in Alexandrinam Christianorum scholam aliqua ex parte, et quadamtenus derivatam fuisse, quam verisimillimum esse, nemo, ut puto, negabit.

(18) Tom. II Opp. S. Hieron., p. 90 edit. Paris.
(19) Lib. III, cap. 3, n. 7.
(20) Codice CV.
(21) *De script. eccles.* n. 11.
(22) *Hist. eccl.* lib. II, cap. 18.
(23) *Antiq. Judaic.* cap. 9.

XVI. Quod autem schola Alexandrina allegoricam interpretationem secuta sit, argumento esse possunt opera Clementis et Origenis, qui ambo Alexandrinæ scholæ præfuerunt. Quorum primus in sacris Scripturis explicandis sæpissime allegoriis utitur, sed in libris *Stromatum* mysticos Scripturarum sensus potissimum amplexus est; siquidem tria sua præclara opera, *Protrepticon*, *Pædagogon*, et *Stromatum* libros eo ordine, et ratione instituit (24), ut gentilium mystagogorum, ac veterum philosophorum exemplo tres gradus, ἀποκάθαρσιν, μύησιν, ἐποπτείαν referret. Alter vero in allegoriis sectandis adeo nimius fuit, ut etiam hoc nomine a multis reprehendatur. Quare et accurata Hebraicorum nominum interpretatio, et allegorica interpretandi ratio in causa esse non possunt, cur noster Psalmorum commentarius magno Athanasio abjudicetur, sed potius argumento esse debet, cur illum sanctissimo episcopo, cujus nomen præfert, asseramus. Nam utraque intento, ut ita dicam, digito indicare videtur, auctorem commentarii scriptorem Alexandrinum fuisse, Alexandriæ natum, et in Alexandrina schola educatum. Profecto non dissimili ratione, qua Athanasius in suo commentario titulorum interpretationem prosecutus est, nonnullorum psalmorum titulos Origenem quoque explicasse, fidem facit fragmentum commentarii Origenis in Psalmos, quod ex codice Vaticano cum aliis in lucem edidit P. Montfauconius, et suæ *Hexaplorum* editioni præmisit (25); ac proinde de antiquitate usus, ac disciplinæ interpretandi in allegoricum sensum psalmos psalmorumque titulos in schola Alexandrina dubitari nequit.

XVII. Quin imo longe ante Pantæni, Clementis et Origenis ætatem, qui successivis temporibus Alexandrinam scholam rexerunt, allegoricas et mysticas Scripturarum expositiones usu apud Christianos Alexandrinos receptas fuisse, testimonio esse possunt, quæ memoriæ posteritatis tradita sunt de Therapeutis, quorum nomine veteres illos Christianos Marci evangelistæ discipulos significatos fuisse antiqui Patres (26), et plures ex recentioribus scriptoribus existimarunt. Mores enim, et instituta Therapeutarum referens Philo (27): « Totum vero, inquit, diei spatium, quod ab ortu solis ad vesperum interjacet, in meditatione philosophiæ traducunt. Sacra enim volumina lectitantes philosophantur more patrio præcepta sapientiæ a majoribus tradita allegorice explicando. Quippe existimant verba ipsa nihil aliud esse quam imagines et signa rerum abditarum, quæ per allegorias declarandæ sunt. Sunt etiam apud eos commentarii veterum quorumdam, qui sectæ illius auctores quamplurima eis monumenta doctrinæ illius, quæ in allegoriis posita est, reliquerunt. Quibus isti tanquam exemplaribus utentes morem hunc institutumque imitantur. » Ad hæc autem Philonis verba talia subdit Eusebius (28): « Hæc certe ab eo homine dicta videntur, qui nostras sacras litteras exponentes audiverit. Quos autem, ait, penes illos fuisse veterum quorumdam commentarios, verisimile est, ipsa esse Evangelia, et apostolorum scripta, et expositiones quasdam veterum prophetarum: cujusmodi plures tum in aliis Pauli Epistolis, tum in illa quæ ad Hebræos scripta est, continentur. » At enim Henricus Valesius censet libros Novi Testamenti a Philone haud significari potuisse, cum dicat συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, quales non erant Philonis ætate apostoli et evangelistæ. Ego autem Eusebii sententiam haud prorsus rejiciendam esse puto: nam sæpe παλαιῶν, seu *veterum* nomine intelliguntur, qui una tantum ætate seu generatione (29) nos præcesserunt: et quidem, si in re longe posita a nostra memoria atque ætate, uti conjectura licet, censeo Philonem commentariorum nomine inter alios libros indicare voluisse Evangelium secundum Ægyptios. Nam in eo peculiare quoddam fuisse dicendi genus allegoriis et abstrusis ac mysticis sensibus plenum, fidem faciunt fragmenta quæ ab antiquis scriptoribus ad nostram usque ætatem servata sunt. Ænigmatum enim instar illa sunt quæ ex illo Evangelio laudantur in epistola secunda S. Clementis pontificis Romani, et in libro tertio *Stromatum* alterius Clementis cognominis presbyteri Alexandrini, ex quorum scriptis aliorumque veterum Patrum nobis compertum fit, Evangelio illo, qualecunque fuerit, antiquos illos Christi in Ægypto asseclas usos fuisse. Verum enim postea temporis, cum in universo terrarum orbe fere ad omnium fidelium manus pervenissent quatuor Evangelia, aliæque canonicæ Scripturæ, quæ a sacris evangelistis, et sanctis apostolis θεοπνεύστοις, *a Deo inspiratis*, in fidelis populi utilitatem, et Ecclesiæ ædificationem nobis divini beneficentia tradita sunt; Evangelium illud allegoricum, et fere ænigmaticum, uti exorto et illucescente sole nebulæ dispelluntur, paulatim in desuetudinem abiit, et e fidelium manibus excussum est. Verumtamen posteaquam ex Ecclesia catholica Evangelium secundum Ægyptios eliminatum est, benignos receptores habuit hæreticos; quia cum abstrusos et ambiguos sensus contineret, ad suos astruendos errores obtenebrandamque veritatem, pluribus etiam de suo adjectis suppositisque, opportune eo uti posse censuerunt. Profecto Sabelliani aliique firmum inde

(24) Dan. Heins. in præf. ad Clem. Alex.
(25) Vide hujus *Patrologiæ* tom. XV.
(26) Euseb. *Hist. eccl.* l. v. c. 10; l. vi, c. 14, 15. Hieron. *De vir. illustr.*
(27) *De vit. contempl.*
(28) *Hist. eccl.* lib. ii, c. 17.
(29) Nam γενεὰ est τριακονταετία, *triginta annorum ætas*, ut Porphyrius notat in *Homericis quæstionibus*. Aulus Gellius (lib. ii *Noct. Attic.*, c. 3). codicem *Æneidos* Virgilii, quem sibi Romæ quidam grammaticus emptum in sigillariis xx aureis ostenderat, *mirandæ vetustatis* vocat, et tamen Gellius non adeo longe post Virgilii ætatem vixit.

patrocinium, ut ipsi autumabant, vel ad Trinitatis mysterium subvertendum, vel ad legitimas nuptias rejiciendas sibi compararunt. Itaque hinc factum est, ut postea hujus Evangelii a sectariis corrupti et interpolati, in pravosque sensus ejus verbis expositis, tanquam libri apocryphi, et veluti putidæ hæreticorum mercis meminerint S. Epiphanius, S. Hieronymus, Origenes, Titus Bostrensis, Theophylactus (30). Sed eo revertor, unde paulo ante digressus sum.

XVIII. Enimvero non solum Alexandriæ, sed etiam ubique Ecclesiarum Orientis primis Christianæ fidei sæculis allegorica sacrarum Scripturarum interpretatio obtinuit. Et quidem quemadmodum nimius atque immoderatus hujusmodi interpretationis usus, cum scilicet abditis Scripturarum sensibus explicandis minime inservit, sed ea scriptor ad suo indulgendum ingenio abutitur, reprehensione dignus videtur: ita e diverso laude excipiendus est, cum receptis veterum Patrum regulis ac præceptis insistit, et intra suos limites se continet. Itaque duo in hac re scopuli summopere vitandi sunt, in quorum alterum impegisse videntur, qui sequentes mysticos sensus, et allegoricas interpretationes ab historica sacrarum litterarum veritate discesserunt; apud alterum vero misere naufragium fecisse, qui mordicus litterali interpretationi inhærentes, relictis veterum sanctorum Patrum vestigiis, in devia ac prærupta abeuntes in luce divinæ eorum sapientiæ ac cœlestis doctrinæ caligaverunt. Atque ita, clausis ad evangelicum lumen oculis, per humilia reptantes, solum humana ac terrena percipientes, majestatem Dei in Christo Domino animo comprehendere nequiverunt, ideo negare ausi sunt; et sectantes humilitatem litteræ a sublimitate exciderunt Divinitatis. Ex horum numero fuerunt Ebionæi, Paulianistæ, Socinianistæ, aliique istorum sequaces. Quamobrem ne recto itinere relicto, in brevia ac syrtes aberremus, in re tam difficili, tantique momenti omnino servanda a nobis est regula, quam sibi sequendam proposuit sanctus Gregorius Nazianzenus, qui in oratione quadragesima secunda: « Nos, inquit, media quadam via inter eos qui crassiore omnino ingenio sunt, et eos qui nimio contemplationis et anagogiæ studio ducuntur, incedentes, ut nec prorsus inertes ac torpidi maneamus, nec rursus curiosiores simus quam par sit, atque a proposito argumento excidamus et evagemur (alterum enim Judaicum quodammodo et abjectum, alterum ineptum, ac somniorum conjectore dignum, paremque utrumque reprehensionem meretur), ad hunc modum de his rebus pro virium nostrarum modulo non nimis absurde nec ridicule disseremus. » Teneatur etiam altera interpretationis lex a magno Augustino aliisque Patribus tradita, ut tum solum proprietas litteræ relinquatur, si ex litterali intelligentia absurdus Scripturæ sensus, vel catholicæ Ecclesiæ doctrinæ et traditioni contrarius eliciatur. Sin secus, ita mysticum et allegoricum sensum a Patribus probatum sequi placeat, ut proprietas litteræ non repudietur. Verba Augustini in libro VIII, cap. 1 *De Genesi ad litteram*, ubi loquitur de paradiso, talia sunt: « Sane si nullo modo possent salva fide veritatis ea, quæ corporaliter hic nominata sunt, corporaliter etiam accipi, quid aliud remaneret, nisi ut ea potius figurate dicta intelligeremus, quam Scripturam sanctam impie culparemus? Porro autem si non solum non impediunt, verum etiam solidius asserunt divini eloquii narrationem hæc etiam corporaliter intellecta, nemo erit, ut opinor, tam infideliter pertinax, qui, cum ea secundum regulam fidei exposita proprie viderit, malit in propria remanere sententia, si forte illi visa fuerant, nonnisi figurate posse accipi. » Demum ad hæc et illud addendum puto, quod docet beatus Joannes Chrysostomus, omnium qui unquam fuerunt aut sunt Scripturarum interpretes, præstantissimus, et quod omnes præ oculis habere debent, qui sacras Scripturas interpretari aut legere aggrediuntur: « Neque enim, inquit (31), sapientia humana opus habet divina Scriptura, ut ea quæ scripta sunt, intelligantur, sed revelatione Spiritus, ut verum sensum eorum quæ in illis continentur, percipientes, magnam inde referamus utilitatem. »

XIX. Cæterum mysticus seu allegoricus Scripturarum sensus auctoritate Novi Testamenti innititur. Passim enim occurrunt in Evangeliis et canonicis Epistolis mystici sacræ Scripturæ sensus et allegoricæ explicationes. Quare magnus Gregorius exponens Romano populo parabolam illam de homine qui exiverat ad seminandum, recte aiebat: « Si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas divitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret; unde et idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, ut sciatis rerum significationes quærere in iis etiam quæ per semetipsum noluit explicare. Exponendo ergo quod dixit, figurate se loqui innotuit, quatenus certos vos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. » Et quidem quis unquam sibi persuaderet per duos Abrahæ filios, quorum unus natus est de ancilla, alter de libera, duo Testamenta significari, unum quidem in monte Sina in servitutem generans; alterum vero in libertatem filiorum Dei, qua Christus nos donavit [1]? Quis crederet per sacerdotem Melchisedech æternum pontificem Christum Dominum [2], per tabernaculum cœlum [3], per sanguinem hircorum, et vitulorum sanguinem ejusdem Christi Domini, per Sancta sanctorum interius cœli aditum adumbratum fuisse [4]? Quis in animum

[1] Galat. IV, 22, 23, seqq. [2] Hebr. VIII, 1 seqq. [3] Hebr. VIII, 5 seqq. [4] Hebr. IX, 5, 11 seqq.

(30) Epiph. hær. LXXII, cap. 2; Hier. præf. hom. *in Matth.*; Orig. hom. *in Luc.*; Tit. Bostren., Theoph. *ad pr. Luc.*

(31) Hom. *in Genes.*

suum induceret per animalia, quorum sanguis inferebatur pro peccato in Sancta per pontificem, corpora autem cremabantur extra castra, indicatum esse Jesum, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam civitatis Jerusalem passurum esse; nisi hæc divina et admiranda mysteria nobis apostolus Paulus aperiret[5]? Cujus in mentem unquam venisset, per Adam, qui immisso a Domino sopore, et per Evam, quam ex dormientis costa in mulierem Deus ædificavit[6], et de qua dictum est[7]: *Quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una:* Christum significari et Ecclesiam, quæ ex latere Christi Domini sanguine et aqua fluente obdormientis in cruce, immisso voluntariæ mortis sopore, efformata est, et sanguine ipsius redempta, et aqua baptismi sanctificata, ob quam reliquit (32) æternum suum Patrem, descendens ipse de cœlo, ut humanam carnem susciperet, et deseruit matrem, nempe ingratam et incredulam Synagogam, unde originem, ut homo, ducebat, ut scilicet adhæreret Ecclesiæ fidelium, et ejus caput exsistens mysticum illud corpus efformaret; nisi idem beatus apostolus admiratione obstupefactus ad illa verba clamans diceret: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia*[8]. Quis hæc, et plurima alia, quæ in divinis Pauli litteris continentur, unquam crederet, nisi ea nos beatus apostolus edoceret? Neque ideo Origenes reprehenditur ab Eustathio martyre Antiocheno (33), a magno Basilio (34), Joanne Chrysostomo (35), Epiphanio, Theophilo, Hieronymo (36), aliisque, quod spiritalem Scripturarum sensum exposuerit, vel quod ingenii solertia caruerit, qua mysticos, quos revera complectitur Scriptura sensus, investigaret; sed quod ea in re nimium ingenio suo indulserit, et spreto litterali sensu allegorias quæsierit locis propemodum innumeris, a quibus prorsus alienæ sunt.

XX. Et quidem veteres Ecclesiæ doctores etiam ubi sacris Scripturis explicandis litteralem potius sensum quam allegoricum secuti sunt, spiritalem tamen ac mysticum agnoscunt ac probant, et primum corpori, alterum vero animæ comparant. Tertullianus agens de Oratione Dominica (37): « Quanquam, inquit, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, spiritaliter potius intelligamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, et vita panis, etc. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, et individuitatem a corpore ejus. Sed et quia carnaliter admittitur ista vox, non sine religione potest fieri et spiritalis disciplinæ. Panem enim peti mandat, quod solum fidelibus necessarium est; cætera enim nationes requirunt. Ubi dictione illa *spiritaliter* allegoricum et mysticum verborum sensum, illa vero *carnaliter* litteralem significat. » Nec dissimiliter sanctissimus martyr Cyprianus Tertullianum, quem magistrum vocabat, secutus, loquens de eadem Orationis Dominicæ petitione (38): « Quod potest, ait, et spiritaliter, et simpliciter intelligi: quia et uterque intellectus utilitate divina proficit ad salutem. Nam panis vitæ Christus est, et panis hic omnium non est, sed noster est, etc. Potest vero et sic intelligi, ut qui sæculo renuntiavimus, et divitias ejus, et pompas fide gratiæ spiritualis abjecimus, cibum nobis tantum petamus et victum. » Quibuscum consentit beatus Augustinus (39), qui loquens de paradiso ab Origene ejusque discipulis non proprie, sed figurate intellecto: « Quasi propterea, inquit, non potuerit esse paradisus corporalis, quia potest etiam spiritalis intelligi? Tanquam ideo non fuerint duæ mulieres, Agar et Sara, et ex illis duo filii Abrahæ, unus de ancilla, et alius de libera; quia duo testamenta in eis figurata dicit Apostolus; aut ideo de nulla petra, Moyse percutiente, aqua defluxerit, quia potest illic figurata significatione etiam Christus intelligi, eodem Apostolo dicente: *Petra autem erat Christus*[8*]. Nemo itaque prohibet intelligere paradisum, vitam beatorum; quatuor ejus flumina, quatuor virtutes, etc. Hæc et si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritaliter paradiso, nemine prohibente, dicantur: dum tamen illius historiæ veritas fidelissima rerum gestarum narratione commendata teneatur. » His autem addi possunt cæteri omnes Patres quotquot in Ecclesia Dei floruerunt ab exortu Christianæ fidei ad postrema usque et ætati nostræ propiora sæcula. Quamobrem tantum abest, ut nostra Psalmorum translatio, seu interpretatio, qua Psalmorum verba de Christo et Ecclesia explicantur, Athanasio, cujus nomen inscriptum est, adimi debeat, vel tanquam inepta ac puerilis a sensatis viris et in

[5] Hebr. XIII, 11, 12. [6] Genes. II, 21. [7] ibid. 24. [8] Ephes. V, 32. [8*] I Cor. X, 4.

(32) *Si ergo Christus adhæsit Ecclesiæ, ut essent duo in carne una, quomodo reliquit Patrem? quomodo matrem? Reliquit Patrem, quia « cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens. » Hoc est enim, reliquit Patrem, non quia deseruit et recessit a Patre; sed quia non ea in forma apparuit hominibus, in qua æqualis est Patri. Quomodo reliquit matrem? relinquendo Synagogam Judæorum, de qua secundum carnem natus est; et inhærendo Ecclesiæ, quam ex omnibus gentibus congregavit.* S. Aug. tract. IX, *in cap.* II *Joan.*, n. 10.
(33) In serm. *De ventriloqua, seu Pythonissa.*
(34) Hom. 3, *in Hexaemeron.*, n. 9.
(35) Hom. 13 *in Genesim.*
(36) Hieron. *ep.* 38 *ad Pammach.*; in præf. lib. V Comment. *in Isaiam*, et præfat. *in Malach.*
(37) Cap. 6.
(38) In expl. Orat. Dom.
(39) Lib. XIII *De civit. Dei*, c. 21.

ecclesiasticis studiis et Christiana pietate excultis eadem contemni, quin potius reor argumentum hinc recte sumi posse ut sanctissimo Doctori adjudicetur.

XXI. Cardinalis Thomasius, vir et eruditione et morum sanctitate illustris, allegoricos Psalmorum sensus Christianos sensus vocat in præfatione ad Psalterium, quod cum Latina interpretatione ab eo elaborata in publicam utilitatem emisit : « Porro, inquit, ne aliqua saltem deesset vel brevis manuductio ad secretiora mysteria, sensaque Psalmorum tum de Christo et ipsius corpore Ecclesia universa, et particularibus hujus corporis, sive collegii membris, id est fidelibus, tum etiam de cœlesti patria, quos sensus recte appellaveris sensus Christianos, patefactos nobis, tanquam scisso templi velo, morte Christi, qui apostolis aperuit sensum, ut intelligerent Scripturas, et quæ scripta sunt in Lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de ipso, » etc. Ita recte ac sapienter pius et doctus cardinalis ex veterum Patrum doctrina de allegorico et spiritali Psalmorum et sacræ Scripturæ sensu locutus est. Nam Origenes in libro *De principiis* (40) arguens eos qui ex circumcisione erant, quod in Salvatorem nostrum non crediderunt, sed in varios errores lapsi sunt, quia sacras Scripturas non secundum spiritalem sensum, sed secundum litteræ sonum interpretantes in via veritatis voluntario casu cæcutierunt : « Iis autem omnibus nulla, inquit, falsarum opinionum, nulla impietatis et stolidorum de Deo sermonum causa esse alia videtur, quam Scriptura non secundum spiritualem sensum intellecta, sed secundum litteralem accepta. Quapropter iis qui persuasum habent sacros libros non hominum esse commentarios, sed sancti Spiritus afflatu, voluntate Dei parentis universorum per Jesum Christum scriptos esse et ad nos pervenisse, qua via in eorum lectione insistendum esse nobis videatur, indicare conabimur, servata cœlestis secundum successionem apostolorum Ecclesiæ Jesu Christi regula. Et esse quidem mysticas quasdam dispensationes, quas divinæ Scripturæ indicant, etiam simpliciores fidelium credunt. » Ad hæc autem Origenis verba apposite subjicit Carolus de Larue (41) : « Nihil his verbis accuratius. Generale illud principium, quod mysticos in Veteri Testamento sensus ponit, apostolicæ doctrinæ pars est, et veritas certa, quæ ministerio pastorum ad nos usque pervenit. »

XXII. Profecto dubitari nequit omnia quæ in Veteri Testamento vel scripta, vel gesta fuerunt, in figura fuisse rerum quæ in Novo fieri aut contingere debebant, eaque respicere personam Messiæ, ejusque Passionem, Resurrectionem, et humani generis redemptionem, evangelicæ doctrinæ propagationem, gentilium conversionem, et quæcunque alia, quæ ad ejus divinam personam et dispensationem seu οἰκονομίαν pertinent. Quare si in explicandis Scripturis omnia ad Christum ejusque Ecclesiam prudenter referantur, neque erroris, neque ineptiæ id accusari debet, cum illa hoc consilio, et hac mente, Spiritu sancto dictante, scripta sint. Et quidem huc pertinere videntur verba illa apostoli Pauli, omnia scripta fuisse ad nostram institutionem : *Quæcunque enim*, ait, *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt* [9]. Et de spiritali ac sublimiori Scripturarum intelligentia non improbabiliter ab aliquibus accipiuntur verba S. Lucæ, quibus refert Christum Dominum post resurrectionem suam apostolos ad Scripturas intelligendas instituisse : *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas* [10]. Ad hæc enim evangelistæ verba respiciens S. Leo scribebat ad Flavianum in præclara illa epistola contra Eutychetem : « Donato intelligentiæ lumine, sacrarum Scripturarum occulta pandebat. » Origenes autem in eumdem sensum interpretatur verba illa Joannis : *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* [11]. Respondens enim conviciis ac calumniis Celsi impii philosophi, sanctæque nostræ religionis irrisoris, ad locum illum evangelistæ hæc subjicit (42) : « Hic quærimus quænam fuerint multa illa, quæ Jesus discipulis suis dicere habebat, et quæ tum portare non poterant. Et dico : Forte quia Judæi erant apostoli, et Mosaica lege secundum litteram accepta innutriti, hæc fuerunt, quæ illis dicere habebat : Quænam esset vera lex, quarum rerum cœlestium umbra, signisque cultus Judaicus constaret; quæ futura bona præscripti de cibo, et potu, de festis, neomeniis et Sabbatis ritus adumbrarent. » Et quoniam furcifer ille affirmabat Scripturas nostras non posse allegoriam pati, reponit Origenes (43) : « Fortasse probabile quid dici ab eo videretur, si Scripturas allegoriis interpretari inventum esset recens. Cum autem id fecerint vel ipsi dogmatum parentes et scriptores, quid aliud cogitandum est, quam illa fuisse scripta sic, ut eorum præcipua mens in allegoriis contineatur. »

XXIII. Quod vero propius rem nostram attingit, nempe rationem interpretandi Psalmos de Christo Domino et Ecclesia, primis Christianæ fidei temporibus ubique receptam, et probatam fuisse, locupletissimum nobis testimonium perhibent non solum Ecclesiæ Orientalis scriptores; verum etiam multi inter Oc-

[9] Rom. xv, 4. [10] Luc. xxiv, 39. [11] Joan. xvi, 12.

(40) Lib. iv, n. 9.
(41) Præfat. in tom. II Orig., art. 5.
(42) *Contra Cels.* l. ii, n. 2.
(43) Ibid., lib. iv, n. 49.

cidentales, sed omnium instar unus sit Hilarius doctrina et sanctitate rebusque gestis scriptisque insignis, Athanasio coævus, et amicitia et fœdere adversus fidei hostes conjunctus, qui in præfatione commentariorum quos *in Psalmos* composuit, talia scribit : « Non est vero ambigendum, ea quæ in Psalmis dicta sunt, secundum evangelicam prædicationem intelligi oportere ; ut ex quacunque licet persona prophetiæ Spiritus sit locutus, sit tamen totum illud ad cognitionem adventus Domini nostri Jesu Christi, et corporationis, et Passionis, et regni, et ad resurrectionis nostræ gloriam, virtutemque referatur. » Hilario, cæteris omissis, quia longum esset omnes referre, unum adjungam Augustinum (44), qui : « Vix est, inquit, ut in Psalmis invenias voces nisi Christi et Ecclesiæ, aut Christi tantum, aut Ecclesiæ tantum. » Itaque nemini dubium esse debet tam Orientalis quam Occidentalis Ecclesiæ Patres, qui primis Christianæ fidei sæculis floruerunt, spiritalem sacrarum Scripturarum sensum potissimum sibi exponendum proposuisse, præsertim in Psalmorum libris, in quibus multa vix aliter quam de Christo et Ecclesia explicari possunt. Qua in re exemplum habebant et Christi Domini, et apostolorum, qui et in Evangelio, et in canonicis epistolis plura loca Veteris Testamenti in mysticum sensum, ut antea dixi, interpretati sunt.

XXIV. Et quidem ante Christi adventum Synagoga ipsa utrumque sensum et spiritalem et litteralem agnovit, quorum primo Pharisæi, alteri vero Sadducæi studuisse videntur, licet utrique Scripturas falsis interpretationibus, divinæ veritati fabulas suas subjicientes, corruperint. Profecto plures doctissimi viri in arcanis Judæorum disciplinis ac litteris versati, censuerunt fieri non potuisse, ut omni careret fundamento Kabala Judaica (45), fœdissime licet corrupta et adulterata. Antiquis enim fabulis vulgo concedi solet aliquid veri loco fundamenti subesse : neque verisimile esse e nihilo provenisse famam et existimationem doctrinæ Kabalisticæ, a tot sæculis sermonibus hominum agitatæ. Quibus auctor quidam rerum Judaicarum peritus addit (46), si Kabala aliqua a sanctis viris et prophetis exculta et conservata sit, et si Sephiroth qua forma nunc pingi solent, vere fuerint illius Kabalæ compendium, non aliud fuisse ejus argumentum quam doctrinam gratiæ Ecclesiæ a Deo revelatam : et Sephiroth, adjungit alius scriptor Rabbinicis rebus eruditus (47), ea figura picta, qua delineari solent, exhibere speciem corporis humani, unde nobis Messiam regem, et hominem Deum repræsentari, cujus divinas virtutes et perfectiones in suo regno et persona manifestandas summatim contineri decem illis Sephiroth, nempe coronam, sapientiam, intelligentiam seu bonitatem, magnificentiam, severitatem, gloriam, victoriam, majestatem, fundamentum, regnum. Et Reuchlinus lib. II *Kabalæ* : « Antiqui Hebræi, inquit, tres istas supremas Sephiras cognoverunt in אין סוף *en soph* in Deo reperiri coæternas et consubstantiales Deo, quas ob vocum indigentias tres luces vocaverunt, de quibus aliquod vestigium habemus apud Joannem, qui de Verbo æterno testatur vers. 9, quod *erat lux vera,* » etc. Post hæc autem Reuchlini verba ita prosequitur Bartoloccius (48) : « De his lucibus earumque reali distinctione inter se, et processione unius ab altera, et identificatione cum essentia divina conspicue et diserte egit doctissimus episcopus Marsicensis Joseph Ciantes in suo libello *De sanctissima Trinitate contra Judæos*. Quibus rite intellectis (loquitur de decem illis Sephiroth), nihil video in ea doctrina aliquid contra sanam doctrinam, imo omnia consona esse Ecclesiæ catholicæ, et cum iis quæ docentur a theologis convenire. Verum tamen est, quod moderni Kabalistæ, ut mysteriis religionis Christianæ omni spiritu se opponant, totam œconomiam Sephirarum suis vanis commentationibus, et chimericis atque inanibus nominibus inficiunt, quæ ex certis sacræ Scripturæ locis, juxta artem, quam modernorum Hebræorum Kabalistæ tradunt, eliciuntur. » Verum quidquid sit de Rabbinicis hisce figuris, quas Sephiroth seu Sephiras, quod nomen numerationem seu personam significat, vocant, illud certum est, hujus vocis *Kabalæ*, ut observavit Joannes Morinus (49), triplicem esse apud inferioris ætatis Hebræos significationem : primo sumitur pro traditionibus, quas vocare solent legem oralem, quæ *Talmude* continetur (50) ; secundo pro rabbinorum et doctorum a

(44) Ad psal. LIII.

(45) Hebraice הקבלה, *Hakabalà*, Latine *traditio*.

(46) Burnet, *Archæolog. philosoph.*; auct. *Kabal. denua*. part. II.

(47) Vitring. *Obser. sac.* l. I, dissert. 2, *De Sephiroth Kabalist.*

(48) *Bibl. Rabbin.*, parte IV, pag. 232.

(49) *Exercit.* lib. II, exerc. 9, cap. 5.

(50) Rabbenù Hakkadosc, qui temporibus Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, et Commodi imperatorum inter suos maxime claruit, priscorum sapientum Judæorum, ut rabbini tradunt, schedulas omnes, quibus memoriæ juvandæ causa, תורת שבעל פה *Thorath Scebuàl Pe*, oralis lex scripta erat, diligenter collegit, et ex iis circa annos Domini 189 et 194 volumen composuit, quod ab ipso משנה *Miscnà*, hoc est *repetitio legis* inscriptum est. Alia autem opuscula, quæ a priscis rabbinis, post rabbinum Hakkadosc composita sunt, veniunt sub nomine *Miscnayoth*, et vocantur *Baraycthoth*, nempe extraneæ traditiones, quarum lectionem una cum *Miscnà* conjungunt Hebræi. Totum autem istud jus Judaicum, seu legis repetitio duabus partibus coalescit *Miscnà* et *Ghemarà*. Miscnà est purus et primarius textus, quo summatim et veluti per aphorismos hujusmodi lex repetita seu jus Judaicum exhibetur. גמרא *Ghemarà* vero, quæ ita dicta est tanquam legis oralis perfectio, absolutio et consummatio, est altera pars, qua *Miscnæ* variæ explicationes et variarum opinionum discussiones conti-

Moyse in hæc usque tempora successione; tertio Kabala dicitur doctrina quædam mystica ex variis nominum divinorum combinationibus et resolutionibus litterarum alphabeti vario situ, permutatione, decussatione, decem Sephiroth, sive Dei attributis varie inter se comparatis, aliisque ejusmodi næniis orta et eruta. Ita Morinus. Et quoniam Kabalæ nomen, ut dictum est, proprie significat legem seu doctrinam a majoribus ore traditam, distingui etiam ea solet in veterem ac recentiorem. Recentior quidem, quæ in priscis rabbinorum scholis ortum et principium habuit, nihil aliud est, ut aliqui putant, quam philosophia Pythagorica, quatenus Pythagoræ dogmata posteritati innotuere, sive Platonica de Deo et rebus spiritalibus ex Scriptura illustrata, et ænigmatice ac symbolice proposita; vel potius sanctarum Scripturarum theologia symbolis Platonicorum et Pythagoricorum ænigmatibus, et rabbinorum fabulis ac puerilibus tricis obscurata. Hæc Kabalistarum libris continetur, et ad eam illustrandam incubuerunt Joannes Carolus Saracenus, Picus Mirandulanus, Joannes Reuchlinus, Paulus Riccius et auctor anonymus librorum *Kabalæ denudatæ;* cui et alia Kabalæ species posteriorum rabbinorum propria adjungenda videtur, si non tempore æqualis, certe non multo illa inferior, de qua præter Morinum a me nuper laudatum, aliosque scriptores Bartoloccius pluribus in locis suæ *Bibliothecæ Rabbinicæ* meminit, eamque detestatur his verbis: « Auctores infamis illius artis quam kabalisticam appellant, et per quam profani homines, qui kabalistæ inter Judæos dici voluere, totam sacram Scripturam litterarum permutationibus, valoribus numericis pro elementis alphabetariis acceptis, dictionibus integris in numeros resolutis, et in alium omnino usum diversum, et quandoque contrarium, et diametrice oppositum ipsi sacræ Scripturæ, ausu prorsum temerario et omnino damnando, eamdem sacram paginam deturpare conati sunt. » Altera vero antiquior est, quæ ante Christum natum inter viros vera Scripturarum scientia instructos obtinuit (51), quæque versabatur in intelligendo mystico Scripturarum sensu, et longe sublimiori illo, qui ex litterali et naturali verborum intellectu legenti occurrit: et hanc quidem scientiam fuisse, aiunt, prophetarum et sanctorum Veteris Testamenti a Moyse, et a Deo ipso servis suis traditam, quæ non solum versabatur circa allegoricos et mysticos sacrarum Scripturarum sensus, sed etiam complectebatur dogmata præcipua fidei Judaicæ de veneranda in Deo Trinitate, de adventu Messiæ, atque humani generis redemptione, animarum immortalitate atque aliis hujusmodi, quæ difficile ex verbo divino non adhuc aperte tradito, intelligi poterant.

XXV. Profecto Christus Dominus et apostoli quibusdam Veteris Testamenti locis usi sunt ad confirmandam veritatem, qui, licet ex proprio litterali sensu ad probandum id quod intendebant, suam vim haberent atque auctoritatem, longe tamen majus eis pondus accedebat ex traditione prophetarum et sanctorum veterum, unde constabat illos ad Messiam respicere, atque in illis de Redemptore agi. Quæ quidem, traditione seclusa, minoris ponderis et levioris auctoritatis apud eos fuissent, et nunc hujusmodi esse forte quibusdam videri poterunt, qui non satis animum intendunt ad tempus, et locum, et personas, quibus illa prolata sunt. Profecto, quæ de mystico et allegorico Scripturarum sensu et doctrina apud Veteris Testamenti Patres per manus, ut ita dicam, tradita dicta sunt, fidem ac probationem accipere videntur ex verbis Hilarii (52): « Qui Moyses, ait, quamvis Veteris Testamenti verba in litteris condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria Septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat. Cujus doctrinæ etiam Dominus in Evangeliis meminit dicens: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi: omnia quæcunque dixerint vobis servate et facite, secundum vero facta eorum nolite facere.* Doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta in hoc seniorum officio et numero conservata est (53). »

pentur. Ex *Ghemarà* autem juncta *Miscnæ* תלמוד, *Talmud,* quæ vox *doctrinam* significat, constituitur. *Talmud* vero duplex est, alterum est Babylonicum, alterum vero Hierosolymitanum. Babylonici auctor fuit Raù Ascè, Babylonicus, et quia morte præventus opus perficere nequivit, postea absolutum est a Marimar, et a Mar filio Raù Ascè, circa annum Domini 500 aut 505; Hierosolymitanum vero, quod est commentarium super nonnullos, non autem super omnes *Miscnæ* libros, ex diversis rabbinorum sententiis collectum in terra Israelitica pro iis præsertim, qui eam regionem incolebant, circa annum Domini 368 scripsit Rabbi Jochanaù dialecto Hierosolymitana; et ideo Hierosolymitanum dictum est. De utroque *Talmud* plura videri poterunt apud Bartoloccium in sua *Bibliotheca Rabbinica,* ubi fuse et multifaria eruditione hisce de rebus pertractat.

(51) Rich. Sim. *Crit. Vet. Testam.,* et *in Litt. resp. ad animadvers. Claud. de Veil.;* Cunæus *De Republ. Hebr.,* lib. III, cap. 8.

(52) Com. *in Psal.* II, n. 2.

(53) Verum enim summopere cavendum est a recentiorum rabbinorum commentis, qui hujusmodi historia et traditione, quam nobis prodit Hilarius, abutuntur in suas nænias et fabulas confirmandas, et ad eas simplicioribus obtrudendas. Fabulantur enim rabbinici doctores, Deum in monte Sina præter legem scriptam alia plura oretenus Moysi tradidisse, quæ *Legis oralis* nomine complectuntur. Moysen autem Josue, Josue vero septuaginta senioribus, seniores prophetis, prophetas viris Synagogæ magnæ, quorum ultimum Simeonem, cognomento Justum, non tamen illum, qui puerum Jesum in ulnis suscepit, sed alium multo antiquiorem, tempore Alexandri Magni, Antigono Sochæo, et aliis subsequentibus viris synedrii magni, et sic deinceps usque ad Rabbenù Hakkadosc, qui ne omnino oblivioni traderentur, ac perirent, schedulas priscorum sapientum, ut ipsi affirmant, huc illuc dispersas

XXVI. At vero si rem totam præ oculis positam attentius intueamur, et quæ in Veteri Testamento scripta et quæ in Novo, et quæ a majoribus accepta nobisque tradita sint, diligentius consideremus, nemo erit, ut puto, qui facile animum suum inducat, ut credat, Moysen, prophetas, atque alios veteris legis magistros et sanctitate et scientia præstantes aliquam certam Scripturas allegorice interpretandi rationem seu doctrinam a Deo accepisse, quæ *Kabala* nominanda sit; sed potius generatim eis compertum fuisse in simplicioribus sacrarum Scripturarum verbis arcanos et sublimiores sensus reconditos esse, quos, quantum in se erat, rimati sunt atque investigaverunt. Illis autem non tam suo labore atque industria, quam summa omnipotentis Dei benignitate magis, minusque pro personarum conditione, Spiritu sancto edocente, qui spirat ubi vult, aliqua revelata fuisse, alia vero per manus quodammodo accepisse ex traditione majorum, qui similiter cœlestia mysteria velamine verborum occultata ex parte aliqua asseculi sunt. Cæterum intueri, sublato velamine, divina et superna mysteria, et dispulsis figurarum tenebris, arcanos Scripturarum sensus introspicere, ad id tempus servatum est, quo splendor Patris, lux mundi populis jacentibus in tenebris et umbra mortis exoriretur in terris. Huc autem spectare videntur verba Apostoli in Epistola ad Corinthios: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat* [11]; et paulo inferius: *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum (quoniam in Christo evacuatur), sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum... Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu* [12]. Ad illa autem Apostoli verba de velamine super cor Judæorum, cum legitur Moyses, ita commentatur Origenes refellens Celsum (54), qui, Judæorum sensus eosdem esse ac Christianorum in sanctis Scripturis interpretandis, temere affirmabat. « Dicemus, inquit, in confesso esse apud utrosque, libros divino Spiritu fuisse scriptos; de illorum autem librorum interpretatione nos cum Judæis dissentire. Quippe non ut Judæi vivimus, negamusque mentem legis contineri sensu, quem legum littera præ se fert. Quinimo affirmamus, cum legitur Moyses, velamen positum esse super cor eorum, eam ob causam, quia legis Mosaicæ mens occultatur iis, qui viam a Jesu Christo monstratam ingredi recusarunt. Scimus autem, quando se quis ad Dominum, qui Spiritus est, converterit, velamen auferri, eumque *retecta facie Domini gloriam, velut in speculo, intueri* in illis sensibus, quos littera legis abscondebat, et in suam ipsius gloriam gloriæ divinæ participem fieri. Nam id, quod hic per figuram vocatur *facies*, aperte loquenti est intellectus, in quo est interioris hominis facies, quæ, perspecto vero legum sensu, tota lumine et gloria resplendet. » Quamobrem juxta verba beati Apostoli spiritalis sacrarum Scripturarum intelligentia, et sublimioris illarum sensus perfecta prorsus atque absoluta cognitio revera solis apostolis, sanctisque Patribus, et Ecclesiæ Dei vivi, quæ est columna, et firmamentum veritatis [13], et ad quam ex apostolica traditione dimanavit, tribui debet. Nam ex iis quæ circa Christum Dominum contigerunt, magna lux sacræ Scripturæ, et præcipue propheticis oraculis allata est. Præterea Christus postquam in cœlum ascendit, Spiritum sanctum, quem promiserat apostolis, misit, qui doceret eos omnem veritatem; ideo docente Spiritu veritatis pervenire apostoli potuerunt ad allegoricum seu spiritalem sacrarum Scripturarum sensum percipiendum, et eo pertingere quo Patribus Veteris Testamenti et magnis prophetis penetrare non licuit.

XXVII. Apostolorum igitur exemplo excitatos, eorumque vestigiis et doctrinæ inhærentes vetustissimos orientalis Ecclesiæ Patres mystico Scripturarum, sensui aperiendo potissimum studuisse, fidem faciunt, ut superius dixi, præter Origenem et Clementem Alexandrinum epistola quæ Barnabæ ascribitur; Commentaria *in quatuor Evangelia* Theophili episcopi Antiocheni, vel alterius antiqui scriptoris, qui Evangelium mystica interpretatione explicat, tum etiam Hebraica nomina quæ in Novo Testamento continentur diligenter interpretatur, et allegoricum sensum pie ac solerter exponit; tum alia ejusdem Theophili aliorumque veterum Ecclesiæ Patrum opuscula quæ ad nos pervenerunt. Cur autem antiqui Orientis Patres in perscrutando mystico seu spiritali Scripturarum sensu adeo diligentes et assidui fuerint, duplici ex causa evenisse, quisque, ut reor, judicabit. Prima, quia hujusmodi interpretationem aptiorem existima-

[11] II Cor. III, 5, 6. [12] ibid. 13-18. [13] I Tim. III, 15.

collegit, librumque *Miscnà* confecit, a quo cum *Ghemarà* conjuncto *Talmud* componitur. *Talmud* autem Hebræi æque ac sacram Scripturam magni faciunt; imo etiam præferunt. Est autem liber plenus ridiculis et putidis fabulis, superstitionibus, blasphemiis et impietatibus refertus, ut merito pluries fuerit a Romanis pontificibus proscriptus, et igni damnatus, et longe antea ab imperatore Justiniano ejus lectio Hebræis interdicta videtur in novella 146, tit. *De Hebræis*, verbis illis: « Quæ vero Deuterosis, quasi secundaria eruditio ab ipsis dicitur, in universum interdicimus, ut qui sacris libris comprehensa non sit, neque desuper tradita per prophetas, sed excerpta quædam virorum contineat, qui terrena duntaxat loquantur, neque quidquam in se divini habeant Numinis, etc.

(54) Orig. *contra Cels.* lib. v, n. 60.

bant ad alendam fidelium pietatem et magis accommodatam Christianæ religioni, quæ adoratores exigit in spiritu et veritate; tum etiam quia omnino necessariam esse censebant rectam Scripturarum intelligentiam, cum quædam in Veteri Testamento occurrant, quæ nisi spiritalis interpretatio adhibeatur in absurdum sensum accipi possunt. Altera autem haud dubie ea est, quia per id tempus exorta erat hæresis Gnosticorum, qui catholicorum magistros et doctores, veluti rudes atque imperitos traducentes, specie quadam sublimioris scientiæ ad se alliciebant Christianos, et novis allegoricis interpretationibus adulterantes Scripturas, fabulas suas pro nova quadam reconditaque doctrina venditabant, et non secus ac Pharisæi in veteri lege errores suos ac deliramenta simplicioribus obtrudebant. Profecto Gnosticorum hæresis a Pharisæorum fermento, a quo ut caverent, apostolos monuit Christus Dominus, originem suam ducebat. Neque enim Gnosticorum pseudo-theologia aliud erat, ut etiam alii observarunt, quam philosophia Pythagorica, atque etiam Platonica, ut ab Hebræis kabalistis exposita et interpolata est, et pluribus additis, inversis, amputatis, non parum immutata. Nam Judæorum Kabala, de qua plura superius dixi, quemadmodum et primis Ecclesiæ sæculis a rabbinis tradebatur, atque etiamnum a nonnullis rabbinicarum traditionum magistris traditur (55), agit potissimum de rerum origine et ratione, ac modo generationis seu progressionis et fluxus rerum a primo *ente*, et de earumdem rerum gradibus descensuque a summis ad ima. Non autem dissimile fuit Gnosticæ pseudo-theologiæ argumentum, ut videre licet apud Irenæum et apud Epiphanium, aliosque veteres Ecclesiæ scriptores. Non tam Gnosticos quam veteres Kabalistas circa duos potissimum versatos fuisse (56), ex veterum scriptis, quæ ad nos pervenerunt, comperitur. Primum, ut fabulosis suis commentis exponerent, quo ordine, et qua serie res omnes a Deo sint, tanquam a prima causa, quæ necessario exsistit; secundum, ut ostenderent causam primam et originem mali. Quod de Gnosticis manifesto constat ex ejusdem sancti Irenæi libris *Adversus hæreses*, ubi refert impii Valentini errores. De Kabalistis vero ex eorum libris qui ad nos pervenerunt, et quibus explicandis non solum ipsi Judæi, sed etiam aliqui eruditi viri ex Christianis inanibus variæ scientiæ promissis decepti, ex ænigmaticis sensibus ac præstigiis illusi allaborarunt. Profecto primi Gnosticorum hæresis auctores Judæi fuerunt, ac proinde in kabalisticis fabulis et ænigmatibus versati. Itaque nil mirum est si Gnostici, suorum magistrorum ænigmatica doctrina imbuti, sacras Scripturas ænigmatibus atque ambagibus verborum, mysticis atque alienis sensibus interpretarentur, et Dei Verbum fabulosis suis commentis corrumperent. Quamobrem antiqui illi primorum sæculorum Patres, ut Gnosticorum impietatem et audaciam in adulterina ac perversa Verbi Dei interpretatione rudibus ac simplicibus obtrudenda coercerent, et pestiferæ eorum doctrinæ clanculum serpenti obviam irent, investigando potissimum sacrarum Scripturarum mystico sensui studium omne ac diligentiam adhibuerunt et summopere curarunt, quod pastoralis eorum muneris præcipuum erat, ut Scripturarum allegorico sensu juxta Ecclesiæ ab apostolis acceptam doctrinam, et prædecessorum regulas exposito, Gnosticorum commentis ac fabulis spiritalis interpretationis veritatem opponerent. Quæ cum ita sint, ut paucis concludam, neminem esse puto, qui non intelligat, explicationem Hebraicorum nominum et allegoricam Scripturarum interpretationem et patriæ atque instituto Athanasii, tum etiam ejus ætati ac doctrinæ admodum consentaneam esse, minimeque adversari.

XXVIII. Verum per eadem tempora, quibus claruit Athanasius, exorta impii Arii hæresi, necesse fuit accuratius litteralem Scripturarum sensum excutere atque explicare; quoniam Ariani contextum Scripturarum subdole interpungentes, vel vim verborum astute ac subtiliter exponentes, sacrarum Scripturarum auctoritate ad suæ impietatis confirmationem abutebantur. Itaque novis subinde enascentibus erroribus, et inter Christianos effervescente disputatione, cum alii pro veritate, alii contra starent, et utrique in humanis disciplinis, et dialectica facultate, et Scripturarum lectione apprime versati essent, accurateque proprium Scripturarum sensum ad grammaticæ leges expenderent atque exigerent, in causa fuit cur deinde, disputationis necessitate suadente, litteralis Scripturarum expositio usu recepta in Oriente sit, in qua inter catholicos doctores excelluit S. Joannes Chrysostomus. Nam, ut memoriæ traditum est (57), et Patrum scripta quæ ad nos transmissa sunt, ostendunt, in litterali sacrarum Scripturarum interpretatione maxime floruit schola Antiochena. Siquidem Eusebius Emisenus, qui magistros habuit Patrophilum Scythopolitanum et Eusebium Cæsariensem, Antiochiæ diu versatus est, ibique etiam, ut puto, docuit, familiariter usus Euphronio et Flacillo ejusdem urbis episcopis (58). Exemplo autem et institutione Eusebii historiam, hoc est sensum litteralem (ita enim intelligenda videntur verba Hieronymi, quæ inferius afferam), studiose prosecutus est Diodorus Tarsensis, magister S. Joannis Chrysostomi, Theodori Mopsuesteni, Maximi Seleuciensis, et Nestorii (59-60), quem tamen potius

(55) Burnet. *Archæolog. philos.* c. 7.
(56) Vitring. *Observ. sacr.*, dissert. II, lib. I, c. 2, in not.
(57) Socr. *Hist. eccl.* lib. II, c. 9.
(58) Sozom. *Hist. eccl.*, lib. III, c. 6; Socr. *Hist. eccl.*, lib VI, c. 3
(59-60) Sozom. *Hist. eccl.*, lib. VIII, c. 2; Socr. lib. VII, c. 29.

Theodorum, a quo etiam errorum suorum virus hausit, vel certe utrumque audivisse crediderim. Joannes quidem Chrysostomus a B. Hieronymo vocatur (61) « Eusebii Emiseni, Diodorique sectator. » Theodorum vero Mopsuestenum inauspicato magistrum habuit Theodoretus episcopus Cyri, qui et S. Joannem Chrysostomum audivit, ejusque eloquentiam imitatus est ; amborum autem meminisse videtur in præfatione suorum commentariorum *ad Epistolas Pauli*, ubi ait : « Sed fortasse me arrogantiæ et temeritatis accusabunt, quod post hunc et illum, qui totius orbis sunt lumina, audeam apostolicam interpretationem aggredi. Ἀλλ' αὐθαδείας με τυχὸν, καὶ θρασύτητος γράψονται, μετὰ τὸν δεῖνα τοὺς τῆς οἰκουμένης φωστῆρας, τῆς ἀποστολικῆς ἑρμηνείας κατατολμῶντα. Et Theodori quidem Mopsuestiæ episcopi, et magistri sui errores etiam scriptis adversus S. Cyrillum libellis infeliciter tutatus est, laudibusque immodicis in sua *Ecclesiastica historia* ornavit (62). De Diodoro autem Tarsensi hæc memoriæ tradidit Hieronymus (63) : « Exstant ejus in Apostolum commentarii, et multa alia ad Eusebii magis Emiseni characterem pertinentia : cujus cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit propter ignorantiam sæcularium litterarum. » Cum Hieronymo consentiunt Socrates (64), ac Sozomenus (65), quorum primus : « Diodorus, » inquit, « ad episcopatum Tarsi promotus multos conscripsit libros, simplicem duntaxat, atque obvium Scripturarum sensum inquirens, allegoricam vero earum interpretationem refugiens. » Διόδωρος δὲ ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων Γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. Alter vero non absimilia tradidit scribens : « Diodorum, qui et Tarsensis Ecclesiæ episcopus fuit, multos, audivi, libros posteris scriptos reliquisse, et sacra volumina ad litteram exposuisse, repudiatis allegoriis. Διόδωρον τὸν ἡγησάμενον τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας· ὃ ἐπυθόμην ἰδίων συγγραμμάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους· περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφεύγοντα. Quin etiam eumdem Diodorum refert Suidas (66) inter alios plures librum composuisse, cui hunc titulum fecit : Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας ; « Quæ differentia sit inter theoriam et allegoriam ? » Ludolpho Kustero, qui nitidissimam Suidæ editionem adornavit, aqua hæret, nec facile se expedit in assignando discrimine inter theoriam et allegoriam. In notis enim, quibus Suidæ opus illustravit, ad verba illa Suidæ talia scribit : « Θεωρία, theoria igitur quid significet, hinc patet. Ab ea differt allegoria, quod hæc in inferioribus subsistat, nec in tam sublimi argumento versetur quam theoria : quæ ratio est, quare Diodorus, ut Suidas hic testatur, de differentia theoriæ et allegoriæ scripserit. » Ego vero mendum puto esse in textu, et pro θεωρίας seu ἀλληγορίας legendum ἱστορίας, adeo ut titulus libri fuerit : Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἱστορίας, vel τίς διαφορὰ ἱστορίας καὶ ἀλληγορίας. « De differentia sensus allegorici, et litteralis. » Nam apud Græcos ecclesiasticos scriptores theoriæ nomine significari consuevisse sensum spiritalem et allegoricum manifestum fit tum ex allatis verbis Socratis et Sozomeni, aliorumque plurimorum scriptorum', tum ex multis locis hujusmet commentarii S. Athanasii. E diverso ἱστορίας seu historiæ nomine sensum litteralem et historicum Græcos scriptores nuncupasse, res notior est, quam ulla probatione indigeat, cum plura veterum auctorum loca ad id probandum omnibus in promptu sint (67). Sed redeo ad Hieronymum, ejusque verba de Eusebio Emiseno afferam. Sanctissimus igitur doctor in *Catalogo virorum illustrium* (68) de eodem Eusebio, quem Diodorus sibi sequendum imitandumque proposuit, hæc litteris mandavit : « Eusebius Emisenus episcopus elegantis et rhetorici ingenii, innumerabiles, et qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam secutus, ab his qui declamare volunt, studiosissime legitur. » Verum hac de re haud plura, cum ad rem propositam parum pertinere cuiquam videri possint. Ac vero a me hæc omnia hactenus eo consilio disputata sunt ut ostenderem, modum ac rationem sacras Scripturas in allegoricum exponendi sensum, non solum Athanasio æqualem, sed etiam ejus ætate antiquiorem fuisse. Præterea, ut manifestum facerem quibus auctoribus et quo tempore utraque sacros libros explicandi ratio tum allegorica seu mystica, tum historica seu litteralis cœperit ac floruerit. Nam id magnopere intererat, ut nostrum Commentarium jure merito sancto Athanasio, cujus nomen præfert, vindicaremus.

XXIX. Profecto inter cætera sacrarum Scripturarum volumina potissimum Psalmorum libro allegoricum convenire sensum testimonio veterum Patrum, qui in eo aperiendo operam suam collocarunt allatis Hilarii et Augustini verbis, a nobis supra ostensum est, et latius si opus esset, facile demonstrari posset ; sed inane ac superfluum est in re minime dubia testibus uti non necessariis. Clavis autem apo-

(61) In *Catal. vir. illust.*; Niceph. lib. IV, c. 54.
(62) Theod. *Hist. eccl.* lib. V, c. 40.
(63) Hieron. *Catal. vir. illustr.* c. 119.
(64) Lib. VI *Hist. eccl.*, c. 3.
(65) Lib. VIII, c. 2.
(66) In voce Διόδωρος.
(67) Vide Lexicon Suiceri in verbis Θεωρία, Ἱστορία, Ἀναγωγή, Διάνοια.
(68) C. 91.

riendi mysticos sacrorum canticorum sensus, et janua penetrandi arcana Davidicorum psalmorum adyta, est titulus cujusque psalmi, teste veteri scriptore, cujus commentarii *in Psalmos* sub nomine Hieronymi editi sunt : « Quid est titulus, inquit, nisi clavis? Ut ita dixerim, in domum non ingreditur, nisi per clavem : ita et uniuscujusque psalmi intellectus, per clavem, hoc est per titulum intelligitur, in cujus persona cantatur, aut in persona Christi, aut in persona Ecclesiæ, aut in persona Prophetæ. » Et S. Augustini titulum psalmi præconem totius psalmi vocat in expositione psalmi CXXXIV, et idem Augustinus de titulo psalmi LIII, quem in allegoricum sensum de Christo exponit : « Inde enim, inquit, pendet omnis versus qui cantatur. Si quis itaque agnoscat, quod in domus fronte præfixum est, securus intrabit, nec cum intraverit, errabit ; hoc enim in ipso poste prænotatum est, quomodo interius non erretur : » Et rursus in commentario *ad psalmum* LXIV, cujus titulum in allegoricum sensum sanctissimus Doctor interpretatur : « Agnoscenda est, ait, vox sanctæ prophetiæ ex ipso titulo psalmi. » Titulos autem inscriptos fuisse potius ad intelligendum percipiendumque psalmorum sensum allegoricum et spiritalem, quam litteralem et historicum, ideoque ad eum potissimum respicere et ad illum pertinere, testimonio sunt quæ scribit idem Augustinus in locis nuper a me laudatis, tum etiam in expositione psalmi LIX, ubi monet qua mente et consilio, Spiritu sancto dictante, tituli psalmis inscripti sint : « Verumtamen sicut solet prophèticus spiritus in psalmorum titulis recedere aliquantulum ab expressione rerum gestarum, et aliquid dicere quod in historia non invenitur, et hinc potius admonere non propter cognoscendas res gestas esse hujusmodi titulos inscriptos, sed propter futura præfiguranda, » etc. Augustino in hac eadem sententia de titulis psalmorum præivit S. Hilarius, qui ad psalmum LXIII : « Psalmi, ait, superscriptio historiam non continet, simplex est, et prophetali spiritu editus... cum enim illi ipsi psalmi, qui secundum titulorum inscriptiones res gestas continere creduntur, in plurimis a tituli sui et rerum, ac personarum proprietate dissentiant, magisque per editiones nominum, atque gestorum, spiritualium operationum significent effectus. » His autem addi debet Cassiodorus, qui in Præfatione *ad Psalmos* sententiam magni Augustini more suo secutus, hæc habet : « Quasdam superscriptiones psalmorum per allusionem consimilem constat spiritualiter intuendas : quia si litteram consideras, extraneum est, cum non ea invenias in psalmis quæ continentur in titulis ; si vero trahantur ad tropicum intellectum, nimis videntur accommode. » Quare paraphrasis nostra, in qua psalmorum cujusque titulus in allegoricum sensum exponitur, ac deinde totus psalmus in eumdem sensum allegoricum seu mysticum de Christo, et Ecclesia, ejusque membris mira brevitate explicatur, sanctissimo episcopo Athanasio, cujus nomen inscriptum præfert, non solum digna reputanda est, sed etiam multo in pretio atque existimatione ab omnibus habenda videtur, cum veterum Ecclesiæ Patrum menti ac sententiæ in recte exponendis intelligendisque psalmis maxime conveniens sit, et consentanea.

XXX. Cæterum inter alia argumenta quæ ad vetustatem nostræ translationis seu interpretationis comprobandam afferri possunt, illud non minimi ponderis est, quod interpretatio versiculis respondet, in quos membratim distincti per cola et commata psalmi antiquitus scribi solebant, non autem per versus longiores, ut in recentioribus codicibus reperiuntur, et in editis libris, quibus Ecclesia et omnes vulgo nunc utuntur, retinentur. Profecto de divisione librorum sacræ Scripturæ per versiculos, seu στιχηροῦς, nos docet Hesychius Hierosolymitanus, qui, ut quidam putant, sæculo sexto vixit, id inventum, atque institutum fuisse a sanctis Patribus majoris perspicuitatis gratia, ut legens periodum per sua membra distinctam facilius orationis intellectum assequeretur (69). Imo vero jam ante Christi Domini adventum comperitur, usu receptum fuisse apud Hebræos, ut Psalmorum aliique sacræ Scripturæ libri versiculis distincti scriberentur; et fortasse inde mos iste ad Christianos devenit. Veterem versuum distinctionem secutus est Origenes in suis *Hexaplis*, quem imitatus est Hieronymus (70), qui Psalterium aliosque sacræ Scripturæ libros per versus breviores disposuit, providens, ut ipse inquit, utilitati legentium ; nam per cola scripti, et commata manifestiorem legentibus sensum tribuunt. Antiquiores utique codices Græci mille et plus annos ante scripti versuum distinctionem retinent ; et non solum Græca, sed etiam vetustiora Latina exemplaria hujusmodi descriptionem per cola et commata habent. Et quidem Psalterium ex antiquo codice Vaticano versiculis brevioribus distinctum ad publicam utilitatem et fidelium pietatis incrementum in lucem edidit ven. mem. cardinalis Thomasius, qui etiam ex divo Augustino in Enarratione secunda in psalmum XXI observat, eamdem versuum distinctionem adhibitam fuisse in Ecclesia, dum cantor ex ambone psalmum particulatim præcinebat; quod autem ipse pronuntiabat, reddebatur a Dei plebe. Verba Augustini talia sunt : « Putas ibi ponunt aures, quando

(69) Ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς θεοφόροις τὸ σπούδασμα, στιχηδὸν ὡς τὰ πολλά, πρὸς τὴν μελετωμένων σαφήνειαν τῆς προφητείας ἐκτίθεσθαι. HESYCH. in lib. Στιχηρόν XII *Prophetarum*, tom. VIII *Crit. sac.*, pag. 26.

(70) Præf. *in Ezechiel.*

lector ipsorum dicit : *Commemorabuntur, et convertentur ab Dominum universi fines terræ?* Eia forte unus versus est : aliunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit : attende, quia repetit, et surdos pulsat : *Et adorabunt in conspectu ejus universæ patriæ gentium.* Adhuc surdus est, non audit ; pulsetur iterum : *Quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.* Tres istos versus tenete, fratres, etc. » Quibus clarissimus cardinalis hæc subjicit : « Ex quo loco apparet in cantu psalmi responsorii olim tum in Oriente, tum in Occidente usitatiore, in quo lector præcinebat versus, et populus eosdem ipsos respondendo repetebat, usurpatam fuisse antiquam illam versuum distinctionem, qui breviores erant ; non alteram sequentis ævi versuum paulo prolixiorum... Nam præterquam quod id postulabat ratio ejusmodi institutionis, nempe ut rudis populus psalmos caneret, quos nec de libro legeret, nec memoria teneret ; unde et necesse erat verba ei pauca præberi repetenda, ut membratim cæsimque totum psalmum percurreret. » Sed de hujusmodi divisione per στίχους pluribus erudite disserunt idem cardinalis Thomasius, et Henricus Valesius et Pater Martiane (71), aliique, quos consulere poterit, qui hac de re plura scire desiderat. Quod enim pertinet ad rem, de qua agitur, illud est, quod præter antiquissimum Vaticanum codicem, quo laudatus cardinalis Thomasius usus est, etiam codex Alexandrinus eodem modo habet Psalterium versiculis distinctum. Codex autem Alexandrinus scriptus est, ut fertur (72), manu Theclæ nobilis feminæ Ægyptiæ paulo post concilium Nicænum, ætate scilicet Athanasii, quem Alexandria, unde Alexandrinus dictus, secum Constantinopolim detulit Cyrillus Lucary, primum in illa, post in hac urbe Græcorum schismaticorum patriarcha, a quo deinde Carolo I Anglorum regi dono missus est. Quare cum translatio nostra versuum distinctioni codicis Alexandrini apprime respondeat, et vetustatem, et auctorem esse Athanasium, cujus nomen præfert, etiam ex hac parte quodammodo demonstrat. Non autem parvi laboris fuit, cum id animadvertissem, ita disponere sanctissimi episcopi translationem, ut singulis psalmorum versiculis subjecta ejusdem Athanasii interpretatio responderet. Erat enim confuse scripta, sæpe commistis Psalmorum cum ipsius expositionis verbis, et ita disposita, ut potius cum recentiori longiorum versuum distinctione, quæ nunc in usu apud omnes Ecclesias est, conveniret. Plura præterea aderant, ut jam a principio monui, menda et errata ; sed de textu quidem nihil immutare ausus sum ; meas vero conjecturas, notulas et emendationes in margine, apposito asterisco seu litterula, ascripsi.

XXXI. Ut vero rem mihi propositam prosequar, hanc interpretationem aut Græcum Psalmorum commentarium, quem in lucem damus, recentioris usus aut temporis haud quisquam fuisse autumet, quia in eo legitur inscriptiones seu titulos psalmorum rubro colore seu cinnabari scriptos fuisse. Siquidem morem adhibendi purpureum colorem minio vel cinnabari confectum in scribendis librorum, seu capitum, aut lectionum titulis longe ante Athanasii ætatem receptum fuisse tum apud Latinos, tum apud Græcos, et probant vetustissimi codices, et pluribus ostendunt duo eruditissimi viri ejusdem Benedictinæ congregationis Mabillonius et Montfauconus (73). Et quidem in ipso Alexandrino codice titulos psalmorum rubro colore inscriptos esse testatur Joannes Ernestus Grabe his verbis : « Sequitur inde ipsum Psalterium, in quo cujuslibet psalmi inscriptio, aut ubi nulla datur, veluti psalmi primi, prima linea minio scripta est, nec non vox διάψαλμα, quandocunque occurrit, id, quod etiam de titulis odarum, et orationum psalmis subnexarum dicendum est. » Encausto autem, quod genus atramenti erat purpurei coloris ex cocti muricis, vel triti conchylii cruore confectum, ut nemini præter imperatorem uti liceret, illudque habere, aut quærere, lege cautum est a Leone imperatore in constitutione Hilariano magistro officiorum, et patricio inscripta (74). Exstant etiamnum in archivo castri Sancti Angeli professiones fidei Græcorum imperatorum Græce tantum, vel Græce et Latine in charta pergamena scriptæ, eorumque manu encausto subscriptæ, quas ad Romanam sedem, tanquam ad caput totius catholicæ Ecclesiæ miserunt : sed eo revertor, unde digressus sum.

XXXII. Neminem ad temere abjudicandam magno Athanasio nostram metaphrasim, seu translationem ex eo commoveri velim, quod in ea non leguntur quæ ex S. Athanasio laudat S. Germanus patriarcha Hierosolymitanus in epistola ad Thomam in hunc modum (75) : « Beatus Athanasius illud psalmi dictum interpretans : *Qui sedes super cherubim, appare*, talem de illis tradidit intelligentiam. Et certe illorum cherubim principalia ἀρχέτυπα ignota sunt omnimodis natura hominibus : spiritus enim et ignis exsistunt, et ab omni corporali formatione atque natura extranea. » Si autem hæc Germani verba considerentur, evidens est, eum minime affirmare, quæ ex S. Athanasio laudat, ab eo in commentario *super*

(71) Card. Thomas. in præf. ad Psal. vers. dist. ; Mart. Proleg. IV, *in Bibl.* S. Hier. ; Vales. in not. ad Euseb. *Hist. eccl.*, lib. VI, c. 16.
(72) Joann. Ern. Grab. *Prol. ad Vet. Test.* LXX Interpr. ex *Cod. Alex.* c. 1, § 1.
(73) Mabill. *De re dipl.*, lib. I, c. 10, n. 3 ; Montfauc. *Palæograph.* lib. I, c. 1.
(74) Leg. *Sacri affatus*, Cod. *De divers. rescript.*
(75) *Act.* IV Conc. Nic. II, tom. IV *Concil. Hard.*, pag. 258.

Psalmos scripta fuisse. Itaque fieri potest, ut verba illa Davidica : *Qui sedes super cherubim* [14] : in alio Opere, quod B. archiepiscopus scripserat, explanaverit, et quod illud ad nostram ætatem minime pervenerit; plura enim præter ea quæ typis impressa sunt, S. Athanasium scripsisse, tum ex veteribus scriptoribus, tum ex antiquis Græcis codicibus manifestum est, et potissimum ex vetustissima catena Græcorum Patrum, quam fere totam mea manu descripsi ex alio antiquiori codice annis ab hinc octingentis scripta, ubi fragmenta afferuntur ex aliis sanctissimi episcopi operibus, præter ea quæ a Patre Montfaucono, Guillelmo Caveo, Lambecio, Fabricio, Oudino aliisque memorantur. Adrianus etiam papa hoc nomine primus in epistola ad Carolum Magnum auctoritatem affert ex commentario S. Athanasii *super Psalmos* his verbis : « Item S. Athanasii de interpretatione psalmorum inter cætera : Civitas enim Domini, quæ sursum Jerusalem [15] : imago autem eorum terrestris. Quod enim dicit, tale est : Quoniam terrestris, inquit, induti sunt imaginem, et non cœlestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore : *Nescio vos* [16] : utpote non indutos eadem Domini imagine. » Adriano additur *Chronicon Alexandrinum*, cujus verba, tum etiam Adriani non leguntur in nostra translatione, sed in commentario *super Psalmos* inveniuntur, quod editum est inter alia opera a P. Montfaucono ejusque sociis. Sed haud difficile est respondere præter translationem seu μετάφρασιν quam edimus, S. Athanasium etiam illum commentarium, si ita aliquibus placet, composuisse; vel certe, quod ille esset Athanasii, cum ipsius nomen præferret inscriptione deceptum Adrianum papam, ut P. Montfaucono aliisque ejus sociis contigisse videtur, crediderit. Quod sane, ut mihi persuadeam, eo magis inducor quia in eadem epistola alia sunt quæ eorum sanctorum esse, quorum nominibus ascribuntur, nemo certo asserere ac præstare voluerit. Quæ vero in *Chronico Alexandrino* habentur, ut etiam de illo aliquid dicam, integra non exstant in commentario Patrum Benedictinorum, et insuper *Chronicon* illud plura apocrypha et supposititia continet. Demum animadvertendum est, quæ referuntur veluti ex S. Athanasio a S. Germano, et ab Adriano hujusmodi sunt, ut translationi seu μετάφρασι, parum apta esse videantur, sed commentario potius et fusiori Psalmorum expositioni magis conveniant, ac proinde validum inde argumentum sumi nequit ad quæstionem movendam de auctore nostræ translationis, si in ea non reperiantur quæ translationi minime congruunt; imo potius ab hujusmodi brevibus et compendiosis expositionibus aliena videntur, ideo vel Athanasii non sunt, sed per errorem ei ascripta, vel in commentariis fusiori stylo scriptis, qui temporum forte injuria, ut plura alia deperierunt, quærenda sunt. Quæ quidem recte mea sententia dici possunt de omnibus aliis quæ sub nomine Athanasii leguntur in catenis Patrum editis a Balthazarre Corderio aliisque. Præterea pro commentario nostro seu interpretatione tuenda certe illud silentio prætermittendum non est, quod iis, quæ a S. Germano tanquam ex Athanasii scriptis allegantur, admodum consentanea sunt quæ leguntur in nostra metaphrasi ad psalmum CIII, ubi ad verba illa [17] : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam*, hæc subjicitur interpretatio : « Manifestum quidem est, quod sancti ejus (nempe angeli) spiritus sunt, et virtutes ministrantes ei sunt ignis. » Levis etiam momenti sunt, et nullius fere ponderis, quæ in *Monito*, quod præmittitur commentario Athanasii nomine inscripto, ab iisdem Patribus Benedictinis tanquam ex Theodoreto afferuntur. Primum quia non sunt Theodoreti, ut ipsi innuunt, sed alicujus amanuensis ignoti nominis, et incertæ ætatis, ac proinde nullius auctoritatis : deinde, quia illa omnia , quæ de aliis dicta sunt, de hujus scriptoris fragmento seu testimonio dici possunt : demum ut generatim ac breviter respondeam, et paucis ostendam quam infirmum sit argumentum quod inde a clarissimis Patribus Benedictinis ducitur, ut commentarium de quo agitur S. Athanasio ascribatur, ex eo quod unus vel alter locus veterum scriptorum qui Athanasii scripta laudarunt, in eo inveniatur; exemplo utar commentariorum *in Psalmos*, qui Hieronymi nomen inscriptum habent, in quibus etsi ea quæ S. Augustinus et S. Gregorius VII et ipse Hieronymus ex suis commentariis *in Psalterium* allegat, inveniantur; tamen nunc omnes fere eruditi unanimi consensu conveniunt, non esse illos B. Hieronymo ascribendos, sed alteri scriptori, qui aliquanto post sancti doctoris ætatem scripsit.

XXXIII. At vero alius quispiam fortasse erit qui ad denegandam magno Athanasio nostram metaphrasim, inde sibi non levem conjecturam et argumentum suppetere putabit, quod auctor ejusdem translationis beatam Virginem Θεοτόκον, hoc est, *Deiparam*, nuncupat, cum Joannes Meursius in suo *Glossario* affirmet, « inditum esse hoc nomen Matri Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi a synodo V Constantinopolitana tempore Justiniani. » Enimvero si quis ita sibi persuaderet, longe a veritate aberraret. Quippe multo ante Athanasii ætatem ea voce usos esse veteres Patres, indubitatum est. Quare Socrates (76)

[14] Psal. LXXIX, 2. [15] Galat. IV, 26. [16] Matth. XXV, 12. [17] Vers. 4.

(76) *Hist. eccl.* lib. VII, c. 32.

inscitiæ arguit Nestorium, qui hanc vocem Θεοτόκον tanquam novam rejiciebat, quoniam eadem usum fuisse affirmat Origenem et Eusebium Cæsariensem. Profecto eadem vox legitur in Epistola Dionysii Alexandrini, quam *adversus Paulum Samosatenum* scripsit, et in epistola quam *adversus Arii hæresim* Alexander Alexandriæ episcopus, et Athanasii in Alexandrina sede prædecessor ad episcopum Constantinopolitanum, cognominem suum, aliosque episcopos adversus Arium ejusque errores misit; quæ utique, quantum ego censeo, scripta est ab ipso Athanasio, quo defensore, et, ut ita dicam, catholici dogmatis advocato et patrono in Nicæna synodo ipse Alexander usus est; cum enim archidiaconi munus in Ecclesia Alexandrina obtineret, verisimile est etiam scribendarum epistolarum curam ei, qui, teste Ruffino (77), Alexandri episcopi consiliis aderat, demandatam fuisse. Profecto epistolam illam auctorem habere Athanasium, eam attente consideranti, et cum aliis Athanasii operibus conferenti facile persuadebitur. Sed demum hac de re nulla in cujuspiam animo dubitatio insidere potest, si edita S. episcopi opera inspexerit; pluribus enim in locis Mariam Virginem Θεοτόκον nuncupat beatissimus Athanasius; ita in oratione tertia et quarta contra Arianos, in libro *De Incarnatione*, et in libro *contra Apollinarium*.

XXXIV. Si quis vero mihi negotium facessere velit, persuadens sibi commentarium, seu interpretationem, quade agitur, sequiori ætate scriptam fuisse ex iis quæ adnotata occurrunt in argumentum psalmi VI, et alibi in hunc modum: « Titulus præpositus continet : *In finem in hymnis pro octava Psalmus David.* Hoc autem significat: In sæculorum consummatione sancti rogabunt, ut liberentur a judicio, et digni fiant æternæ mercedis retributione: sexto enim sæculo consummatur mundus: septimo autem orbem terræ judicat Dominus: octavo vero hi abeunt in vitam æternam, et hi in supplicium æternum. Propterea dictus est psalmus: *In finem in hymnis pro octava*, eo quod liberentur sancti in octava; » id a me responsum ferat, tantum abesse, ut hinc aliquid contra ea quæ de auctore commentarii disserui, colligi possit, quin potius ejusdem antiquitas astruatur. Neque enim veteres Patres alia ratione locuti sunt de Sabbato, et de Octava, et de psalmis qui *Pro octava* inscribuntur. Ita quidem S. Barnabas in sua Epistola catholica, § 15, ubi loquitur de Sabbato ejusque sanctificatione; et in notis ad verba ejusdem Epistolæ Cotelerius affert ex codice manuscripto fragmentum Græcum S. Irenæi, cujus verba, cum admodum similia sint iis quæ in nostro commentario leguntur, non alienum erit a re nostra Latine reddita hoc loco afferre. In eo quidem, allatis Scripturæ verbis ex capite secundo Genesis, hæc subduntur: « Hoc autem est et antefactorum narratio et futurorum prophetia. Est enim dies Domini quasi mille anni. In sex igitur diebus consummata sunt quæ facta sunt. Manifestum ergo est quoniam consummatio ipsorum sextus millesimus annus est. Et septima die orbem judicat: et octava, quæ est futurum sæculum, alios quidem tradit in pœnam æternam, alios in vitam. Propter hoc dicti sunt psalmi *Pro octava.* Eadem leguntur in antiqua interpretatione Latina libri quinti *adversus hæreses* ejusdem Irænei (78): in eamdem sententiam verba facit Origenes in libro *contra Celsum* (79); Hippolytus apud Photium (80); auctor *Quæstionum et responsionum* inter opera Justini Martyris (81), et Lactantius libro septimo *Institutionum* (82); quibus addendi sunt ex Latinis S. Hieronymus in epistola ad Cyprianum; S. Augustinus *De civitate Dei* (83), et in *expositione Psalmi sexti;* Cassiodorus in libro *Variarum* (84): ex Græcis autem S. Gregorius Nazianzenus in oratione *in sanctum Pentecosten*, quæ est quadragesima quarta inter editas; Eusebius Cæsariensis in commentario *in psalmum* VI; auctor *expositionis in Psalmos* a Patribus Benedictinis S. Athanasio ascriptæ in argumento psalmi sexti; S. Joannes Damascenus in homilia *De transfiguratione Domini*, et *De fide orthodoxa* (85); aliique scriptores tum Græci, tum Latini. Horum autem verbis omissis, ne longior sim quam oportet, solum hoc loco afferam quæ eadem de re scribit S. Jacobus Nisibenus episcopus, qui ætate major quidem Athanasio fuit, sed cum eo, dum adhuc Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus esset, in Nicæna synodo interfuit. Ejus opera, digna quidem quæ in lucem prodeant, non adhuc typis impressa sunt, et a pluribus clarissimis scriptoribus tanquam perdita deplorantur; sed apud me, et alibi fortasse manuscripta exsistunt lingua Armena. Operum autem S. Jacobi ex antiquis scriptoribus, ut id obiter admoneam, meminit Gennadius, qui ideo putat in *Catalogo ecclesiasticorum scriptorum* de illis B. Hieronymum mentionem non fecisse, quia nondum e Syro sermone in aliam linguam versa fuerant. Verba autem Gennadii talia sunt: « Hunc virum B. Hieronymus in libro Χρονικῶν, velut magnarum virtutum hominem nominans, in *Catalogo scriptorum* cur non posuerit, facile excusabitur: si consideremus ipsos tres, vel quatuor Syros, quos

(77) *Hist. eccl.* lib. I, c. 5.
(78) Lib. V, cap. 28, 29.
(79) Lib. II.
(80) *Biblioth.* cod. CCXCII.
(81) Resp. 71.
(82) Cap. 14.
(83) Lib. XX, c. 13; et XXII, c. 30.
(84) Lib. I, ep. 10.
(85) Lib. IV, cap. 23.

posuit, interpretatos in Græcum se legisse, testatum; unde constat eum ignorasse illo tempore Syram linguam vel litteras. Et ideo hunc, qui necdum in aliam versus est linguam, nescisse scriptorem. » Ita Gennadius. At vero quo tempore Hieronymus librum *De ecclesiasticis scriptoribus* composuit, optime jam callebat linguam Syriacam. Siquidem eum librum absolvit, ut ipse testatur, anno decimo quarto imperij Theodosii (86), hoc est anno Domini 392 in Bethlehemitico secessu, cum jam esset provectus ætate, annum agens sexagesimum circiter. Itaque tum vel linguam Syrorum didicerat, vel nunquam, quod certe falsum est, didicit. Ad hæc accedit, quod plures annos antequam opus *De ecclesiasticis scriptoribus* absolveret, cum Hebraicæ linguæ notitiam adeptus esset, Chaldæorum quoque ediscendæ operam sedulo dedit. Lingua autem Chaldaica et Syriaca, veluti ejusdem linguæ diversæ dialecti, adeo inter se affines sunt, ut si characterum diversitatem, seu litterarum formam et figuram, quibus in scribendo Chaldæi et Syri utuntur, et nonnullas vocum terminationes, et pauca quædam alia parvi momenti excipias, eædem pene sint, adeo ut qui alteram ex his novit, facile utramque intelligat. Insuper posito etiam quod linguam Syriacam Hieronymus ignoraret, tamen id minime impedimento esse poterat, quominus de operibus S. Jacobi Nisibeni aliquid litteris traderet, quemadmodum de S. Ephrem, ejusque libris Syriace scriptis in laudato *Catalogo illustrium virorum* mentionem fecit in hunc modum. « Multa, inquit, Syro sermone composuit. » Neque enim cum inter Syros degeret, opera S. Jacobi Nisibeni, si lingua Syrorum scripta fuissent, ac proinde ob auctoris celebritatem omnibus vulgo nota essent, ignorare eum potuisse, verisimile est. At vero non solum Hieronymi ætate, sed etiam postea temporis apud Syros et Syriacarum rerum scriptores nulla mentio est de S. Jacobi Nisibeni operibus, quippe quæ ab ipso non Syriaca, sed Armena lingua, qua utebatur S. Gregorius Illuminator, a quo rogatus ea composuit, scripta fuerunt. Itaque vel mendum irrepsit in textum Gennadii, et pro *Syro sermone* legendum est *Armeno*, vel potius, ut reor, et probabilius etiam videtur, memoria lapsus est Gennadius scribens Syriaca lingua, non autem Armena opera S. Jacobi scripta fuisse, aut conjecturam faciens ex patria Jacobi, quæ Syrorum urbs erat, qua lingua scripta fuissent opera, quorum, ut verisimile est, in Massiliensi monasterio vel solam versionem Latinam, vel aliqua excerpta, vel catalogum seu indiculum duntaxat habebat. Locus autem S. Jacobi Nisibeni, qui ad rem, quade agitur, pertinet, in sermone secundo *De dilectione*, ubi verba facit de postrema Jerusalem eversione et captivitate, talis est: « Non videantur tibi difficilia, charissime, quæ scripsi, quod in dimidio diei suæ dimisit Deus Jerusalem, quia ita scribit David in psalmo octogesimo nono: *Mille anni ante oculos Domini tanquam dies hesterna, quæ præteriit* [18]; quam sententiam explicantes doctores nostri sapientes dicunt, quod in similitudine septem dierum positus est hic mundus a Deo, et in consummatione sex mille annorum solvetur mundus hic, et erit Sabbatum Dei in similitudinem dierum Sabbati, quod est post sex dies. » Imo vero hujusmodi persuasio de duratione mundi et Sabbatismo, laudatis supra a me Patribus antiquior est, eamque ex veteri Hebræorum traditione originem sumpsisse crediderim. Siquidem ex iis quæ cap. XXV Levitici præcipiuntur de sabbatizando Sabbato, colligunt veteres rabbini mundum duntaxat per sex millia annorum duraturum, et quod septimus millenarius futurus sit Sabbatum Domini. Mille autem annos numerant pro uno die, quia in psalmo dictum est: *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit.* Et quidem in Sanhedrin ita scriptum habetur: « Sex millibus annorum durabit mundus, et uno millenario desolatus erit. Duobus millibus durabit devastatio ejus (id est inculta hominum vita), et duobus millibus lex, atque duobus millibus dies Messiæ. » Unde duo inferuntur, ut id obiter moneam, contra ipsos Hebræos: nempe jam pridem Messiam venisse, et legem Mosaicam duraturam non fuisse, nisi usque ad adventum ipsius Messiæ. Sed relictis rabbinicis traditionibus reditum faciamus ad Athanasium.

XXXV. Præter hactenus a me allata, archiepiscopo Alexandrino *Expositionem Psalmorum*, quam nunc primum in publicum edimus, alia quoque non parvi momenti vindicant. Ac primum vetustatem scriptoris commentarii, ejusque natale solum, vel domicilium Alexandriæ fuisse, aut certe non procul ab ea urbe manifesto, ut mihi videtur, indicant, quæ in expositione ad psalmum CXXV leguntur: ibi enim loquitur de Rhinocurura, seu Rhinocolura (87) tanquam de urbe quæ propius aberat e loco unde ipse scribebat. Erat autem Rhinocolura urbs in finibus Ægypti posita, hoc nomine nuncupata, ut inquit Strabo: « ab iis qui nares truncati eo fuere translati: nam Æthiopum quidam Ægyptum invadens non nece, sed nasi mutila-

[18] Psal. LXXXIX, 4.

(86) Marcell. in *Chronico*

(87) Ῥινοκόλουρα, Rhinocolura dicitur a Strabone in *Geograph.* lib. XVI, et alibi, et a Plinio lib. V, c. 13, a Ptolomæo in *Geograph.* Ῥινοκούρουρα. Rhinocurura autem ab Eusebio et Hieronymo in lib. *De situ et nomine locorum Hebraic.*, et ab eodem Hieron. *in cap.* XX *Ezech.*, tum quoque a Sozomeno, lib. VI *Hist. eccl.* cap. 21, qui etiam refert plures ibi ascetas, seu monasticæ professionis viros floruisse et clerum Ecclesiæ Rhinocerurensis communem domum et mensam, et reliqua omnia communia habuisse. Torrenti autem, qui Rhinoculuram alluebat, nomen fuisse videtur *Torrens Besor* (*I Reg.* XXX, 10), sive *Torrens deserti.* (*Amos* VI, 14.)

tione maleficia coercens eos ibi collocavit, ut propter oris deformitatem redire domum non auderent. » Saracenos autem (quos Arabas scenitas fuisse, vel ex hoc commentarii loco probari potest) in tabernaculis seu tentoriis, vel sub pellibus adhuc habitantes, et nondum urbibus potitos, sed latronum instar in proxima Ægypti loca et urbes suetos excurrere, prædasque inde avertere, non dissimiles eorum de quibus poeta cecinit:

. . . . *semperque recentes*
Convectare juvat prædas et vivere rapto (88):

Tales eos nobis exhibet auctor commentarii, quales ætate sua fuisse repræsentat Ammianus Marcellinus (89), qui: « Saraceni tamen nec amici, ait, nobis unquam, nec hostes optandi, ultro citroque discursantes, quidquid invenire poterant, momento temporis parvi vastabant, milviorum rapacium similes, qui si prædam despexerint celsius, volatu rapiunt celeri, aut nisi impetraverint, non immorantur. » Quispiam autem Saracenorum nomen audiens, nolim eum in suspicionem adduci, ut existimet, commentarium scriptum fuisse posteriori tempore, quo Saracenorum nomen cum eorum imperio late propagatum est, quod utique, regnante Heraclio imperatore, et post ejus obitum volvente sæculo septimo contigit. Siquidem Saracenorum mentio occurrit et apud Ammianum Marcellinum, quem supra laudavi, et apud Ælium Spartianum in *Pescennio Nigro*, et apud Flavium Vopiscum in *Aureliano*, et apud Procopium *De bello Persico* (90): Saracenorum meminerunt etiam Julianus in epistola ad S. Basilium, S. Augustinus quæstione vicesima *in Numeros*, Socrates (91) et Sozomenus (92) in *Historia ecclesiastica*, aliique scriptores, adeo ut nulla inde oriri possit dubitatio.

XXXVI. His autem ad commentarium nostrum magno Athanasio asserendum addantur illa quæ scripta leguntur in expositione psalmi CXXXIII, ubi auctor notos suos ac populares alloquens: « Non ignoratis, inquit, dilecti, quod cum nox ad summum deficit, dies est quindecim horarum. » Nonne hæc quasi intento digito aperte demonstrant scriptorem expositionis esse vel civem vel incolam Alexandrinum? Nam Alexandriæ Ægypti latitudo est graduum 31, minutorum primorum 11 (93), secundorum 20; in ea autem latitudine dies longissimus, computatis horis a solis ortu ad ejusdem occasum, est horarum 14, minutorum 4, quibus si hora una addatur propter crepuscula, habebitur dies longissimus horarum 15, qualem nobis exprimit ac designat auctor expositionis.

XXXVII. Præterea multa alia occurrunt, quibus tanquam notis et vestigiis Athanasius operis auctor esse deprehenditur. Et quidem ubi occasio sese offert ut Christi divinitatem comprobet, ostendatque Verbum ab æterno fuisse, et Patri consubstantiale, astruere non prætermittit, et disertis verbis constanter asserere; unde haud obscure innuitur eo tempore hæc scripta fuisse, quo hujusmodi controversiæ agitabantur. Quin etiam assiduas auctori fuisse cum hæreticis pugnas, et quotidiana certamina, qualia cum Arianis habuit Athanasius, aperte nos docent quæ leguntur in expositione psalmi CXVIII, et alibi sæpius. Quid vero illa, quæ exstant in commentario psalmi XXI, ubi ad ea verba [19]: *Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice,* alia explicatione eorumdem verborum primum proposita, deinde hæc insuper adjungitur: « Possunt etiam hæc dici ex persona ipsius Domini, qui exemplum nobis præbuit utendi his verbis tempore martyrii? » Quid vero illa alia, quæ ad versiculum psalmi sequentis [20]: *Nam, etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es,* subjiciuntur in hunc modum: « Cum ego tormenta pro te sustinuero, nullus me cruciatus terrebit, quoniam tu vires mihi præbes, ut illos perferam? Nonne manifesto indicant auctorem vel eodem tempore, quo tyrannorum persecutio adhuc in Christianos sæviebat, vel non longe ab eo fuisse?

XXXVIII. At enim agedum, quæ in nostro commentario scripta sunt cum iis quæ in aliis libris, quos nemo dubitat magni Athanasii esse, conferamus, ut ex hujusmodi comparatione, si utrobique Psalmorum verba eodem modo, et in eumdem sensum intellecta atque explicata comperiantur, certius ac dilucidius appareat, eumdem, non autem diversum et commentarii nostri, et aliorum operum, quæ S. Athanasio ab omnibus concordi suffragio ascribuntur, auctorem esse. Rem propositam brevius, quoad fieri potest, expediam.

[19] Vers. 20. [20] Vers. 4.

(88) Virgil. lib. IX *Æneid.*, vers 612 et 613.
(89) Lib. XIV, c. 5.
(90) Lib. I, c. 19.
(91) Lib. IV, c. 36.
(92) Lib. VI, c. 38.
(93) Ex libro, cui titulus: *Connaissance des temps publiée par l'ordre de l'Académie des sciences et calculée par M. Meraldi de la même Académie.*

Verba psalmi XXIII (vers. 20, juxta antiquam, quam secutus sum, divisionem): « Attollite portas, principes, vestras : » in libro *De Incarnatione Verbi Dei* (t. I, p. 55), S. Athanasius interpretatur dicta fuisse de reditu Christi in cœlum his verbis : « Quemadmodum pro omnibus corpus morti tradidit, sic etiam per idem illud iter in cœlum aperuit. » —In nostro autem commentario ad eumdem versiculum 20 et sequentes psal. XXIII hæc adnotantur : « De ipsius reditu (hoc est Christi) loquitur, quem fecit in cœlos. »

In eodem libro *De Incarnatione* (p. 26) verba psalmi CVI, vers. 39, « Misit Verbum suum, et sanavit eos, » et psal. CXVII, vers. 52, « Deus Dominus, et illuxit nobis, » explicat de adventu Verbi Dei in mundum in hunc modum : « Negligunt videre Dominum, quem Scripturæ prædixerunt orbi terrarum illuxisse, et corpore indutum apparuisse. » Ita etiam in *Oratione secunda contra Arianos*, pag. 395. — In nostro autem commentario ad versum eumdem 39 psal. CVI hæc leguntur : « Misit Deum Verbum Pater, et transfixo ejus latere nos omnes sanati sumus, » et ad vers. 52 psalmi CXVII, « Quandoquidem cum Deus esset Jesus Dominus apparuit in terra. »

Ad verba illa psalmi LXXI, vers. 1, « Deus, judicium tuum regi da : »—« Supplicant, ait, ut judicium mortis contra nos prolatum Filio detur. » In tract. in illud : « Omnia mihi tradita sunt, » p. 83. — In commentario ad verba ejusdem psalmi hæc subjiciuntur : « Filio tuo. »

In *Epistola de decretis Nicænæ synodi*, contra Arianos verba faciens : « Verum, inquit, falsa hæc sunt, quæ propugnatis : siquidem ipse fecit nos, et non ipsi nos. Ipse est, qui per suum Verbum omnia et parva, et magna fecit. » — In nostro commentario ad eadem verba psalmi XCIX hujusmodi apponitur adnotatio : « Ipse nos fecit, et non ex nobis sumus, ut aliqui dicunt. »

Verba psalmi II, vers. 15, « Ego hodie genui te, » et illa alia psalmi CIX, vers. 7, « Ex utero ante Luciferum genui te, » de æterna Verbi generatione contra Arianos explicat in *Ep. de decret. Nicænæ synodi*, pag. 172 ; item pag. 178, et in *Ep. de sententia Dionysii*, pag. 192, et in *Orat.* II *contra Arianos*, t. II, pag. 415, et in *Orat.* IV *contra Arian.*, pag. 504. — In commentario ad vers. 13 et 14 ejusdem psalmi II hæc habentur : « Et cœlis audire fecit vocem suam clamans ad me : « Tu es Filius « meus dilectus ; » et ad sequentem vers. 15, hæc alia : « Qua die te manifestavi. Nam ante sæcula absconditus eras in me Patre tuo, quemadmodum de ipso scriptum est : Exsistens in sinu Patris. » Ad vers. vero 7 psal. CIX talia leguntur : « In me eras semper, ex quo cœpi creare omnia per te, manifestavi te, quod habebam, et habeo Filium in me ipso. »

In eadem epistola, t. I, pag. 177, scribit nomen virtutis diversis rebus tribui, deinde addit : « Aliæ item sunt cœlestes virtutes. Nam inquit : Dominus virtutum nobiscum. » Psal. XLV, vers. 13.— In commentario ad eumdem psalmi versiculum : « Dominus, ait, omnis supercœlestis militiæ nobiscum est. »

In *Epistola de sententia Dionysii*, p. 197, scribit : « Nos enim quantum ad corpus ejusdem generis sumus ac Dominus, propterea ipse dixit : Narrabo nomen tuum fratribus meis. » Psalm. XXI, vers. 45. — In commentario eadem psalmi verba ita exponit : « Populo, inquit, narrabo nomen tuum : quemadmodum dixit in Evangelio : Manifestavi nomen tuum hominibus[21]. »

In *Oratione prima contra Arianos*, t. II, pag. 328, ad probandam æternitatem Filii cum Patre utitur verbis psalmi XXXV versiculi 20, « In lumine tuo videbimus lumen ; » et psalmi LXXXIX versic. 17, « et sit splendor Domini super nos ; » et psalmi CXLIV versiculi 20, « Regnum tuum regnum omnium sæculorum. » — In commentario ad eumdem versiculum psalmi XXXV subjicitur : « In ipso Filio tuo videbimus lucem : » ad v. 17 psal. LXXXIX, « Gratia ipsius ; » ad v. 20 psal. CXLIV, « Regnum sempiternum, et dominatio tua super credentes verbo Evangelii, et super non credentes. »

In eadem oratione prima ad probandam immutabilitatem Verbi affert Athanasius quæ dicuntur a sancto Davide in psalmo CI, vers. 48, « Initio tu, Domine, » etc., et vers. 53, « Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. » — In commentario ad verba illa vers. 53 hæc adnotantur : « Tu autem et factus homo idem es qualis eras, et sicut dierum principium non habes, ita neque vitæ finem. »

In eadem pariter oratione allatis verbis psalmi LXXXVIII, vers. 32, 33, « et in justitia tua exaltabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tu es, » talia subjicit : « Si porro Filius justitia est, non ergo ille exaltatione opus habet ; sed nos sumus, qui in justitia exaltamur, quæ nempe ipse est. » Pag. 352. — In commentario versiculus ille 32 ejusdem psalmi ita exponitur : « Et in Filio tuo glorificabuntur ; » et subsequens versiculus 33, « Quoniam in te gloriantur et corroborantur. »

In eadem similiter *Oratione prima contra Arianos*, pag. 355 : « Hæc, inquit, verba sacri cantoris « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi (versic. 15 « psal. XLIV). Virga directionis virga regni tui. Dile« xisti justitiam, et odisti iniquitatem. Propterea « unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consorti« bus tuis. » Deinde ita prosequitur : « Attendite, o Ariani, saltemque ex hoc loco agnoscite veritatem. Consortes Domini nos omnes Psalmista appellat. Quod si ex nihilo et una e rebus factis esset Filius, ipse quoque inter consortes numeraretur. Cum autem illum Deum æternum his verbis cecinerit : Regnum tuum Deus, » etc. — In commentario ejus-

[21] Joan. XVII, 6.

dem psalmi XLIV hujusmodi brevis expositio contra eorumdem Arianorum sententiam ascribitur: « Regnum tuum sempiternum (ad vers. 16). Potestas æterna regnum tuum (ad versic. 17). Dilexisti sanctos tuos, et odisti inventores iniquitatis, diabolum nempe et angelos ejus (ad vers. 18, 19). Propterea renuntiavit te Pater per Spiritum sanctum, regem jam exsistentem : quandoquidem semper exstitisti rex supra eos qui participes fuerunt gratiæ tuæ. »

In *Oratione quarta* Arianos temere asserentes in Veteri Testamento nullam Filii, sed solius Verbi fieri mentionem refellit his verbis: « Sed etiam revera in Veteri Testamento multa de Filio occurrunt, ut in psalmo secundo: »—« Filius meus es tu: ego hodie « genui te. » Et in nono inscripto: « In finem pro oc« cultis Filii, Psalmus David. » Et in quadragesimo quarto: « In finem pro iis qui commutabantur, filiis « Core, ad intellectum, canticum pro dilecto, » etc... Quis autem dilectus est præter Filium Unigenitum, » etc. — In commentario, quæ habentur ad verba psal. II supra attuli. Psalmi autem noni inscriptio ita explicatur: « In novissimo die pro incomprehensibilibus mysteriis Filii Dei. » Interpretatio tituli psalmi XLIV deest in codice, sed eam consentaneam fuisse iis quæ in *Orat.* IV *contra Arianos* dicuntur, nempe inscriptionem ibi quoque de Verbo Dei Filio expositam fuisse, aperte indicat explicatio totius psalmi, cujus prima verba sunt: « Pater dicit manifestasse Filium suum Deum Verbum. »

In *Epistola prima ad Serapionem*, t. II, pag. 539, « Spiritus Domini universum orbem replevit. Ita enim David cecinit: « Quo ibo a Spiritu tuo? » (Psalmo CXXXVIII, vers. 11.)— In commentario ad eumdem versiculum psalmi CXXXVIII, « Ubi enim abscondere me possum a sancto tuo Spiritu, qui noscit omnia? »

In *Epistola de synodis*, pag. 609, « Et de Patre quidem scriptum est: « Dominus Deus tuus unus « Dominus est. » (*Deut.* VI, 4.) « De Filio autem: « Deus « Dominus et illuxit nobis (*Psal.* CXVII, vers. 52), et « videbitur Deus deorum in Sion (*Psal.* LXXXIII, vers. 14). » — In commentario similiter utriusque psalmi verba de Filio ita exponuntur (*Psal.* CXVII): « Quandoquidem cum Deus esset Jesus Dominus apparuit in terra. » Et psalm. LXXXIII: « Videbitur Dei Filius Deus deorum, qui tales gratia sunt, in adventu suo. »

Restaret modo, ut commentarium, seu metaphrasim nostram cum *Epistola ad Marcellinum* compararem. Quæ enim in ea beatus Athanasius affirmat a sancto Propheta dicta fuisse in Psalmis de Salvatoris adventu, et de ejus æterna generatione a Patre, eumque Patris Verbum esse, et Sapientiam (§ 5); quæ de Messia ejusque æterno regno (§ 6), de Judæorum insidiis, pravisque consiliis adversus eumdem Christum Dominum, deque ejus acerbissima passione (§ 7): item de gloriosa ejusdem in cœlum ascensione, tum etiam sessione ad dexteram Patris, de pœnis ac punitione diaboli (§ 8): demum de futuro judicio, de vocatione omnium gentium, et in fine etiam ipsorum Judæorum: hæc quoque in nostro commentario cum in eumdem sensum exposita legantur, inde magis magisque comprobatur, eumdem Athanasium commentarii nostri, seu metaphrasis auctorem fuisse, æque ac *Epistolæ ad Marcellinum*, quam S. Athanasii esse nemo dubitat, eamque sanctum Doctorem operi suo *De titulis Psalmorum* præponi voluisse, posteritatis memoriæ traditum est. Sed, quoniam res longius procederet quam oportet, et epistolam sanctissimi archiepiscopi integram exhibui, id studioso lectori faciendum relinquo.

XXXIX. Etenim, ne majori tædio legentem afficiam, ad finem dicendi propero; sed priusquam id faciam, et institutum sermonem absolvam, illud a me omittendum non est, cum Latinam hujus metaphrasis seu commentarii versionem quatuor aut quinque ab hinc annis cum eruditissimo P. Blanchino congregationis Oratorii presbytero, qui alia etiam sanctorum Patrum opuscula in lucem edere parabat, communicassem, ipse in publicum emittendi curam in se suscepit, promisitque in opere, cui titulus : *Vindiciæ canonicarum Scripturarum.* Postea autem cum ei scribendæ ecclesiasticæ historiæ munus a suæ congregationis sodalibus delatum fuisset, clarissimus vir (quem ego pluribus hoc loco jure merito laudarem, easque referrem laudes, quas immerito in me contulit, ni vererer ejus modestiam offendere, et merito censeri, alios importune laudando indebitas mihi laudes velle aucupari) fidem publico datam exsolvere nequivit. Itaque ne exspectatione sua fraudarentur rerum ecclesiasticarum amatores, et diutius desiderarent præclarum opus sanctissimi Patris, de cujus operibus recte aiebat abbas ille Cosmas (93*), et sanctitate morum et monastica professione illustris: « Si inveneris aliquid ex opusculis S. Athanasii, nec habueris chartam ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud; » quod ille promiserat, id ego præstare, quoad per occupationes libebat, constitui. Cunctanti autem stimulos addidit singularis benignitas excellentissimi Prænestis principis Julii Cæsaris, qui ex nobilissima Columnensi domo in Barberinam familiam ascitus spectatissimam feminam principem Corneliam Barberinæ stirpis unicum superstes germen in matrimonium duxit, et universas Barberinorum opes ac facultates possidendas custodiendasque accepit. Ipse enim, qui vetustissimi generis nobilitatem virtutum præstantia æmulatur, vereque germanus frater est non solum natalibus, sed etiam moribus eminentissimi cardinalis Prosperi, cujus magnanimitas, huma-

(93*) Ap. Joan. Moschum, lib. X, cap. 40.

(†) Divisio versiculorum hujus psalmi in codice Vaticano omnino diversa erat, ideo necesse fuit integrum fere psalmum cum sua interpretatione ascribere, omissis solum nonnullis versiculis, in quibus sive

7. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν εὐθύτητι καρδίας ἐν τῷ A μεμαθηκέναι με τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου.

8. Τὰ δικαιώματά σου φυλάξω, μή με ἐγκαταλίπῃς ἕως σφόδρα.

9. Ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου.

10. Ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξεζήτησά σε, μὴ ἀπώσῃ με ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου.

11. Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι.

12. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

13. Ἐν τοῖς χείλεσί μου ἐξήγγειλα πάντα τὰ κρίματα τοῦ στόματός σου.

14. Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ. B

15. Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω, καὶ κατανοήσω τὰς ὁδούς σου.

16. Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου.

17. Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου, ζῆσόν με, καὶ φυλάξω τοὺς λόγους σου

7. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici judicia justitiæ tuæ.

8. Justificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaque.

9. In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

10. In toto corde meo exquisivi te, ne repellas me a mandatis tuis:

11. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.

12. Benedictus es, Domine, doce me justificationes tuas.

13. In labiis meis pronuntiavi omnia judicia oris tui.

14. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.

15. In mandatis tuis exercebor, et considerabo vias tuas.

16. In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos.

17. Retribue servo tuo, vivifica me, et custodiam sermones tuos.

ATHANASII INTERPRETATIO.

7. Ἐκδῶ ἐμαυτόν σοι ἐν ἀληθινῇ καρδίᾳ, ἐν τῷ ἀκοῦσαί με, καὶ πιστεῦσαι περὶ τῆς μελλούσης δικαίας ἀνταποδόσεως.

8. Τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐάσω, μόνον, μή με ἐγκαταλίπῃς ἕως τέλους. C

9. Πῶς τῶν νεωτερικῶν ἐπιθυμιῶν ἐπελάθετό τις; Ἐν τῷ μνημονεύειν αὐτὸν τῶν εἰρημένων παρὰ σοῦ, ὅτι μέλλουσιν ἀκούειν οἱ ἁμαρτωλοί· *Ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*, καὶ τὰ ἑξῆς.

10. Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς μου ἐπεπόθησά σε, μὴ ἀνάξιον ἡγήσῃς με τῆς χάριτός σου.

11. Ἐν πάσῃ φυλακῇ ἐτήρουν ἑαυτὸν, μὴ ἐλθὼν ὁ πονηρὸς λάβῃ ἀπὸ τῆς καρδίας μου τὰ λόγιά σου, καὶ μείνω χέρσος.

12. Δεδοξασμένος εἶ, Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

13. Οὐχ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ διδάξαι, καὶ διαμαρτύρασθαι πάντα τὰ θελήματά σου.

14. Οὕτως χαρᾶς πληροῦμαι, ὅταν ποιῶ τὰς ἐντολάς σου, ἅπαξ ὡς πλοῦτον θησαυρίζων ἑαυτῷ ἐν τῷ οὐρανῷ. D

15. Ἐν ταῖς Γραφαῖς σου ἀναγνῶ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας μου ἐπιγνῶ τὴν δύναμιν αὐτῶν.

16. Νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ πληρώσω αὐτοὺς ἔργοις.

17. Δός μοι τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ζωοποιηθήσομαι δι' αὐτῆς, καὶ πληρώσω τοὺς λόγους σου δι' ἔργων.

7. Tradam me ipsum tibi sincero corde, cum audivero, et credidero de futura justa retributione.

8. Justificationes tuas non dimittam, solum ne derelinquas me usque in finem.

9. Quomodo juvenilium cupiditatum quis obliviscetur? Dum ipse meminerit quæ a te dicta sunt, quod peccatores audituri sunt: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum* [57], etc.

10. Ex tota anima mea desideravi te, ne me indignum existimes gratia tua.

11. Omni custodia meipsum custodiebam, ne veniens malus accipiat e corde meo eloquia tua, et terrenus remaneam.

12. Glorificatus es, Domine, doce me justificationes tuas.

13. Non me subduxi, quominus docerem et testificarer omnes voluntates tuas.

14. Ita gaudio impleor cum exsequor mandata tua, veluti, ut uno verbo dicam, divitias congerens mihimetipsi in cœlo.

15. In Scripturis tuis legam, et oculis mentis meæ intelligam earum virtutem.

16. Noctes, atque dies, in sermonibus tuis meditabor, et illos operibus implebo.

17. Da mihi gratiam sancti Spiritus, et ipsa vivificabor, et implebo sermones tuos operibus.

[57] Matth. xxv, 41.

in psalmo sive in interpretatione, nulla varietas ac diversitas erat, neque illos ad divisionem versiculorum indicandam necesse erat ascribere. ANTONELLUS. Quæ vero Antonellus ascripsit, nos post finem psalmi hujus addemus.

18. Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua.

A 18. Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου.

19. Incola ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua.

19. Πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ, μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου.

20. Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.

20. Ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου ἐν παντὶ καιρῷ.

21. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis.

21. Ἐπετίμησας ὑπερηφάνοις, ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου.

22. Aufer a me opprobrium et contemptum, quia testimonia tua exquisivi.

22. Περίελε ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν, ὅτι τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα.

23. Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur, servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

23. Καὶ γὰρ ἐκάθισαν ἄρχοντες, καὶ κατ' ἐμοῦ κατελάλουν· ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου.

24. Nam et testimonia tua meditatio mea est, et consilium meum justificationes tuæ.

24. Καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστὶ, καὶ αἱ συμβουλίαι μου τὰ δικαιώματά σου

25. Adhæsit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum.

B 25. Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου.

26 Vias meas enuntiavi et exaudisti me, doce me justificationes tuas.

26. Τὰς ὁδούς μου ἐξήγγειλα, καὶ ἐπήκουσάς μου δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

27. Viam justificationum tuarum instrue me, et exercebor in mirabilibus tuis.

27. Ὁδὸν δικαιωμάτων σου συνέτισόν με, καὶ ἀδολεσχήσω ἐν τοῖς θαυμασίοις σου.

28. Dormitavit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis.

28. Ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, βεβαίωσόν με ἐν τοῖς λόγοις σου.

ATHANASII INTERPRETATIO.

18. Separa tenebras e corde meo, et lux tua illuceat, et agnoscam legis tuæ præcepta.

18. Διαχώρισον τὸ σκότος ἐκ τῆς καρδίας μου, καὶ τὸ φῶς σου λάμψον, καὶ ἐπιγνῶ τὰ προστάγματα τοῦ νόμου σου.

19. Non habeo civitatem hic permanentem, sed futuram in cœlis inquiro, cujus tu artifex et fabricator es; ne indignum me existimes agnoscere voluntatem tuam.

C 19. Οὐκ ἔχω πόλιν ὧδε μένουσαν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐπιζητῶ, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς αὐτὸς ὑπάρχεις· μὴ ἄξιον ἡγήσῃ με τοῦ γνῶναι τὸ θέλημά σου.

20. Desiderat anima mea, et non detrectat facere judicia tua nocte atque die.

20. Ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ οὐκ ὀρέννυται [ἀρνεῖται] τὰ κρίματά σου ποιεῖν νυκτὸς καὶ ἡμέρας.

21. Diabolum et angelos ejus: In interitum reservati sunt, qui a tuis præceptis se avertunt, et in pristinas iniquitatis suæ conversationes revertuntur.

21. Τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· Ἐπὶ ἀπωλείᾳ τετήρηνται οἱ ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου λαβόντες ἑαυτοὺς, καὶ εἰς τὰς προτέρας αὐτῶν πονηρίας ἀναστροφὰς πορευόμενοι.

22. Adime a me veterem illam improbam concupiscentiam, quia delector in præceptis tuis, unde singuli homines laudes ac testimonium accipiunt.

22. Ἄφελε ἀπ' ἐμοῦ τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἐπιθυμίαν τὴν πονηρὰν, ὅτι ἡδέως ἔχω τὰ προστάγματά σου, δι' οὗ μεμαρτύρηται ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων.

23. Etenim principes tenebrarum harum consultaverunt adversum me, ego autem, quem redemisti pretioso tuo sanguine, considerabam Scripturas tuas.

23. Καὶ γὰρ οἱ ἄρχοντες τοῦ σκότους τούτου βουλεύσονται κατ' ἐμοῦ, ἐγὼ δὲ ὃν ἐξηγόρασας τῷ τιμίῳ
D σου αἵματι ἐπεσκεπτόμην τὰς Γραφάς σου

24. Etenim meditans die ac nocte, quæ contestatus es mihi, et hæc suadeo animæ meæ.

24. Καὶ γὰρ μελετῶν νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἃ διεμαρτύρω μοι, καὶ αὐτὰ συμβουλεύω τῇ ψυχῇ μου.

25. Humiliatus sum coram te, vivifica me sicut vult gratia tua.

25. Ἐταπεινώθην ἐνώπιόν σου, ζωοποίησόν με καθὼς θέλει ἡ χάρις σου.

26. Confessus sum tibi pristina in ignorantia mea peccata, et statim misertus es mei: dona igitur mihi gratiam tuam.

26. Ἐξωμολογησάμην τὰς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ μου ἁμαρτίας, καὶ εὐθὺς ἠλέησάς με· δώρησαι οὖν μοι τὴν χάριν σου.

27. Illuminationem Scripturarum tuarum fac me intelligere per gratiam tuam, præ delectatione non cessabo loqui in magnitudine sermonum tuorum.

27. Τὸν φωτισμὸν τῶν Γραφῶν σου συνέτισόν με διὰ τῆς χάριτός σου, ἀπὸ τῆς τέρψεως [οὐ] παύσομαι λέγειν ἐν τῇ μεγαλειότητι τῶν λόγων σου.

28. Submersa est anima mea a peccato, sed excita me gratia tua in verbis tuis

28. Βεβύθισται ἡ ψυχή μου ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ διέγειρόν με τῇ χάριτί σου ἐν τοῖς λόγοις σου.

29. Ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῷ νόμῳ A σου ἐλέησόν με.

30. Ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην, καὶ τὰ κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.

31. Ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου, Κύριε, μή με καταισχύνῃς.

32. Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου.

33. Νομοθέτησόν με, Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου, καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός.

34. Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου, καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου.

35. Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα.

36. Κλῖνον τὴν καρδίαν μου εἰς τὰ μαρτύριά σου, καὶ μὴ εἰς πλεονεξίαν. B

37. Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα, ἐν τῇ ὁδῷ σου ζῆσόν με.

38. Στῆσον τῷ δούλῳ σου τὸ λόγιόν σου εἰς τὸν φόβον σου.

39. Περίελε τὸν ὀνειδισμόν μου, ὃν ὑπώπτευσα, ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστά.

40. Ἰδοὺ ἐπεθύμησα τὰς ἐντολάς σου, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με.

29. Viam iniquitatis amove a me, et de lege tua miserere mei.

30. Viam veritatis elegi, et judicia tua non sum oblitus.

31. Adhæsi testimoniis tuis, Domine, noli me confundere.

32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

33. Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper.

34. Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo.

35. Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.

36. Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.

37. Averte oculos meos ne videant vanitatem; in via tua vivifica me.

38. Statue servo tuo eloquium tuum in timore tuo.

39. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda.

40. Ecce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me.

ATHANASII INTERPRETATIO.

29. Ἀπέλασον τὰς ἐπιθυμίας τοῦ κόσμου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐλέησόν με ὁδηγῶν με ἐν τῷ νόμῳ σου.

30. Πεπόθηκα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας· ἐμνημόνευον γάρ τὸ βῆμά σου τὸ φοβερόν. C

31. Ἀκολουθεῖν ἠρξάμην τοῖς προστάγμασί σου, Κύριε, μὴ ἀδόκιμόν με ἐάσῃς ἐν αὐτοῖς.

32. Προθύμως ποιῶ τὸ θέλημά σου, ὅταν ἀνοίξῃς τὴν καρδίαν μου ἐγγράψας ἐν αὐτῇ τὸν νόμον σου.

33. Στήριξον ἐν τῇ διανοίᾳ μου τὸ πῶς ἐπιτελέσω τὰ δικαιώματά σου, καὶ ἐπιποθήσω ἀεὶ αἰτεῖσθαι (1) παρὰ σοῦ τὴν χάριν ταύτην.

34. Φώτισόν με, καὶ ἐπιζητήσω τὴν ἑρμηνείαν τῶν Γραφῶν σου, καὶ σπουδάσω πληρῶσαι αὐτὴν δι' ἔργων ἀγαθῶν.

35. Ἐπεὶ νήπιός εἰμι, καὶ οὐκ οἶδα βαδίζειν ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, ζητῶν καὶ τὴν ὁδὸν αὐτῶν· κράτησον τῇ χάριτί σου τὴν ψυχήν μου, καὶ ποίησόν με πατεῖν ἐν αὐταῖς.

36. Ὑπόταξον τὴν καρδίαν μου εἰς τὰ μαρτύριά D σου, καὶ [οὐχ] εἰς τὴν πλεονεκτοῦσάν με ἁμαρτίαν, ἵνα μὴ ὦ δεδουλωμένος.

37. Φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας μου, τοῦ μὴ προσχεῖν εἰς τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ κόσμου· ἐν τῷ Υἱῷ σου ζωοποίησόν με.

38. Στήριξον εἰς τὴν καρδίαν μου τὸ λόγιόν σου μετὰ τοῦ φόβου σου.

39. Ἄφελε ἀπ' ἐμοῦ τὴν αἰσχύνην [ἣν] προσεδόκησα ἔχειν ἐπὶ τοῦ βήματός σου, ὅτι αἱ ἐπαγγελίαι σου ἀγαθαί.

40. Ἰδοὺ ἐδίψησα ποιεῖν τὰς ἐντολάς σου, πότισόν με τὴν χάριν σου.

29. Expelle a me mundi concupiscentias, et miserere mei deducens me in lege tua.

30. Desideravi Filium Dei, qui est via veritatis; recordatus enim sum tremendi tui tribunalis.

31. Institui sequi præcepta tua, Domine, ne me reprobum in ipsis dimittas.

32. Alacriter facio voluntatem tuam, cum aperueris cor meum inscribens in ipso legem tuam.

33. Confirma in mente mea quomodo perficiam justificationes tuas, et desiderabo semper a te hanc gratiam.

34. Illumina me, et exquiram interpretationem tuarum Scripturarum, et studebo eam implere per opera bona.

35. Quoniam infans sum, et novi ambulare in præceptis tuis, quærens adhuc eorum viam: apprehende gratia tua animam meam, et fac ut in ipsis ambulem.

36. Subjice cor meum testimoniis tuis, et non circumvenienti me peccato, ne redigar in servitutem.

37. Illumina oculos mentis meæ, ne adhæream mundi voluptatibus: in Filio tuo vivifica me.

38. Confirma in corde meo eloquium tuum cum timore tuo.

39. Aufer a me pudorem, quem subire exspectavi in tuo tribunali, quia bonæ sunt promissiones tuæ.

40. Ecce sitivi facere mandata tua, pota me gratia tua.

(1) Vox αἰτεῖσθαι abundare videtur

41. Et veniat super me misericordia tua, Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.

42. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.

43. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque, quia in judiciis tuis supersperavi.

44. Et custodiam legem tuam semper, in sæculum et in sæculum sæculi.

45. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi.

46. Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar.

47. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi valde.

48. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, et exercebar in justificationibus tuis.

49. Memor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti.

50. Hæc me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum vivificavit me.

51. Superbi inique agebant usquequaque, a lege autem tua non declinavi.

A 41. Καὶ ἔλθοι ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεός σου, Κύριε, τὸ σωτήριόν σου κατὰ τὸν λόγον σου.

42. Καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι λόγον, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ τοῖς λόγοις σου.

43. Καὶ μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον ἀληθείας ἕως σφόδρα, ὅτι ἐπὶ τοῖς κρίμασί σου ἐπήλπισα.

44. Καὶ φυλάξω τὸν νόμον σου διαπαντὸς εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

45. Καὶ ἐπορευόμην ἐν πλατυσμῷ, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα.

46. Καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην.

47. Καὶ ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, ἃς ἠγάπησα σφόδρα.

B 48. Καὶ ἦρα τὰς χεῖράς μου πρὸς τὰς ἐντολάς σου, ἃς ἠγάπησα, καὶ ἠδολέσχουν ἐν τοῖς δικαιώμασί σου.

49. Μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου, ὧν ἐπήλπισάς με.

50. Αὕτη με παρεκάλεσεν ἐν τῇ ταπεινώσει μου, ὅτι τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με.

51. Ὑπερήφανοι παρηνόμουν ἕως σφόδρα, ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐξέκλινα.

ATHANASII INTERPRETATIO.

41. Et veniat super me Spiritus tuus sanctus vivificans, quemadmodum mihi promisisti.

42. Et da mihi gratiam, ut ego loquar e sanctis tuis Scripturis contra omnes hæreticos, et Judæos, et gentiles, quoniam desideravi sermones tuos.

43. Et ne auferas a me gratiam tuam usque in finem, quoniam totus effusus sum in præceptis tuis.

44. Et indesinenter faciam legem tuam, habens eam in me ipso, et in præsenti, et futuro sæculo.

45. Et exsultavit cor meum, quoniam sollicitus fui facere voluntatem tuam.

46. Et recogitabam in mente mea præcepta tua, et restiti regibus tenebrarum, et non sunt in me dominati.

47. Et in corde meo explicabam Scripturas, quia earum desiderio effusus sum.

48. Et intendi mentem cordis mei in contemplationem Scripturarum tuarum, quas dilexi, et permansi probans et dijudicans quæ in tuis Scripturis continentur.

49. Recordare, quod promisisti misereri mei, si in sermonibus tuis versabor.

50. Hæc promissio tua consolata est me, quando eram in peccato meo, quoniam dixisti : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat* [58].

51. Contemnentes præcepta tua impie agunt usque in finem, ego autem a lege tua non recessi.

41. Καὶ ἔλθοι ἐπ' ἐμὲ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον τὸ ζωοποιοῦν, καθὼς ἐπήγγειλάς μοι.

42. Καὶ δός μοι τὴν χάριν τοῦ λέγειν με ἀπὸ τῶν ἁγίων Γραφῶν σου πρὸς πάντας αἱρετικούς, Ἰου-

C δαίους τε καὶ Ἕλληνας, ὅτι ἐπεπόθειν [ἐπεπόθησα] ἐπὶ τοὺς λόγους σου.

43. Καὶ μὴ ἀφέλῃς ἀπ' ἐμοῦ τὴν χάριν σου ἕως τέλους, ὅτι ἐν τοῖς προστάγμασιν ὅλως ἐκκέχυμαι.

44. Καὶ ποιήσω ἀδιαλείπτως τὸν νόμον σου ἔχων αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ καὶ ἐν τῷ νῦν, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

45. Καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ καρδία μου, ὅτι μεριμνῶν [ἐμερίμνησα] τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου.

46. Καὶ ἐμνημόνευον ἐν τῇ διανοίᾳ μου ἀπὸ τῶν προσταγμάτων σου, καὶ ἀνθιστάμην τοῖς τοῦ σκότους βασιλεῦσι, καὶ οὐκ ἐκυριευόμην ὑπ' αὐτῶν.

47. Καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἐπέλυον τὰς Γραφὰς, ὅτι ἐκκέχυμαι ποθεῖν αὐτάς.

48. Καὶ ἐνέτεινον τὴν διάνοιαν τῆς καρδίας μου εἰς

D τὴν θεωρίαν τῶν Γραφῶν σου, ἃς ἠγάπησα, καὶ ἐπέμενον δοκιμάζων, καὶ ἀνακρίνων τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς σου.

49. Μνήσθητι, ὅτι ἐπήγγειλας ἐλεεῖν με, ἐὰν ἐπιστρέψω ἐν τοῖς λόγοις σου.

50. Αὕτη ἡ ἐπαγγελία σου παρεμυθήσατό με, ὅταν ἤμην ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ μου, ὅτι εἴρηκας· *Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψειν, καὶ ζῇν αὐτόν.*

51. Οἱ ἐξουδενοῦντες τὰ προστάγματά σου ἀσεβοῦσιν ἕως τέλους· ἐγὼ δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου σου οὐκ ἀφιστάμην.

[58] Ezech. XXXIII, 11

52. Ἐμνήσθην τῶν κριμάτων σου ἀπ' αἰῶνος, Κύριε, καὶ παρεκλήθην. A

53. Ἀθυμία κατέσχε με ἀπὸ ἁμαρτωλῶν τῶν ἐγκαταλιμπανόντων τὸν νόμον σου.

54. Ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου ἐν τόπῳ παροικίας μου.

55. Ἐμνήσθην ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, καὶ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου.

56. Αὕτη ἐγενήθη μοι, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα.

57. Μερίς μου εἶ, Κύριε, εἶπα τοῦ φυλάξασθαι τὸν νόμον σου.

58. Ἐδεήθην τοῦ προσώπου σου ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ἐλέησόν με κατὰ τὸ λόγιόν σου.

59. Διελογισάμην τὰς ὁδούς σου, καὶ ἐπέστρεψα τοὺς πόδας μου εἰς τὰ μαρτύριά σου. B

60. Ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου.

61. Σχοινία ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν μοι, καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην.

62. Μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην, τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου.

63. Μέτοχος ἐγώ εἰμι πάντων τῶν φοβουμένων σε, καὶ τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου.

52. Memor fui judiciorum tuorum a sæculo, Domine, et consolatus sum.

53. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

54. Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

55. Memor fui nocte nominis tui, Domine, et custodivi legem tuam.

56. Hæc facta est mihi, quia justificationes tuas exquisivi.

57. Portio mea es, Domine, dixi custodire legem tuam.

58. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum.

59. Cogitavi vias meas, et converti pedes meos in testimonia tua.

60. Paratus sum, et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.

61. Funes peccatorum circumplexi sunt me, et legem tuam non sum oblitus.

62. Media nocte surgebam, ad confitendum tibi super judicia justificationis tuæ.

63. Particeps ego sum omnium timentium te, et custodientium mandata tua.

ATHANASII INTERPRETATIO.

52. Μόνον ἐν νῷ λαβὼν τὰ προστάγματά σου, τὰ ἐξ ἀρχῆς, Κύριε, χαίρεται ἡ καρδία μου.

53. Πολλὴ θλῖψις εἶχέ με, ὅταν ἑώρων τοὺς ἁμαρτάνοντας καταφρονοῦντας τοὺς νόμους σου.

54. Ἀεὶ ἐν τοῖς δικαιώμασί σου ἐτερπόμην, [ἐν] C παντὶ τόπῳ τῆς γῆς ὑπάρχων.

55. Ἁμαρτίας μοι ὑπεισελθούσης, ἐμνήσθην, ὅτι Θεός μου εἶ, καὶ ἀπέστην ἀπ' αὐτῆς· τοῦτο γὰρ ἐνείλω μοι [ἐνετείλω μοι].

56. Αὕτη μοι βοήθεια ὑπῆρξεν, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐπεπόθησα μᾶλλον ἢ τὴν ἁμαρτίαν.

57. Σὺ εἶ ἡ ζωή μου, Κύριε· συνεθέμην γὰρ τοῦ πληρῶσαι τὸν νόμον σου.

58. Ἐδεήθην ἐλθεῖν [τὴν χάριν σου], ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ἐλέησόν με, καὶ ἀπόστειλον αὐτὴν, καθὼς εἴρηκας· *Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν.*

59. Ἐν νῷ ἔλαβον, ὅτι ἐν ἁμαρτίαις πορεύομαι, καὶ μετανοήσας κατέφυγον εἰς τὰ παθήματά σου.

60. Ἕως θανάτου ἡτοίμασα τὴν ψυχήν μου εἰς τὸ θέλημά σου, καὶ οὐκ ἦν μοι δυσχερὲς τὸ πληροῦν τὰς D ἐντολάς σου.

61. Λογισμοὶ τῶν ἐναντίων δυνάμεων εἰς ἐπιθυμίας ὑπεισήρχοντό μοι· ἐμνημόνευον γὰρ, ὅτι οἱ πορνεύσαντες ἐν τοῖς κατακλυσμοῖς ἀπώλοντο, καὶ οἱ Σοδομῖται ἐθραύθησαν [συνεκαύθησαν].

62. Ὅταν πάντες ὕπνῳ κατείχοντο, ἐγὼ νηφούσῃ τῇ διανοίᾳ παριστάμενος ἐλάτρευόν σοι ἐν ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς.

63. Ὁρῶν ἕκαστον τῶν εὐαρεστούντων σοι, σημειοῦμαι, πῶς ἕκαστος αὐτῶν πολιτεύεται, καὶ ἀφ' ἑκάστου κρατῶ παρ' ἐμαυτῷ, ἐκτελῶν αὐτὸ ὡς ἐκεῖνος.

52. Solum recordatus præceptorum tuorum, quæ ab initio sunt, Domine, exsultat cor meum.

53. Multa tribulatio tenuit me, cum videbam peccatores contemnentes leges tuas.

54. Semper in justificationibus tuis delectabar, ubique terrarum exsistens.

55. Subingrediente in me peccato, recordatus sum, quod Deus meus es, et abstiti ab eo, hoc enim præcepisti mihi.

56. Hoc mihi auxilio fuit, quod justificationes tuas desideravi magis, quam peccatum.

57. Tu es vita mea, Domine: proposui enim implere legem tuam.

58. Deprecatus sum, ut veniret gratia tua, in toto corde meo, miserere mei, et mitte eam, quemadmodum dixisti: *Petite, et dabitur vobis* [59].

59. Recordatus sum, quod in peccatis ambulo, et pœnitens confugi ad passiones tuas.

60. Usque ad mortem præparavi animam meam in voluntatem tuam, et non erat mihi difficile implere præcepta tua.

61. Suggestiones contrariarum potestatum ad excitandas cupiditates in me subingressæ sunt: recordatus autem sum, quod adulterantes in diluvio perierunt, et Sodomitæ concremati sunt.

62. Cum omnes somno detinebantur, ego vigili mente astans serviebam tibi in psalmis, et hymnis et canticis spiritualibus.

63. Spectans singulos, qui placent tibi, observo, quomodo quisque eorum vitam instituit, et a singulis aliquid accipiens teneo apud me ipsum, peragens hoc ipsum, sicut ille.

[59] Matth. VII, 7

64. Misericordia tua, Domine, plena est terra, A justificationes tuas doce me.

65. Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, secundum verbum tuum.

66. Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.

67. Priusquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum custodivi.

68. Bonus es tu, et in bonitate tua doce me justificationes tuas.

69. Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

70. Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum.

71. Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam B justificationes tuas.

72. Bonum mihi lex oris tui, super millia auri et argenti.

73. Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me, da mihi intellectum, et discam mandata tua.

74. Qui timent te videbunt me, et lætabuntur: quia in verba tua supersperavi.

64. Τοῦ ἐλέους σου, Κύριε, πλήρης ἡ γῆ, τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με.

65. Χρηστότητα ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου, Κύριε, κατὰ τὸν λόγον σου.

66. Χρηστότητα, καὶ παιδείαν, καὶ γνῶσιν δίδαξόν με, ὅτι ταῖς ἐντολαῖς σου ἐπίστευσα.

67. Πρὸ τοῦ με ταπεινωθῆναι ἐγὼ ἐπλημμέλησα, διὰ τοῦτο τὸ λόγιόν σου ἐφύλαξα.

68. Χρηστὸς εἶ σὺ, Κύριε, καὶ ἐν τῇ χρηστότητί σου δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

69. Ἐπληθύνθη ἐπ' ἐμὲ ἀδικία ὑπερηφάνων· ἐγὼ δὲ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξερευνήσω τὰς ἐντολάς σου.

70. Ἐτυρώθη ὡς γάλα ἡ καρδία αὐτῶν· ἐγὼ δὲ τὸν νόμον σου ἐμελέτησα.

71. Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου.

72. Ἀγαθός μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου ὑπὲρ χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου.

73. Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με, συνέτισόν με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου.

74. Οἱ φοβούμενοί σε ὄψονταί με, καὶ εὐφρανθήσονται, ὅτι εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

ATHANASII INTERPRETATIO.

64. Non est homo, cujus non miserearis, atque etiam mei misereberis, et docebis me justificationes tuas.

65. Omnem tuam bonitatem implevisti in me, quemadmodum mihi promisisti.

66. Charitatem, et humilitatem, et virtutem Scripturarum tuarum scire me per gratiam tuam concede mihi, quia credidi quod est retributio justis atque injustis.

67. Priusquam subjicerer tibi, ego in te multa C peccavi, propterea nunc, quod præcepisti mihi, custodivi.

68. Bonus es, Domine, et in Spiritu tuo bono doce me justificationes tuas et cognoscere et facere.

69. Multitudo cupiditatum et cogitationum diabolicarum irruit in me: ego autem nequaquam tradidi in ipsas cor meum, nam mentem meam habebam in præceptis tuis.

70. Obduratum est cor eorum, ego autem mentem meam in timore tuo habeo.

71. Bonum mihi, quod mansuefecisti cor meum, ut excipiam gratiam tuam.

72. Bonæ mihi sunt divitiæ, quas dedisti mihi di- D cens: *Accipite Spiritum sanctum* [60], qui super omnes divitias est, quas quispiam unquam animo conceperit.

73. Tu ab initio, cum ego lutum essem, et terra, formasti me secundum tuam imaginem, et similitudinem, et nunc corruptum cor meum a terrenis concupiscentiis renova illud, et fac, cum tua imago sit, ut habeat in se inscripta præcepta tua.

74. Sancti tui et omnes angeli tui exsultabunt videntes quod me pœnituit.

64. Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ὃν οὐκ ἐλεεῖς, κἀμὲ ἐλεήσεις, καὶ διδάξεις με τὰ δικαιώματά σου.

65. Πᾶσαν τὴν ἀγαθωσύνην σου ἐπλήρωσας εἰς ἐμὲ, καθὼς ἐπηγγείλω μοι.

66. Ἀγάπην, καὶ ταπείνωσιν, καὶ τὴν δύναμιν τῶν Γραφῶν σου εἰδέναι με διὰ τῆς χάριτός σου δώρησαί μοι, ὅτι ἐπίστευσα, ὅτι ἔστιν ἀνταπόδοσις δικαίων καὶ ἀδίκων.

67. Πρὸ τοῦ με ὑποταγῆναί σοι, ἐγὼ εἰς σὲ πολλὰ ἥμαρτον, διὰ τοῦτο νῦν ὅπερ ἐνετείλω μοι, ἐφύλαξα.

68. Ἀγαθὸς εἶ, Κύριε, καὶ ἐν τῷ Πνεύματί σου τῷ ἀγαθῷ δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου, καὶ γινώσκειν, καὶ ποιεῖν.

69. Πλῆθος ἐπιθυμιῶν καὶ ἐνθυμήσεων διαβολικῶν ἐπέστη μοι· ἐγὼ δὲ οὐδὲ ὅλως ἐξέδωκα εἰς αὐτὰ τὴν καρδίαν μου· τὴν γὰρ διάνοιάν μου εἶχον εἰς τὰς ἐντολάς σου.

70. Ἐσκλήρυται ἡ καρδία αὐτῶν, ἐγὼ δὲ τὴν διάνοιάν μου εἰς τὸν φόβον σου ἔχω.

71. Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐπράϋνας τὴν καρδίαν μου, ὅπως ἂν δέξωμαι τὴν χάριν σου.

72. Ἀγαθός μοι ὁ πλοῦτος ὃν ἔδωκάς μοι λέγων· *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον* ὑπὲρ πάντα πλοῦτον, ὃν ἐάν τις ἐνθυμηθῇ.

73. Σὺ ἐν ἀρχῇ πηλὸν ὄντα με, καὶ γῆν, ἔπλασας κατ' εἰκόνα σὴν καὶ ὁμοίωσιν, καὶ νῦν φθαρείσης τῆς καρδίας μου ὑπὸ τῶν γηΐνων ἐπιθυμιῶν ἀνακαίνισον αὐτὴν, καὶ ποίησον, ὡς σὴν οὖσαν εἰκόνα, τὰς ἐντολὰς ἔχειν ἐν αὐτῇ ἐγγεγραμμένας.

74. Οἱ ἅγιοί σου καὶ πάντες οἱ ἄγγελοί σου ἀγαλλιάσονται ὁρῶντες, ὅτι μετενόησα.

[60] Joan. xx, 20.

75. Ἔγνων, Κύριε, ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά A σου, καὶ ἀληθείᾳ ἐταπείνωσάς με.

76. Γενηθήτω δὴ τὸ ἔλεός σου τοῦ παρακαλέσαι με κατὰ τὸ λόγιόν σου τῷ δούλῳ σου.

77. Ἐλθέτωσάν μοι οἱ οἰκτιρμοί σου, καὶ ζήσομαι, ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστίν.

78. Αἰσχυνθήτωσαν ὑπερήφανοι, ὅτι ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς ἐμέ· ἐγὼ δὲ ἀδολεσχήσω ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου.

79. Ἐπιστρεψάτωσάν με οἱ φοβούμενοί σε, καὶ οἱ γινώσκοντες τὰ μαρτύριά σου.

80. Γενηθήτω ἡ καρδία μου ἄμωμος ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, ὅπως ἂν μὴ αἰσχυνθῶ.

81. Ἐκλείπει εἰς τὸ σωτήριόν σου ἡ ψυχή μου, εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

82. Ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου εἰς τὸ λόγιόν σου, B λέγοντες· Πότε παρακαλέσεις με;

83. Ὅτι ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ, τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.

84. Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν;

85. Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, Κύριε.

75. Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua, et in veritate tua humiliasti me.

76. Fiat misericordia tua ut consoletur me secundum eloquium tuum servo tuo.

77. Veniant mihi miserationes tuæ, et vivam: quia lex tua meditatio mea est.

78. Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

79. Convertantur mihi timentes te, et qui noverunt testimonia tua.

80. Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.

81. Defecit in salutare tuum anima mea, et in verba tua supersperavi.

82. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando consolaberis me?

83. Quia factus sum sicut uter in pruina: justificationes tuas non sum oblitus.

84. Quot sunt dies servi tui? quando facies de persequentibus me judicium?

85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, Domine.

ATHANASII INTERPRETATIO.

75. Φωτισθεὶς ὑπὸ τῆς χάριτός σου ἔγνων, ὅτι δίκαιά εἰσι τὰ προστάγματά σου, καὶ ἅπερ ἀπεφήνω ἐν αὐτοῖς κατ' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ δικαίως ὥρισας.

76. Ἀλλὰ πάλιν γένοιτο τὸ ἔλεός σου παραμυθούμενόν με, ὅτι οὕτως εἶπας· *Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον* C *τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν.*

77. Ἐπισκηνώσει ἡ χάρις σου εἰς ἐμὲ, καὶ νεκρωθέντα με ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ζωοποιήσει, ὅτι ἠρξάμην μελετᾷν τὸν νόμον σου.

78. Αἰσχυνθήτωσαν αἱ ἐναντίαι δυνάμεις, ὅτι αὗταί με ᾐχμαλώτισαν· ἐγὼ δὲ ἐπιστήσω τὴν διάνοιάν μου εἰς τὰ θελήματά σου.

79. Κατηχήσουσι, καὶ διδάξουσιν οἱ ἔχοντες τὴν χάριν σου, καὶ εἰδότες τὴν δύναμιν τῶν ἁγίων σου Γραφῶν.

80. Καθαρισθήτω ἡ καρδία μου ὑπὸ τῆς χάριτός σου εἰς τὰ δικαιώματά σου, μὴ ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ ἐπιθυμίαν ἢ φροντίδα γηΐνην, ἵνα μὴ πάλιν αἰσχυνθῶ εἰς τὸ βῆμά σου.

81. Διψᾷ ἡ ψυχή μου τὴν σωτηρίαν σου [τὸ σωτή- D ριόν σου], πότισόν με τὰ λόγιά σου.

82. Ἐξετάκην ὅλος ἀπ' ἐπιθυμίας μεριμνῶν, πότε ποτίσεις με τὴν χάριν σου.

83. Ὅτι ἐνεκρώθην, καὶ ἐξηράνθην ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ μου, οἶδα, καὶ μνημονεύω, ὅτι εἶπας ἐν τοῖς δικαιώμασί σου τὸν ἁμαρτωλὸν ἀντιλαμβάνεσθαι.

84. Πόσας ἄλλας ἔχω ζῆσαι ἡμέρας; πότε τοσοῦτον χρόνον δώσει [δώσεις] μοι ἐξουσίαν πατεῖν ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ [τῶν ἐχθρῶν], ὅσον αὐτοί μοι κατεδυνάστευσαν;

85. Ὑπέθεντό μου τὸ πρότερον οἱ δαίμονες τὰς ἑαυτῶν ἀπάτας, ἀλλ' οὐχ ὡς σὺ θέλεις, Κύριε.

75. Illuminatus gratia tua cognovi, quod justa sunt præcepta tua, et quæ in ipsis pronuntiasti contra me peccatorem, juste definivisti.

76. Sed rursus fiat misericordia tua consolans me, quoniam ita dixisti: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat* [11].

77. Habitet gratia tua in me, et me mortuum ob peccatum vivificabit, quoniam cœpi meditari legem tuam.

78. Erubescant contrariæ potestates, quod ipsæ me in captivitatem redegerunt, ego autem firmabo mentem meam in præceptis tuis.

79. Instruent, et docebunt, qui habent gratiam tuam, et qui noverunt potestatem sanctarum tuarum Scripturarum.

80. Emundetur cor meum a gratia tua in justificationibus tuis, non habens in seipso cupiditatem et curam terrenarum rerum, ne rursus confundar ante tuum tribunal.

81. Sitit anima mea salutare tuum, pota me eloquiis tuis.

82. Consumptus sum totus ob desiderium anxie cogitans, quando me potabis gratia tua.

83. Quoniam mortificatus sum, et arefactus in peccato meo, novi et recordatus sum, quod dixisti tuis in justificationibus suscipere peccatorem.

84. Quot alii mihi supersunt dies vitæ? quando tanto tempore dabis mihi potestatem conculcandi omnem inimicorum potentiam, quanto ipsi in me dominati sunt?

85. Subdiderunt mihi dæmones pristinas suas fallacias, sed non quemadmodum tu vis, Domine.

[11] Ezech. XXXII, 2.

86. Omnia mandata tua veritas : inique persecuti A sunt me, adjuva me.

87. Paulo minus consummaverunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua.

88. Secundum misericordiam tuam vivifica me, et custodiam testimonia oris tui.

89. In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo :

90. In generationem et generationem veritas tua: fundasti terram, et permanet.

91. Ordinatione tua perseverat dies : quoniam omnia serviunt tibi.

92. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea.

93. In æternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me. B

94. Tuus sum ego, salvum me fac : quoniam justificationes tuas exquisivi.

95. Me exspectaverunt peccatores, ut perderent me, testimonia tua intellexi.

96. Omnis consummationis vidi finem : latum mandatum tuum nimis.

86. Πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια· ἀδίκως κατεδίωξάν με, βοήθησόν μοι.

87. Παρὰ βραχὺ συνετέλεσάν με ἐν τῇ γῇ, ἐγὼ δὲ οὐκ ἐγκατέλιπον τὰς ἐντολάς σου.

88. Κατὰ τὸ ἔλεός σου ζῆσόν με, καὶ φυλάξω τὰ μαρτύρια τοῦ στόματός σου.

89. Εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε, ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ·

90. Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἡ ἀλήθειά σου· ἐθεμελίωσας τὴν γῆν, καὶ διαμένει.

91. Τῇ διατάξει σου διαμένει ἡμέρα, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά.

92. Εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστι, τότε ἂν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου.

93. Εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἐπιλάθωμαι τῶν δικαιωμάτων σου, ὅτι ἐν αὐτοῖς ἔζησάς με.

94. Σός εἰμι ἐγώ, σῶσόν με, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα.

95. Ἐμὲ ὑπέμειναν ἁμαρτωλοὶ τοῦ ἀπολέσαι με, τὰ μαρτύριά σου συνῆκα.

96. Πάσης συντελείας εἶδον πέρας, πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα.

ATHANASII INTERPRETATIO.

86. Novi quod justus judex es in omnes : fugiente me ab ipsis, et volente ad te venire, qui secundum naturam Dominus meus es, persequuntur me quærentes me prædari, adjuva me.

C 87. Ita valide in me irruerunt, ut paulo minus interfecissent me in peccato ; ego autem in corde meo dicebam animæ meæ : Recordare quid tibi præceperit Deus.

88. Quemadmodum misericordia tua immensa et investigabilis est, ita gratiam tuam da mihi vivificantem me, et implebo præcepta quæ mandasti mihi.

89. In corde, in quo familiariter inhabitas, incessanter est voluntas tua.

90. In sanctis, qui omni tempore complacuerunt tibi, vere est fides tua : fundasti mundum in fide tua, *et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* [63].

D 91. Dono gratiarum tuarum permanet lux tua, quoniam tu Dominus es cœlestium, et terrestrium, et infernorum.

92. Nisi saltem nunc cœpissem discere legem tuam, sed mansissem ut prius, omnimode periturus eram in peccato meo.

93. Non utique obliviscar passionum tuarum, quoniam me mortuum sanguine tuo vivificasti.

94. Omnino redemisti me pretioso tuo sanguine; salva me, quoniam, audita prædicatione tua, credidi.

95. Me quæsiverunt contrariæ potestates perdere in idololatria ; dicta autem a te de fide in te, et spe audiens credidi.

96. Omnis gloriæ, et carnalis voluptatis vidi fi-

86. Οἶδα, ὅτι δίκαιος κριτὴς εἶ εἰς πάντας· φεύγοντός μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ θέλοντος ἐλθεῖν πρὸς σὲ τὸν κατὰ φύσιν μου Δεσπότην, καταδιώκουσί με ζητοῦντες ἁρπάσαι με· βοήθησόν μοι.

87. Οὕτως ἰσχυρῶς ἐπέβησάν με, ὅτι παρὰ μικρὸν ἐθανάτωσάν με ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ· ἐγὼ δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔλεγον τῇ ψυχῇ μου· Μνημόνευε τί σοι ἐντέταλται ὁ Θεός.

88. Καθὼς τὸ ἔλεός σου ἀμέτρητον, καὶ ἀνεξιχνίαστόν ἐστιν, οὕτω τὴν χάριν σου δός μοι τὴν ζωοποιοῦσάν με, καὶ πληρώσω τὰ προστάγματα, ἃ ἐνετείλω μοι.

89. Εἰς τὴν καρδίαν, ἐν ᾗ οἰκείως ἐμπεριπατεῖς, ἀπαύστως ἐστὶ τὸ θέλημά σου.

90. Εἰς τοὺς ἁγίους τοὺς καθ' ἑκάστην εὐαρεστήσαντάς σοι ὄντως ἐστὶν ἡ πίστις σου· ἐθεμελίωσας τὸν κόσμον ἐν τῇ πίστει σου, *καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς*.

91. Τῇ δωρεᾷ τῶν χαρισμάτων σου διαμένει τὸ φῶς σου, ὅτι ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων αὐτὸς δεσπόζεις.

92. Εἰ μὴ κἂν νῦν ἠρξάμην μανθάνειν τὸν νόμον σου, ἀλλ' ἔμεινον οὕτως ὡς τὸ πρότερον, παντὶ τρόπῳ εἶχον ἀπολέσθαι ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ μου.

93. Οὐκ ἂν ἐπιλάθωμαί ποτε τῶν παθημάτων σου, ὅτι νεκρόν με ὄντα ἐν τῷ αἵματί σου ἐζωοποίει [ἐζωοποίησας].

94. Ἐξηγόρασάς με τῷ τιμίῳ σου αἵματι τελείως· σῶσόν με, ὅτι, ἀκούσας τὸ κήρυγμά σου, ἐπίστευσα.

95. Ἐμὲ ἐζήτησαν αἱ ἐναντίαι δυνάμεις ἀπολέσαι ἐν τῇ εἰδωλολατρείᾳ· τὰ δὲ λεχθέντα παρὰ σοῦ περὶ τῆς εἰς σὲ πίστεως καὶ ἐλπίδος ἀκοῦσαι [ἀκούσας] ἐπίστευσα.

96. Πάσης δόξης, καὶ ἀπολαύσεως σαρκικῆς εἶδον

[63] Matth. XVI, 18

97. Ὡς ἠγάπησα τὸν νομον σου, Κύριε, ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μού ἐστιν. A

98. Ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐμοί ἐστιν.

99. Ὑπὲρ πάντας τοὺς διδάσκοντάς με συνῆκα, ὅτι τὰ μαρτύριά σου μελέτη μού ἐστιν.

100. Ὑπὲρ πρεσβυτέρους συνῆκα, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα.

101. Ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου, ὅπως ἂν φυλάξω τοὺς λόγους σου.

102. Ἀπὸ τῶν κριμάτων σου οὐκ ἐξέκλινα· ὅτι σὺ ἐνομοθέτησάς με.

103. Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου.

104. Ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου συνῆκα· διὰ τοῦτο ἐμίσησα πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας. B

105. Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου.

106. Ὤμοσα, καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου.

97. Ut dilexi legem tuam, Domine, tota die meditatio mea est.

98. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.

99. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.

100. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi.

101. Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.

102. A judiciis tuis non declinavi: quia tu legem posuisti mihi.

103. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

104. A mandatis tuis intellexi: propterea odivi omnem viam iniquitatis.

105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis.

106. Juravi, et statui custodire judicia justitiæ tuæ.

ATHANASII INTERPRETATIO.

τέλος· οἱ δὲ τὴν ἐντολήν σου φυλάττοντες ἀτελευτήτου δόξης, καὶ ἀπολαύσεως ἀξιοῦνται.

97. Ὡς μόνος ἠρξάμην ἀγαπᾷν τὸν νόμον σου, ἀδιαλείπτως λοιπὸν φωτίζομαι, καὶ προσκόπτω ἐν αὐτῷ.

98. Ταῖς γὰρ ἐναντίαις δυνάμεσι καὶ πᾶσι τοῖς αἱρετικοῖς οὐκ ἔδωκας τοιαύτην χάριν, ὡς ἐμοί, τοῦ εἰδέναι τὰς ἐντολάς σου, ὅτι ἐμοὶ ἀδιαλείπτως ἐδωρήσω τὴν χάριν αὐτήν. C

99. Ὑπὲρ τοὺς παλαιοτέρους μου τῇ ἡλικίᾳ ἐφωτίσθην τὰ λόγιά σου, ὅτι νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐν αὐτοῖς μελετῶ.

100. Ὑπὲρ τοὺς πρὸ ἐμοῦ ὄντας τῇ γνώσει συνῆκα τὴν δύναμιν τῶν Γραφῶν, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐπόθησα.

101. Ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας πονηρᾶς ἐπαυσάμην, ὅπως πληρώσω εἰς σὲ καὶ τὸν πλησίον ἀγάπην.

102. Ἐν τοῖς προστάγμασί σου πλαγεὶς οὐκ ἐπορεύθη, ὅτι σὺ τῆς χάριτός σου [ἐπορεύθην, ὅτι σὺ τῇ χάριτί σου] ὁδηγήσεις με.

103. Τὸ μὲν πρῶτον ἰδικὸν τοῦτό ἐστι, ὅτι ὑπὲρ τὸ μέλι γλυκύτερά εἰσι τὰ λόγιά σου· ἐκεῖνο γὰρ οὔτε εἰς τὴν καρδίαν μου εἰσέρχονται [εἰσέρχεται], καὶ μετὰ λαβεῖν αὐτὸ, εὐθέως ἡ γλυκύτης αὐτοῦ παύεται· D ταῦτα δὲ διαμένοντα εἰς τὴν καρδίαν μου πλεονάζουσιν εἰς ἐμὲ τὴν γλυκύτητα αὐτῶν· τὸ δὲ ἀλληγορῆσαι τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὑπὲρ πᾶσαν ἡδύτητα τοῦ κόσμου γλυκύτερά εἰσι τὰ λόγιά σου, ὅτι τῆς αἰωνίου ἀπολαύσεως ἔχουσι τὴν προσδοκίαν.

104. Ἀπὸ τῶν δικαιωμάτων σου συνεπείσθην· διὰ τοῦτο ἀπεστράφην πᾶσαν ἁμαρτίαν.

105. Ὅταν σκότος ἐπέλθῃ μοι τῆς ἁμαρτίας, φαίνει μοι ὄνομά σου, μὴ προσκόψαι [προσκόψαντά με] τῇ ἁμαρτίᾳ πεσεῖν, ἢ πληγῆναι ἔτι τῆς διανοίας μου [τῇ διανοίᾳ μου], καὶ φωτίζει με, τί ποιήσω.

106. Ὁ ὅρκος πίστις ἐστί· πιστεύσας οὖν εἰς σὲ, ἐστήριξα τὴν καρδίαν μου, τοῦ πληρῶσαι τὸ θέλημα τῆς ἀγαθότητός σου.

nem: custodientes autem mandatum tuum digni facti sunt interminа gloria, et voluptate.

97. Ut solum cœpi diligere legem tuam, indesinenter postea illuminor, et proficio in ipsa.

98. Nam contrariis potestatibus, et omnibus hæreticis non dedisti talem gratiam, sicut mihi, ut intelligerem mandata tua, quoniam mihi indesinenter donasti eam gratiam.

99. Super omnes seniores me illuminatus sum in eloquiis tuis, quoniam nocte ac die in ipsis meditor.

100. Super omnes, qui antecedebant me cognitione, intellexi virtutem Scripturarum, quoniam mandata tua desideravi.

101. Ab omni pravo peccato cessavi, ut erga te et proximum charitatem implerem.

102. In præceptis tuis territus ambulavi, quoniam tu deduces me gratia tua.

103. Primus quidem proprius sensus hic est, quod melle dulciora sunt eloquia tua; illud enim neque in cor meum ingreditur, et postquam acceptum est, statim cessat ejus dulcedo; hæc autem, cum perseverant in corde meo, augent in me suam dulcedinem: allegorice autem hoc significat, quod eloquia tua dulciora sunt omni mundi dulcedine, quoniam exspectationem habent æternæ voluptatis.

104. A justificationibus tuis edoctus sum, propterea abominatus sum omne peccatum.

105. Cum peccati tenebræ ingruunt mihi, apparet mihi nomen tuum, ne offendens in peccatum, cadam, aut etiam mente mea percutiar, et illuminat me, quid faciam.

106. Juramentum fides est: credens igitur in te, obfirmavi cor meum, ut impleam voluntatem bonitatis tuæ.

107. Humiliatus sum usquequaque : Domine, vivifica me secundum verbum tuum. A

108. Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine, et judicia tua doce me.

109. Anima mea in manibus meis semper, et legem tuam non sum oblitus.

110. Posuerunt peccatores laqueum mihi, et de mandatis tuis non erravi.

111. Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum : quia exsultatio cordis mei sunt.

112. Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum propter retributionem.

113. Iniquos odio habui, et legem tuam dilexi.

114. Adjutor et susceptor meus es tu, et in verbum tuum supersperavi. B

115. Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei.

116. Suscipe me secundum eloquium tuum, et vivifica me, et non confundas me ab exspectatione mea.

117. Adjuva me, et salvus ero, et meditabor in justificationibus tuis semper.

107. Ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα· Κύριε, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου.

108. Τὰ ἑκούσια τοῦ στόματός μου εὐδόκησον δὴ, Κύριε, καὶ τὰ κρίματά σου δίδαξόν με.

109. Ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου διαπαντὸς, καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην.

110. Ἔθεντο ἁμαρτωλοὶ παγίδα μοι, καὶ ἐκ τῶν ἐντολῶν σου οὐκ ἐπλανήθην.

111. Ἐκληρονόμησα τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα, ὅτι ἀγαλλίασμα τῆς καρδίας μού εἰσιν.

112. Ἔκλινα τὴν καρδίαν μου, τοῦ ποιῆσαι τὰ δικαιώματά σου εἰς τὸν αἰῶνα δι' ἀντάμειψιν.

113. Παρανόμους ἐμίσησα, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα.

114. Βοηθός μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου εἶ σὺ, εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

115. Ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ, πονηρευόμενοι, καὶ ἐξερευνήσω τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ μου.

116. Ἀντιλαβοῦ μου κατὰ τὸ λόγιόν σου, καὶ ζῆσόν με, καὶ μὴ καταισχύνῃς με ἀπὸ τῆς προσδοκίας μου.

117. Βοήθησόν μοι, καὶ σωθήσομαι, καὶ μελετήσω ἐν τοῖς δικαιώμασί σου διαπαντός.

ATHANASII INTERPRETATIO.

107. Antea cum dominaretur in me peccatum, multa inique gessi coram te ; vivifica me, quemadmodum dixisti : *Qui credit in me, habet vitam æternam* [61].

108. Et incerta, et abscondita sapientiæ tuæ manifesta mihi. C

109. Tu tradidisti te ipsum usque ad mortem, et non sum oblitus dilectionis erga te, et proximum.

110. Dæmones mihi injecerunt pecuniæ cupiditatem, et non erravi ; recordatus sum enim te dixisse [62] : Quam difficile, qui pecunias habent, ingredientur in regnum cœlorum.

111. Occultavi, dum video manifestationem tuorum testimoniorum, gaudium ineffabile esse cordi meo.

112. In æternum tradidi totum me ipsum ad placendum tibi omni tempore propter æternam bonorum tuorum retributionem.

113. Volentes abducere me a veritate, aversatus sum, præcepta autem tua defixi in corde meo. D

114. Tu in omnibus protegis me, credidi enim quæ dicta sunt a te de beata spe.

115. Recedite a me, adversariæ potestates, et firmabo mentem meam, quomodo impleam præcepta Dei mei.

116. Libera me ex laqueis diaboli quemadmodum promisisti dicens : Mors non amplius in vo dominabitur, et non permittes me superatum privari æterna vita.

117. Circumda gratia tua cor meum, et custo-

107. Κυριευθεὶς τὸ πρότερον ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πολλὰ ἠνόμησα ἐνώπιόν σου · καθὼς εἰρήκαμεν [ζῆσόν με, καθὼς εἴρηκας]· *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἔχει ζωὴν αἰώνιον.*

108. Καὶ τὰ ἄδηλα, καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου φώτισόν με.

109. Σὺ ἐξέδωκας ἑαυτὸν ἕως θανάτου, καὶ τῆς εἰς σὲ ἀγάπης καὶ τοῦ πλησίον οὐκ ἐπελαθόμην.

110. Οἱ δαίμονες ἐνέβαλόν μοι φιλαργυρίαν, καὶ οὐκ ἐπλανήθην· ἐμνημόνευον γάρ σου εἰπόντος, πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

111. Κατεκρύψησα ἐν τῷ εἰδέναι με τὴν φανέρωσιν τῶν μαρτυρίων σου, ὅτι χαρὰ ἀνεκλάλητός ἐστι τῇ καρδίᾳ μου.

112. Εἰς τὸν αἰῶνα ἐξέδωκα ἐμαυτὸν ὅλον εἰς τὸ εὐαρεστῆσαι διὰ παντὸς διὰ τὴν αἰωνίαν ἀνταπόδοσιν τῶν ἀγαθῶν σου.

113. Τοὺς θέλοντάς με ἀποστῆσαι τῆς ἀληθείας ἀπεστρεφόμην, τὰ δὲ προστάγματά σου περιεπυσσόμην [περιεπηξάμην] ἐν τῇ καρδίᾳ μου.

114. Σὺ ἐν πᾶσιν ὑπερασπίζεις μου· ἐπίστευσα γὰρ τοῖς εἰρημένοις παρὰ σοῦ περὶ τῆς μακαρίας ἐλπίδος.

115. Ἀναχωρήσατε ἀπ' ἐμοῦ, αἱ ἐναντίαι δυνάμεις, καὶ ἐπιστήσω τὸν νοῦν μου, πῶς πληρώσω τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ μου.

116. Ῥῦσαί με ἐκ τῶν παγίδων τοῦ διαβόλου, καθὼς ἐπηγγείλω λέγων· Θάνατος ὑμῶν οὐ μὴ κυριεύσει, καὶ μὴ συγχωρήσῃς ἡττηθέντα με στερηθῆναι τῆς αἰωνίου ζωῆς.

117. Κύκλωσον τῇ χάριτι σου τὴν καρδίαν μου,

[61] Joan. vi, 47. [62] Marc. x. 24.

118. Ἐξουδένωσας πάντας τοὺς ἀποστατοῦντας A ἀπὸ τῶν δικαιωμάτων σου· ὅτι ἄδικον τὸ ἐνθύμημα αὐτῶν.

119. Παραβαίνοντας ἐλογισάμην πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς· διὰ τοῦτο ἠγάπησα τὰ μαρτύριά σου.

120. Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου· ἀπὸ γὰρ τῶν κριμάτων σου ἐφοβήθην.

121. Ἐποίησα κρῖμα καὶ δικαιοσύνην· μὴ παραδῷς με τοῖς ἀδικοῦσί με.

122. Ἔκδεξαι τὸν δοῦλόν σου εἰς ἀγαθόν· μὴ συκοφαντησάτωσάν με ὑπερήφανοι.

123. Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐξέλιπον εἰς τὸ σωτήριόν σου, καὶ εἰς τὸ λόγιον τῆς δικαιοσύνης σου.

124. Ποίησον μετὰ τοῦ δούλου σου κατὰ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με. B

125. Δοῦλός σού εἰμι ἐγὼ, συνέτισόν με, καὶ γνώσομαι τὰ μαρτύριά σου.

126. Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ· διεσκέδασαν τὸν νόμον σου.

127. Διὰ τοῦτο ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον, καὶ τοπάζιον.

118. Sprevisti omnes discedentes a judiciis tuis: quia injusta cogitatio eorum.

119. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.

120. Confige timore tuo carnes meas: a judiciis enim tuis timui.

121. Feci judicium et justitiam: non tradas me calumniantibus me.

122. Suscipe servum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

123. Oculi mei defecerunt in salutare tuum, et in eloquium justitiæ tuæ.

124. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, et justificationes tuas doce me.

125. Servus tuus sum ego, da mihi intellectum, et sciam testimonia tua.

126. Tempus faciendi Domino: dissipaverunt legem tuam.

127. Ideo dilexi mandata tua super aurum, et topazion.

ATHANASII INTERPRETATIO.

καὶ φυλαχθήσομαι, καὶ εἰρήνης οὔσης ἐν ἐμοὶ, οὐδεμία μοι ἄχλη [ἄλλη] ἔσται φροντὶς, ἢ μὴ τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου διαπαντός.

118. Ὅτι οἱ μὲν ἐπίστευσαν εἶναί σε Θεὸν, οἱ δὲ τῇ ἀσελγείᾳ, καὶ τῇ πλεονεξίᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐξ- C έδωκαν ἑαυτούς.

119. Ἐλογισάμην, ὅτι ἀπολλύμενοί εἰσι πάντες οἱ τῇ ἀσελγείᾳ κεκολλημένοι· διὰ τοῦτο ποθῶ τὰ μαρτύριά σου· ὅτι ζωὴ αἰώνιός εἰσιν.

120. Πεπηγέναι ποίησον ἀσάλευτον ἐν τοῖς μέλεσί μου τὸν φόβον σου, ἵνα νενεκρωμένος ὑπάρχω τῇ ἁμαρτίᾳ· ἤκουσα γὰρ περὶ τῶν αἰωνίων κολάσεων, καὶ ἐφοβήθην.

121. Ἐπίστευσα καθὼς ἐνετείλω μοι, καὶ τὸ θέλημά σου πεπλήρωκα· μὴ συγχωρήσῃς κυριευθῆναί με ὑπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων.

122. Μακροθύμησον εἰς τὴν μετάνοιάν μου, μὴ εὕρωσιν αἱ ἐναντίαι δυνάμεις ἀφορμήν τινα κατηγορεῖσθαί με πρὸς σέ.

123. Ὅλος ὁ πόθος μοί ἐστι τὸ δέξασθαι τὴν χάριν D σου, καὶ πληρῶσαι ἅπερ ἐνετείλω μοι.

124. Καὶ τὰ δικαιώματά σου ποίησον μετ' ἐμοῦ, ὡς εἴωθε τὸ ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἐλέους καὶ τῇ χάριτί σου κατάρτισαι τὴν καρδίαν μου ἐπιτελεῖν τὰ δίκαια μετὰ σοῦ.

125. Ἐξηγόρασάς με τῷ τιμίῳ αἵματι, καὶ ὑπέταξά σοι ἐμαυτόν· δός μοι τὴν χάριν, ἵνα ἐπιγνῶ πῶς ἐπιτελεῖν ἅπερ ἐνετείλω μοι.

126. Νῦν ἐστιν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας σου ἀγωνίσασθαι ἕως θανάτου, ἐπειδὴ ἠρνήσαντο τὴν πίστιν σου.

127. Διὰ τοῦτο μᾶλλον τὰς ἁγίας σου Γραφὰς ἐκράτησα ὑπὲρ τὸ χρυσίον τὸ ἐξαίρετον. *Τοπάζιον* γὰρ *ἀγαθὸν* ἑρμηνεύεται· ἐπεὶ οὖν οὗτος ὁ πλοῦτος

diar, et cum pax erit in me, nulla alia mihi cura erit, nisi facere voluntatem tuam semper.

118. Quoniam alii quidem crediderunt te Deum esse, alii autem lasciviæ et avaritiæ, et reliquis vitiis se ipsos tradiderunt.

119. Cogitavi, quod perditi sunt omnes, qui adhærent libidini, ideo amo testimonia tua, quoniam sunt vita æterna.

120. Fac ut immobilis configatur timor tuus in membris meis, ut mortuus sim peccato, audivi enim de æternis suppliciis, et timui.

121. Credidi quomadmodum mihi præcepisti, et voluntatem tuam implevi; ne permittas, ut in me dominentur contrariæ potestates.

122. Patienter me exspecta ad pœnitentiam, ne adversariæ potestates causam aliquam inveniant accusandi me apud te.

123. Omne meum desiderium est gratiam tuam accipere, et implere quæ mihi præcepisti.

124. Et justificationes tuas fac mecum, quemadmodum consuevit misericordia tua, et secundum magnitudinem misericordiæ etiam perfice gratia tua cor meum, ut tecum, quæ justa sunt, perficiat.

125. Redemisti me pretioso sanguine, et subjeci tibi me ipsum, da mihi gratiam, ut agnoscam quomodo perficiam quæ præcepisti mibi.

126. Nunc tempus est decertare pro tua veritate usque ad mortem, quoniam negaverunt fidem tuam.

127. Propterea tenui magis sanctas tuas Scripturas, quam aurum electum. *Topazion* enim interpretatur *bonum*: quia igitur præsentes di-

128. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar : A omnem viam iniquam odio habui.

129. Mirabilia testimonia tua : ideo scrutata est ea anima mea.

130. Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis.

131. Os meum aperui, et attraxi spiritum : quia mandata tua desiderabam.

132. Aspice in me, et miserere mei secundum judicium diligentium nomen tuum.

133. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, et non dominetur mei omnis injustitia.

134. Redime me a calumniis hominum, et custodiam mandata tua.

135. Faciem tuam illumina super servum tuum, B et doce me justificationes tuas.

136. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei : quia non custodivi legem tuam.

137. Justus es, Domine, et rectum judicium tuum.

138. Mandasti justitiam testimonia tua, et veritatem tuam nimis.

128. Διὰ τοῦτο πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατωρθούμην· πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον ἐμίσησα.

129. Θαυμαστὰ τὰ μαρτύριά σου· διὰ τοῦτο ἐξερεύνησεν αὐτὰ ἡ ψυχή σου.

130. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτιεῖ, καὶ συνετιεῖ νηπίους.

131. Τὸ στόμα μου ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐπεπόθουν.

132. Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με κατὰ τὸ κρῖμα τῶν ἀγαπώντων τὸ ὄνομά μου.

133. Τὰ διαβήματά μου κατεύθυνον κατὰ τὸ λόγιόν σου, καὶ μὴ κατακυριευσάτω μου πᾶσα ἀνομία.

134. Λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων, καὶ φυλάξω τὰς ἐντολάς μου.

135. Τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, καὶ δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

136. Διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου· ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου.

137. Δίκαιος εἶ, Κύριε, καὶ εὐθεῖς αἱ κρίσεις σου.

138. Ἐνετείλω δικαιοσύνην τὰ μαρτύριά σου, και ἀλήθειαν σφόδρα.

ATHANASII INTERPRETATIO.

vitiæ temporariæ sunt, neque propter mandata tua æternæ exsistunt, ideo magis dilexi præcepta tua.

128. Propterea ad omnes tuas voluntates paratus eram, et omne peccatum abominatus sum, quoniam C in retributionem respicio.

129. Testimonia tua admiratione plena sunt ei, qui illa intelligere potest ; propterea desideravi agnoscere vim tuarum Scripturarum.

130. Interpretatio Scripturarum tuarum illuminat, et in intellectum adducit, qui infantes sunt in intelligendo.

131. Sitiens gratiam tuam deprecatus sum te, et dedisti mihi Spiritum sanctum tuum, quoniam desiderabam agnoscere Scripturarum interpretationem.

132. Quemadmodum respicis diligentes te cum misericordia et miseratione , ita etiam me aspice, et miserere mei.

133. Fac cor meum prompte sequi voluntatem D tuam, et non poterit omnis diaboli potestas abducere me ab amore tuo.

134. Libera me ab omni dæmonum incursu, et implebo mandata tua.

135. Lux gratiæ tuæ fac, ut exoriatur in corde meo, et doce me intelligere, et facere justificationes tuas.

A γε· *Κατὰ σκοπὸν διώκω εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως*. Ὁρᾷς τοὺς ἁγίους πτεροποιουμένους; Πτεροποιοῦσι γὰρ αὐτοὺς ἀληθῶς οἱ λόγοι οὗτοι. Τίνων γὰρ οὐκ ἐπτεροποιήθη ὁ νοῦς ἀκηκοότων τοῦ ἀναγνώσματος; Ἰδὲ γάρ τὸν πόθον τῆς μακαρίας ψυχῆς ταύτης λεγούσης· *Ἐξεγέρθητι, βοῤῥᾶ, καὶ ἔρχου, νότε, διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου*. Ἰδὲ τὴν πεποίθησιν τῆς μακαρίας ταύτης ψυχῆς, πῶς θαῤῥοῦσα ἑαυτῇ ἐκκαλεῖται τοὺς πειρασμοὺς πρὸς δοκιμασίαν ἑαυτῆς. *Ἐξεγέρθητι*, λέγει, *βοῤῥᾶ, καὶ ἔρχου, νότε*. Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐγὼ ἐστήριγμαι ἐπὶ τὴν πέτραν, ἐρχέσθωσαν οἱ ἄνεμοι καὶ προσβαλλέτωσάν μοι, ὁ μὲν εἷς ἐν τούτῳ τῷ μέρει, καὶ ὁ ἄλλος ἐν τῷ ἄλλῳ μέρει· ἐγὼ οὐ φοβοῦμαι οὐδένα· ἔχω τὴν πέτραν τὴν βαστάζουσάν B με· τὴν γὰρ οἰκίαν μου ἐπὶ τὴν πέτραν ᾠκοδόμησα, καὶ ἐν τῷ ἐλθεῖν τοὺς ἀνέμους οὐκ ἐφοβήθην. Θέλεις δὲ γνῶναι τίς ἐστιν ἡ πέτρα, ἐφ' ἧς ἕστηκεν αὐτὴ ἡ μακαρία ψυχή; ἄκουε τοῦ Παύλου πῶς ἑρμηνεύει αὐτὴν καὶ λέγει· *Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός*. Ἐπὶ ταύτης τῆς πέτρας στήκουσα οὐ πτοεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπὸ βοῤῥᾶ ἐρχόμενον διάβολον οὐ φοβεῖται, οὐδὲ πάλιν τὸν ἐκ νότου. Ὅσον γὰρ τεθεμελίωμαι καὶ ἕστηκα ἐπὶ τὴν πέτραν, οὐδὲν φοβοῦμαι· κἂν ἀπειλῇ μοι θάνατον, οὐ πτοοῦμαι, οὐ φοβοῦμαι διωγμόν. Ἕτοιμός εἰμι τοῦ ὁμολογῆσαι· οὐ φοβοῦμαι λιμὸν, ἔχων τὸν ἐνδυναμοῦντά με Λόγον· καὶ λέγω κἀγὼ κατὰ τὸν μακαριώτατον Παῦλον· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με, Χριστῷ*. Θλίψις μοι ἐὰν ἔλθῃ, ὑπομέ- C νω αὐτήν· διωγμὸς ἐὰν ἔλθῃ μοι, μαρτυρῶ· λιμὸς ἐὰν ἔλθῃ μοι, ἔχω τὸν τρέφοντά με Λόγον· μάχαιρα ἐὰν ἔλθῃ, ἔχω τὸν ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον τὸν διικνούμενον μέχρις ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν· ἡδονὴ σαρκὸς ἐὰν ἔλθῃ μοι, τῇ διστόμῳ μαχαίρᾳ ἀποτέμνω αὐτὴν, καὶ ἀποβάλλω καὶ εὐνουχίζω ἐμαυτόν· οὐ μάχαιραν ἐπιβάλλων, καθάπερ τινὲς τῶν ἀνθρώπων ποιοῦσιν, ἀλλὰ, καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι *Εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἀνθρώπους εὐνουχίζουσιν οὐ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν γυναικῶν ἑαυτῶν καὶ διὰ τήρησιν, καὶ διὰ ὑπερηφανίαν. Θέλεις δὲ ἀκοῦσαι τίνες εἰσὶν οἱ εὐνουχίσαντες ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; ἰδοὺ Ἰωσὴφ διὰ τὴν βασι- D λείαν τῶν οὐρανῶν εὐνούχισεν ἑαυτόν· κρατηθεὶς γὰρ ὑπὸ τῆς δεσποίνης εἰς τὸν κοιτῶνα, καὶ μηδενὸς ὄντος ἐν τῷ τόπῳ, κἀκείνης ἀναγκαζούσης τοῦ τελέσαι τὴν ἑαυτῆς ῥᾳθυμίαν, αὐτὸς εὐνούχισε μὴ συγκαταθέμενος αὐτῇ.

2. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ μακαρία Σουσάννα πεποίηκεν, εὑρεθεῖσα μόνη ἐν τῷ παραδείσῳ· κατασχόντες γὰρ αὐτὴν οἱ δύο πρεσβύτεροι, θέλοντες μοιχευθῆναι αὐτὴν, παράνομοι γέροντες οἱ μισητοὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ· τούτοις δὲ καὶ Σολομὼν ἔλεγεν, μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος διὰ Σολομῶντος, ὅτι *Τρία εἴδη ἐμίσησεν ἡ ψυχή μου, γέροντα μοιχὸν, καὶ πτωχὸν ὑπερήφανον*,

[47] Philip. III, 14. [48] Cant. IV, 16. [49] I Cor. X, 4. [50] Philipp. IV, 13. [51] Matth. XIX, 12. [52] Eccli. XXV, 4.

καὶ πλούσιον ψεύστην· ὁρᾷς, ὅτι μισητοὶ ὄντως A παρὰ τῷ Κυρίῳ ἐκεῖνοι οἱ γέροντες; ὅτε οὖν ἐπανέστησαν τῇ μακαρίᾳ Σουσάννῃ, μηδενὸς ὑπάρχοντος ἐν τῷ τόπῳ, θέλοντες τὴν ῥαθυμίαν ἑαυτῶν ἐκτελέσαι, αὕτη, συμβουλευσαμένη ἐν ἑαυτῇ τῷ λογισμῷ, εὐνούχισεν ἑαυτὴν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἄνθρωπον τηρῆσαι οὐ δύναται· οὐδὲ μήτηρ θυγατέρα ἑαυτῆς, οὐδὲ παιδίσκη κυρίαν, ἐὰν μὴ ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς φύλαξ γένηται τοῦ ἀνθρώπου. Διὰ τοῦτο, ὦ ἄνερ, εὐνουχίσας σεαυτὸν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ σὺ, ὦ γύναι, ἔτι ἀσφαλέστερον νοήσασα τὸ ῥητὸν, ἐπισκεψαμένη, δοκίμασον σεαυτὴν λέγουσα τό· *Ἐξεγέρθητι, βοῤῥᾶ, καὶ ἔρχου, νότε· διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου.* Ὅτε γὰρ Κύριος καὶ Σωτὴρ B ἡμῶν ἐσταυρώθη, ὅτε ὁ ἥλιος ἐσκότασεν, καὶ ἡ γῆ ἐσείετο, ὅτε αἱ πέτραι ἐσχίζοντο, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνοίγοντο· φόβος συνεῖχε τότε τοὺς μαθητὰς, μὴ εἰδότας τό· *Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης·* τότε οἱ μαθηταὶ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων ὁμοθυμαδὸν ἦσαν εἰς κέλλιον κρυπτόμενοι. Μὴ παρὼν δὲ ἐνταῦθα Ἰουδαῖος χλευαζέτω, μηδὲ ἀκούων Ἕλλην γελάτω. Ἐν τούτῳ γὰρ τὴν ἐλπίδα ἔχομεν· διὰ τοῦτο καὶ παῤῥησιαζόμενος λαλῶ. Οὗτος γὰρ ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, αὐτός ἐστιν ἡ σωτηρία ἡμῶν· ἡ γὰρ τούτου σταύρωσις κάθαρσις ἁμαρτιῶν ἦν. Καὶ ἦν θέαμα μέγα τότε γιγνόμενον, ὅτι, τοῦ σώματος σταυρουμένου, ἡ ἁμαρτία ἔπιπτεν. Εἰ μὴ γὰρ ἦν οὗτος ἐσταυρωμένος ἄχρι τοῦ νῦν, εἴλομεν τοὺς μώλωπας καὶ τὰς ἀσθενείας ἐν τῷ C σώματι. Καὶ θεωρῶν ἡμῶν ὁ διάβολος τὸ ἀσθενὲς κατεγαυρία ἡμῶν ἐπανιστάμενος καθ' ἡμῶν. *Εἶπε γὰρ ὁ ἐχθρός· Διώξας καταλήψομαι.* Διὰ τοῦτο ὁ Κύριος, κατελθὼν, πρὸς οὐδένα ἦλθεν εἰ μὴ πρὸς τὸν διάβολον· ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ διδοὺς ἡμῖν τὰ τραύματα, καὶ διαφθείρας ἡμᾶς ἐν ταῖς ἀσθενείαις. Διὰ τοῦτό φησι ὁ Κύριος λέγων· *Ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς σὲ, τὸ ὄρος τὸ διεφθαρμένον, τὸ διαφθεῖρον πᾶσαν τὴν γῆν.* Διὰ τοῦτο οὖν φησι· Μὴ γελάτω Ἰουδαῖος, τῶν μαθητῶν κρυπτομένων, καὶ τοῦ σώματος σταυρουμένου. Τοῦ γὰρ σώματος κινουμένου ἐν τῷ σταυρῷ, ὁ Λόγος ἐσκύλευσε τὸν ᾅδην· καὶ οἱ θυρωροὶ τοῦ ᾅδου βλέποντες ἔπτησσον· τότε αἱ γυναῖκες παρεκάθηντο τῷ σώματι ἐν τῷ μνημείῳ κλαίουσαι.

3. Τότε οἱ μαθηταὶ τοῦ Κυρίου ἔσω ἐν τῷ κελλίῳ D κρυπτόμενοι λεγέτωσαν. *Ἐξεγέρθητι, βοῤῥᾶ, καὶ ἔρχου, νότε. διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου.* Τὸ μὲν σῶμα τὸ ἐν τῷ βοῤῥᾷ κείμενον ἐξεγειρέσθω, ὁ δὲ Λόγος ἐκ τοῦ νότου ἐρχέσθω. Ἆρ' οὖν ἐν τῷ βοῤῥᾷ ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου; Καὶ γεγόναμεν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ἐν ᾧ ἦν σταυρωθεὶς ὁ Κύριος, καὶ ἦν ἐκ βοῤῥᾶ τῆς Ἱερουσαλήμ. Διὰ τοῦτο ὁ Δαυῒδ παρατετηρημένως ἔλεγεν· *Ὄρη Σιὼν, τὰ πλευρὰ τοῦ βοῤῥᾶ, ἡ πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου.* Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ὅτε γεγόναμεν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Χριστὸς, καὶ ἦμεν ἑστῶτες ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ προσευ-

quam odiosi apud Dominum senes illi? Cum itaque beatæ Susannæ imminerent, nemine tum in loco præsente, suæ satiandæ libidinis percupidi; ipsa consilio apud semetipsam habito, sese castravit propter regnum cœlorum. Homo quippe non potest hominem custodire, neque mater filiam, neque ancilla dominam, nisi pia cogitatio custos hominis adfuerit. Ideoque, homo, quisquis sis, qui teipsum castrasti propter regnum cœlorum : et tu, mulier, tecum habita illius sententiæ ratione, teipsam examines et dicas : *Surge, aquilo, et veni, auster, perfla hortum meum, et fluant aromata mea.* Cum enim Dominus et Salvator noster crucifixus est, cum sol obnubilatus est, terraque tremuit, cum petræ scinderentur, sepulcra aperirentur, tum formido discipulos occupavit, ignaros illius sententiæ, *Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis* [83] : tum discipuli propter metum Judæorum unanimiter erant in conclavi absconditi. Ne quis Judæus istic præsens irrideat, neu quis Græcus hæc audiens cachinnos effundat. In hoc uno spem habemus, quapropter cum fiducia loquor. Hic enim qui pendet in ligno, ipse est salus nostra; nam supplicium crucis quod subiit, purgatio peccatorum nostrorum erat. Fuitque tunc spectaculum grande, quod crucifixo corpore, peccatum caderet. Nisi enim crucifixus esset, plagis vibicibusque in corpore atque infirmitatibus afficeremur. Conspecta namque diabolus imbecillitate nostra, adversum nos superbiebat, imminebatque nobis : nam *Dixit inimicus : Persequar et comprehendam* [84]. Quamobrem cum descendisset Dominus, neminem adversus adiit, nisi diabolum : ille enim erat qui vulnera nobis inflixerat, nosque corruperat in infirmitatibus nostris. Quapropter ait Dominus : *Ecce ego ad te, mons corrupte, qui corrumpis universam terram* [85]. Ideo inquit, Ne rideat Judæus, discipulis latentibus, atque corpore crucifixo. Cum enim corpus in cruce penderet, Verbum spoliavit infernum, ac infernales ostiarii illo conspecto exhorruerunt : quo tempore mulieres corpori astabant, in monumento lacrymantes.

3. Tunc dicant discipuli Domini in conclavi latentes : *Surge, aquilo, et veni, auster : perfla hortum meum, et fluant aromata mea.* Corpus quidem ex parte aquilonis jacens exsurgat, Verbum vero ex austro veniat. Num ad aquilonem jacuit corpus Domini? Nos certe in loco fuimus, in quo crucifixus est Dominus, eratque ab aquilone Hierosolymæ. Idcirco David caute et consideranter ait : *Montes Sion, latera aquilonis, civitas regis magni* [86]. Ideoque nos quando locum adiimus ubi crucifixus est Christus, cum stantes versus orientem precaremur, eumdem locum in quo Dominus cruci fuerat affixus, ad aquilonem esse deprehendimus.

[83] Matth. xxvi, 31. [84] Exod. xv, 9. [85] Jerem. li, 25. [86] Psal. xlvii, 3.

Idcirco discipuli, ut dictum est, in conclavi intus latentes, dicant, *Surge, aquilo, et veni, auster, excitare cum aquilone*, id est, ex austro ad corpus accede. Idipsum enim in prophetis scriptum est: *Deus ex Theman veniet* [57]. Postquam triduo ad aquilonem corpus jacuisset, venit Servator ab austro, et accipit corpus quod in aquilone jacebat; discipulosque quo loco considebant adit. Tunc demum intrante Jesu, flatu repletus hortus fuit, et fluxerunt aromata. Tunc discipuli Domino dixerint: O Domine, cum tu cruci affixus es et infernum spoliasti, nos in cella eramus unanimiter congregati lucemque tuam quærentes; lux vero nobis præsentia tua est; qua privati, magnis in tenebris versabamur; atque hæc tunc adversum nos proferebantur: *Anima eorum in malis tabescebat* [58]. In malis namque tunc constituti, te non videbamus; nunc autem conspicati aquilonem surrexisse venisseque austrum, hortum flatu repletum esse, et aromata fluxisse vidimus.

4. Tunc accedat Thomas ad considerandum corpus, videatque vestigia clavorum, ac dicat: Hortus flatu auraque repletus est, et fluxerunt aromata. Aromata porro nostra sunt incorruptio, quam corpus induit: ideo quippe Paulus ait: *Oportet incorruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* [59]. Quandonam corpus induit incorruptionem, nisi quando Verbum requievit in ipso; scilicet quando Salvator resurrexit, et cum mulieres accesserunt ut ipsum contingerent, ait illis: *Ne me tangite, nondum enim ascendi ad Patrem meum?* Quocirca si teipsum castrasti, tu, o homo, sive tu, o mulier, audite desiderium beatæ illius animæ, quomodo Verbi cupidine accensa dicat: *Descendat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum* [60]. At enim tunc hortatur Verbum ut veniat in hortum, et comedat fructum pomorum suorum. Hortum æstimo esse mundum, in quem hortatur ipsum ut descendat et comedat fructum pomorum suorum. Poma autem sunt homines; fructus vero pomorum, opera legis, ad quem comedendum fructum rogabat ut descenderet. Ita quoque nos, si fructus legis paratos habeamus quos offeramus Domino, ipsum Verbum rogemus ut descendat et comedat fructum pomorum suorum; ipsius enim poma atque opificia sumus creati ad opera bona.

5. Quapropter rogemus ipsum. Quo pacto rogabimus? Per supplicationes et orationes, non ore clamando, sed cogitatione in nobis ipsis precando. Quid enim clamosa precaris voce, ac si dormiat Deus? Nam *ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel* [61]. Idipsum enim ait Jeremias: *Vigilavit super impietates meas* [62]. Idem Esaias locu-

A χόμενοι, καὶ ἦν βορεινὸς ὁ τόπος ὅπου ἦν σταυρωθεὶς ὁ Κύριος. Διὰ τοῦτο οὖν οἱ μαθηταὶ ἐν τῷ κελλίῳ ἔσω κρυπτόμενοι λεγέτωσαν· *Ἐξεγέρθητι, βοῤῥᾶ, καὶ ἔρχου, νότε, ἐξεγέρθητι σὺν βοῤῥᾷ*, τουτέστιν, ἐκ τοῦ νότου εἰς τὸ σῶμα. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τοῖς προφήταις γέγραπται, ὅτι *Ὁ Θεὸς ἐκ Θεμὰν ἥξει.* Τριημέρου δὲ κειμένου τοῦ σώματος ἐν τῷ βοῤῥᾷ, ἔρχεται ὁ Σωτὴρ ἐκ τοῦ νότου, καὶ λαμβάνει τὸ σῶμα τὸ ἐν τῷ βοῤῥᾷ κείμενον, καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἦσαν. Τότε λοιπὸν, εἰσελθόντος τοῦ Ἰησοῦ, ἔπνευσεν ὁ κῆπος, καὶ ἔῤῥευσαν τὰ ἀρώματα. Τότε λεγέτωσαν οἱ μαθηταὶ τῷ Κυρίῳ· Ὦ Κύριε, ὅτε σὺ ἐσταυρώθης, καὶ ἐσκύλευες τὸν ᾅδην, ἡμεῖς ἦμεν ἐν κελλίῳ ὁμοθυμαδὸν συνερχόμενοι καὶ ζητοῦντες τὸ παρὰ σοῦ φῶς· φῶς δὲ ἡμῖν ἡ σὴ B παρουσία. Μὴ βλέποντες δὲ τὴν σὴν παρουσίαν, ἦμεν ἐν σκότει πολλῷ συνεχόμενοι· καὶ ἐλέγετο καθ' ἡμῶν τοῦτο, ὅτι, *Ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν κακοῖς ἐτήκετο.* Ἐν κακοῖς γὰρ ἦμεν τότε, οὐκ ἐβλέπομέν σε· νῦν δὲ ὅτε εἴδομεν, ὅτι ἐξεγέρθη ὁ βοῤῥᾶς καὶ ἦλθεν ὁ νότος, τότε ἔπνευσεν ὁ κῆπος, καὶ ἔῤῥευσαν τὰ ἀρώματα.

4. Τότε προσερχέσθω ὁ Θωμᾶς κατανοῆσαι τὸ σῶμα, καὶ ἰδεῖν τοὺς τύπους τῶν ἥλων, καὶ ἐν τῷ κατανοῆσαι αὐτὸν καὶ ἰδεῖν τοὺς τύπους τῶν ἥλων λεγέτω· Ἔπνευσεν ὁ κῆπος, καὶ ἔῤῥευσαν τὰ ἀρώματα. Ἀρώματα δὲ ἡμῶν ἡ ἀφθαρσία τοῦ σώματος, ἣν ἐνεδύσατο. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.* Πότε δὲ ἐνεδύσατο τὸ σῶμα τὴν ἀφθαρσίαν εἰ μὴ διὰ τῆς C ἀναπαύσεως τοῦ Λόγου; ἀμέλει γε ὅτε ἀνέστη ὁ Σωτὴρ, καὶ ἦλθον αἱ γυναῖκες ἅψασθαι αὐτοῦ, ἔλεγεν αὐταῖς· *Μή μου ἅπτεσθε· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου.* Διὰ τοῦτο, εἰ εὐνούχισας σεαυτὸν, ὦ ἄνερ, καὶ σὺ, ὦ γύναι, ἀκούσατε τὸν πόθον τῆς μακαρίας ταύτης ψυχῆς, πῶς ποθοῦσα τοῦ Λόγου λέγει· *Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ.* Τότε μὲν γὰρ παρεκάλει τὸν Λόγον καταβῆναι εἰς τὸν κῆπον καὶ φαγεῖν καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ· πρὸς μὲν γὰρ τὸν κῆπον τὸν κόσμον εἶναι, ἐφ' ὃν παρεκάλει αὐτὸν καταβῆναι καὶ φαγεῖν καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ· τὰ δὲ ἀκρόδρυα εἶναι τοὺς ἀνθρώπους· τὸν δὲ καρπὸν εἶναι τῶν ἀκροδρύων τὰς πράξεις τοῦ νόμου· ὃν παρεκάλει D αὐτὸν καταβῆναι καὶ φαγεῖν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς εἰ ἔχομεν ἑτοίμους τοῦ νόμου ἀποδοῦναι τοὺς καρποὺς τῷ Κυρίῳ, παρακαλῶμεν καὶ ἡμεῖς τὸν Λόγον καταβῆναι καὶ φαγεῖν τὸν καρπὸν τῶν ἀκροδρύων αὐτοῦ· αὐτοῦ γὰρ ἐσμεν ἀκρόδρυα καὶ ποιήματα κτισθέντες ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς.

5. Διὰ τοῦτο καὶ παρακαλωμεν αὐτόν. Πῶς δὲ αὐτὸν παρακαλοῦμεν; Διὰ δεήσεων καὶ προσευχῶν, οὐχ ἵνα τῷ στόματι κράζωμεν, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ ἐν ἑαυτοῖς εὐχόμενοι. Τί γὰρ εὐχόμενος κράζεις, ὡς τοῦ Θεοῦ κοιμωμένου; *Ἰδοὺ γὰρ οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ.* Τοῦτο δὲ καὶ Ἱερεμίας ἔλεγεν· *Ἐγρηγόρησεν ἐπὶ τὰ ἀσεβήματά*

[57] Habac. III, 3. [58] Psal. CVI, 26. [59] I Cor. XV, 53. [60] Cant. V, 1. [61] Psal. CXX, 4. [62] Thren. I, 14.

μου· τοῦτο δὲ καὶ Ἡσαΐας ἔλεγεν· *Ἔτι σου λαλοῦντος ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι.* Οὐ γὰρ ἀναμένει ὁ Θεὸς τοὺς ἐκ τῶν χειλέων λόγους. Ἀμέλει γε ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἔλεγεν, ὅτι *Οἶδεν ὁ Θεὸς ὧν χρείαν ἔχετε πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν.* Διὰ τοῦτο μὴ ὡς ἐξ ἔργου εὐχόμενοι κράζωμεν· ἀλλ' εἰ καὶ τῷ στόματι εὔχῃ, εὔχου καὶ τῷ νοΐ· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ. Ἐκ βαθέων* γὰρ, φησὶ, *ἐκέκραξά σοι, Κύριε.* Διὰ τοῦτο καὶ ἡ γυνὴ ἐν ταῖς Βασιλείαις ὅτε ηὔχετο κράζουσα, ὁ ἱερεὺς ἐφίμωσε τὸ στόμα αὐτῆς, ἡγησάμενος αὐτὴν, ὅτι ἐμέθυεν· καὶ ὅμως ἐκείνη, τῷ νοΐ εὐχομένη, καὶ εἰσηκούσθη, καὶ ἔτεκε τὸν Σαμουήλ. Διὰ τοῦτο καὶ σὺ τί εὐχόμενος κράζεις, ὡς τοῦ Θεοῦ μὴ ἀκούοντος; Ἄκουε τοῦ λέγοντος, ὅτι *Ὁ φυτεύσας τὸ οὖς οὐχὶ ἀκούει;* Εἰ μὲν γὰρ σὺ ἔχων ὦτα ἀκούεις, πόσῳ μᾶλλον ὁ ποιητὴς ὤτων; Διὰ τοῦτο παρὰ Κυρίῳ μὴ εὐχόμενοι κράζωμεν, ὡς τοῦ Θεοῦ μὴ ἀκούοντος· καὶ γὰρ σιωπώντων ὁ Θεὸς ἀκούει. Θεωρεῖς γὰρ τὸν πόθον τὸν ἐν ταύτῃ τῇ μακαρίᾳ ψυχῇ, πῶς, παρακαλούσης αὐτῆς καὶ λεγούσης· *Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ·* πῶς εὐθέως λέγει ὁ Λόγος· *Εἰσῆλθον εἰς κῆπόν μου, ἀδελφή μου νύμφη;* ὡς οὐδὲν ταχύτερον· ἔτι γὰρ αὐτῆς λαλούσης, εὐθέως ὑπήκουσε· θεωρεῖς τὸ γεγραμμένον· *Ὅτι καὶ ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, Ἰδοὺ πάρειμι;* Ἅμα γὰρ ἐν τῷ αὐτὴν παρακαλεῖν καὶ λέγειν· *Κατάβηθι, ὦ Λόγε, εἰς τὸν κῆπόν σου, καὶ φάγε τὸν καρπὸν τῶν ἀκροδρύων σου,* εὐθέως ὑπήκουσεν αὐτῇ λέγων· *Εἰσῆλθον εἰς τὸν κῆπόν μου, ἀδελφή μου νύμφη.*

6. Διὰ τί δὲ καὶ νύμφην καὶ ἀδελφὴν αὐτὴν ὀνομάζει; Πᾶς γὰρ νυμφίος οὐκ ὀνομάζει τὴν νύμφην αὐτοῦ ἀδελφήν· ὧδε δὲ καὶ ἀδελφὴν καὶ νύμφην αὐτὴν ὀνομάζει, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ θάλαμος ἐπαδόμενος σαρκός. Ὅταν μὲν γὰρ ὀνομάζει αὐτὴν νύμφην, διὰ τὸν Λόγον, τὸν μνηστευθέντα τὴν ψυχήν. Τοῦτο γὰρ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.* Ὅταν δὲ καὶ ἀδελφὴν αὐτὴν ὀνομάζει, διὰ τὴν σάρκα ἣν ἐφόρεσε. Τοῦτο γὰρ εἷς τῶν προφητῶν σημαίνων περὶ αὐτοῦ ἔλεγεν· *Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου.* Διὰ τοῦτο μηδεὶς νομιζέτω σαρκικοὺς εἶναι τοὺς λόγους τούτους. Ὅτε μὲν γὰρ παρεκάλει αὐτὸν ἡ μακαρία αὕτη ψυχὴ λέγουσα· *Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ*, ὅταν μὲν γὰρ ἀκούσῃ ψυχὴν, μὴ μίαν ψυχὴν ὑπολάμβανε, ἀλλ' ὅλον τὸν κόσμον. Διὰ τοῦτο τοίνυν παρακαλοῦμεν αὐτὸν λέγοντες· *Κατάβηθι, ὦ Λόγε, εἰς τὸν κῆπόν σου, καὶ φάγε τὸν καρπὸν τῶν ἀκροδρύων σου·* καὶ εὐθέως αὐτὸς ἐπήκουσεν· *Εἰσῆλθον εἰς κῆπόν μου, ἀδελφή μου νύμφη· ἐτρύγησα σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων μου.* Πότερον παρεκάλεσάς με καταβῆναι καὶ φαγεῖν τοὺς καρπούς; Ἰδοὺ καταβέβηκα· δός μοι τοὺς καρπούς. Ὁ μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων λόγος εὐ-

A tus est: *Adhuc te loquente, dicam: Ecce adsum* [63]. Non enim Deus exspectat verba labiis prolata. Et sane Salvator in Evangelio ait: *Scit Deus quorum opus habeatis antequam petatis ab ipso* [64]. Ideo ne quasi perfunctorie clamemus in precando; sed, si ore precaris, precare et mente. Id enim et Paulus aiebat: *Psallam spiritu, psallam et mente* [65]. *De profundis,* inquit alius, *clamavi ad te, Domine* [66]. Quamobrem et mulier in libris Regum, cum clamando precaretur, sacerdos ipsam coercuit, ratus ebriam esse [67]; et tamen illa cum mente precaretur, optatum consecuta, Samuelem peperit. Quid ergo tu clamas in oratione, ac si Deus non audiat? Audi eum qui dicit, *Qui plantavit aurem non audiet* [68]? Nam si tu, quia aures habes, audis, quanto
B magis aurium opifex? Ne clamemus itaque ad Dominum precando, quasi Deus non audiat: Deus enim vel silentes audit. Viden' desiderium beatæ illius animæ, quo pacto hortante illa his verbis: *Descendat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum* [69], extemplo et nulla interposita mora Verbum dicat, *Intravi in hortum meum, soror mea sponsa* [70]? Nihil celerius; ipsa quippe loquente, subito respondit. Viden' quod scriptum est: *Quoniam adhuc te loquente, dicam: Ecce adsum* [71]? Cum primum enim ipsa hortata est atque dixit, *Descende*, o Verbum, *in hortum tuum, et comede fructum pomorum tuorum*, subito respondit illi dicens: *Intravi in hortum meum, soror*
C *mea sponsa.*

6. Quid est quod sponsam et sororem eamdem vocat? Non enim quivis sponsus sponsam suam sororem nuncupaverit. Hic vero et sororem et sponsam ipsam compellat, scilicet ut ostenderet non esse thalamum carnis voluptuosum. Nam cum sponsam vocat, id agit Verbi causa, quod animam desponsavit. Idipsum enim Paulus ait: *Despondi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo* [72]. Cum autem ipsam sororem nuncupat, id ait, propter carnem quam gestavit. Id quippe prophetarum aliquis indicat, hæc de ipso loquens, *Narrabo nomen tuum fratribus meis* [73], Ideo nemo arbitretur sermones hujusmodi carnales esse. Cum enim ipsum
D beata illa anima hortatur dicens: *Descendat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum*, ubi animam audis, ne unam suspicere animam, sed totum mundum. Quamobrem invitemus ipsum his verbis. *Descende*, o Verbum, *in hortum tuum, et comede fructum pomorum tuorum;* et ipsum subito respondebit, *Ingressus sum in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis.* Num concitasti me ut descenderem et comederem fructus? Ecce descendi, da mihi fructus. Judæorum quidem sermo pro uvis spinas statim profert, et pro ficis tribulos.

[63] Isa. LIX, 9. [64] Matth. VI, 8. [65] I Cor. XIV, 15. [66] Psal. CXXII, 1. [67] I Reg. I, 14. [68] Psal. XCIII, 9. [69] Cant. V, 1. [70] Ibid. [71] Isa. LIX, 9. [72] II Cor. XI, 2. [73] Psal. XXI 23.

Quandonam autem ipsi hujusmodi fructus obtulerunt, nisi quando crucifigebatur? Petiit enim potum ex fructibus vineæ, et vini loco obtulerunt illi acetum. Viden' fructum eorum, quo pacto in acetum versus sit? Dicat proinde Salvator, Evocasti me ut descenderem et comederem poma, ecce veni sitibundus, et acetum mihi obtulisti : veni etiam esuriens ad ficum, et folia solum inveni. Utinam vel folia tantum invenissem, dum ne aridum lignum : ideoque ipsi maledixi. Descendi enim ut comederem fructus pomorum; et cum descendissem, ecce deprehendi sanguinem super sanguine commistum, fornicarios, adulteros et sanguinem innocentem effusum. Inveni vos sculpentes lapides et rem sculptam Deum vocantes, ac demum pro fructibus myrrham reperi, atque tui causa abducor ad mortem. *Descendi ut comederem fructus pomorum :* et ecce propter te loco messis mortem accipio; myrrham meto cum aromatibus. At utinam postquam myrrham pro messe recepi, vel ita tandem salutem nanciscamini, ac scelerum finem faciatis, nec dicatur adversum vos id quod in vicesimo nono psalmo habetur, *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem* [74]? Descendi enim propter te, ac mortem myrrhamque pro messe accepi; ac non solum myrrham, sed etiam cum aromatibus. Quo pacto autem cum aromatibus? Quando enim myrrham messui, scilicet mortem, corpus in monumento depositum fuit : cum resurrexit idem corpus incorruptum, tunc apparuerunt aromata : aromata porro erant incorruptio corporis.

7. Quapropter pulchre sic loquitur : *Myrrham meam messui cum aromatibus meis : comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo* [75]. Viden' Verbum ad omnem ætatem emissum? Quod Judæis quidem utpote infantibus mel et lac in alimentum præbeat; mel et lac cum audis, legem existima; nam ipsis utpote infantibus lac datum est; perfectis vero panis et vinum datum. Solida enim esca est panis atque vinum, scilicet Evangelium. Quamobrem pulchre Salvator ait : *Comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Viden' quo pacto ubique idipsum dicat? Ipsius enim est tam Novum quam Vetus Testamentum. Ideo væ Judæis qui mel et lac comedunt. Similiter et Manichæi panem et vinum edunt; catholica autem Ecclesia illa duo una comedit, panem cum melle, bibitque vinum cum lacte. Et cum panem comedimus, una cum Verbo mel item absumimus. Scriptum item fuit ut agnus in Pascha comederetur. Agnum itaque sumo et cum ipso Verbo manduco; nec agnum solum edo, sed etiam Verbum, quod sicut agnus ad occisionem ductum est. Ideo pulchre dicit : *Comedi panem meum cum melle meo, et bibi vinum meum cum lacte meo :* et subito prosequitur : *Comedite, vicini mei,*

A θέως φέρει ἀντὶ σταφυλῶν ἀκάνθας, καὶ ἀντὶ συκῶν τριβόλους. Πότε δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ τούτους τοὺς καρποὺς, εἰ μὴ ὅτε ἐσταυροῦτο; Ἤτησε γὰρ πιεῖν ἐκ τῶν καρπῶν τῆς ἀμπέλου, καὶ ἀντὶ οἴνου προσήνεγκαν αὐτῷ ὄξος. Ὁρᾷς τὸν καρπὸν αὐτῶν ὅτι ὤξηκε; Λεγέτω τοίνυν ὁ Σωτήρ· Παρεκάλεσάς με καταβῆναι, καὶ φαγεῖν ἀπὸ τῶν ἀκροδρύων, καὶ ἰδοὺ ἦλθον διψῶν, καὶ ὄξος μοι προσήνεγκας· καὶ ἦλθον πάλιν πεινῶν ἐπὶ τὴν συκῆν, καὶ φύλλα μόνον εὗρον. Εἴθε δὲ κἂν φύλλα μόνον εὑρίσκειν, καὶ μὴ τὸ ξύλον ξηρόν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ κατηρασάμην αὐτήν. Καταβέβηκα γὰρ φαγεῖν τοὺς καρποὺς τῶν ἀκροδρύων, καὶ ἰδοὺ καταβὰς εὗρον αἵματα ἐφ' αἵμασιν μισγόμενα, πορνεύοντας καὶ μοιχεύοντας, καὶ αἵματα ἀθῷα ἐκχυνόμενα. Εὗρον ὑμᾶς γλύφοντας λίθους, καὶ Θεὸν
B ὀνομάζοντας· καὶ λοιπὸν ἀντὶ ἀκροδρύων σμύρναν· καὶ εἰς θάνατον ἄγομαι διὰ σέ. *Καταβέβηκα τοῦ φαγεῖν τοὺς καρποὺς τῶν ἀκροδρύων·* καὶ ἰδοὺ θάνατον τρυγῶ διὰ σέ· σμύρναν τρυγῶ μετὰ ἀρωμάτων. Ἀλλ' εἴθε τρυγήσαντός μου τὴν σμύρναν σωθέντες ἦτε καὶ πεπαυμένοι τῶν κακῶν, καὶ μὴ λεγέτω καθ' ὑμῶν τὸ ἐν τῷ εἰκοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ λεγόμενον· *Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν;* Καταβέβηκα γὰρ διὰ σὲ, καὶ θάνατον ἐτρύγησα καὶ σμύρναν· ἀλλ' οὐ μόνον τὴν σμύρναν, ἀλλὰ μετὰ ἀρωμάτων. Πῶς δὲ καὶ μετὰ ἀρωμάτων; Ὅτε γὰρ ἐτρύγησα τὴν σμύρναν, τουτέστι τὸν θάνατον· ὅτε ἐτέθη ἐν τῷ μνημείῳ, καὶ ἀνέστησεν τὸ σῶμα ἄφθαρτον, τότε ἐφάνησαν τὰ ἀρώματα· ἀρώματα δὲ ἦν ἡ ἀφθαρσία τοῦ σώματος.

C 7. Διὰ τοῦτο καλῶς λέγει· *Ἐτρύγησα σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων μου· ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου· ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου.* Θεωρεῖς τὸν Λόγον τὸν πρὸς πᾶσαν ἡλικίαν γιγνόμενον; καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νηπίοις οὖσιν διδοὺς τροφὴν μέλι καὶ γάλα· μέλι δὲ καὶ γάλα ἐὰν ἀκούσῃς, τὸν νόμον νόμιζε· ὡς γὰρ νηπίοις αὐτοῖς οὖσιν ἐδόθη τὸ γάλα· τοῖς δὲ τελείοις ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος δίδοται· στερεὰ γάρ ἐστι τροφὴ καὶ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, τουτέστι τὸ Εὐαγγέλιον. Διὰ τοῦτο τοίνυν καλῶς λέγει ὁ Σωτήρ· *Ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου, ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου.* Θεωρεῖς πῶς πανταχοῦ λέγει; Αὐτοῦ γάρ ἐστι καὶ ἡ Καινὴ καὶ ἡ Παλαιά. Διὰ τοῦτο οὐαὶ τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς τὸ μέλι καὶ γάλα ἐσθίουσιν. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Μανιχαῖοι τὸν
D ἄρτον καὶ τὸν οἶνον ἐσθίουσιν· ἡ δὲ Καθολικὴ Ἐκκλησία τὰ δύο ὁμοῦ ἐσθίει, τὸν ἄρτον μετὰ τοῦ μέλιτος, καὶ πίνει τὸν οἶνον μετὰ τοῦ γάλακτος· καὶ ἐσθίοντες μὲν τὸν ἄρτον συναναλίσκομεν τῷ λόγῳ καὶ τὸ μέλι. Καὶ τὸ πρόβατον γέγραπται ἐσθίειν τὸ Πάσχα. Λαμβάνω τὸ πρόβατον καὶ συναναλίσκω αὐτὸ τῷ Λόγῳ· καὶ οὐκ ἐσθίω τὸ πρόβατον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενον Λόγον. Διὰ τοῦτο καλῶς λέγει· *Ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου, καὶ ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου·*

[74] Psal xxix, 10. [75] Cant. v, 1.

καὶ εὐθέως λέγει· *Φάγετε, οἱ πλησίον μου, καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε, ἀδελφοί.* Ἰδὲ τὸν Σωτῆρα πῶς νηπίοις παραγγέλλει φαγεῖν· τοῖς δὲ μείζοσι λέγει, *Καὶ πίετε*· τοῖς δὲ τελείοις ἔλεγεν, ὅτι *Καὶ μεθύσθητε, ἀδελφοί.* Ἀμέλει γε Παῦλος, τέλειος ὤν, καὶ μεμεθυσμένος τὴν θείαν ταύτην μέθην, ἔλεγεν· *Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν.* Μὴ νομίσῃς δὲ αὐτὸν, ὅτι ἀπὸ οἴνου ἦν ἐξιστάμενος· αὐτὸς γὰρ παρήγγειλε· *Μὴ μεθύσκετε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία*· ἀλλ', *Ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου.* Τιμοθέῳ γράφει· εἰ δὲ ἄλλοις παραγγέλλει, πόσῳ μᾶλλον ἑαυτῷ; Ἐκεῖνος γὰρ μεμεθυσμένος ἦν καλὴν καὶ θείαν ἀπὸ τοῦ Λόγου μέθην. Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς συναριθμηθῆναι μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

et bibite, inebriamini, fratres [76]. Vide quo pacto Salvator infantibus præcipiat ut comedant, majoribus dicat, *Et bibite*; perfectis, *Et inebriamini, fratres.* Sane Paulus cum perfectus esset, et divina ista ebrietate plenus, dicebat: *Sive enim mente excedimus Deo, sive sapientes sumus vobis* [77]. Ne putes autem illum exhausto vino mente excessisse; ipse namque præcepit his verbis: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* [78]: sed Timotheo scribit: *Vino modico utere propter stomachum tuum* [79]. Quod si aliis hoc præcipiat, quanto magis sibiipsi? Ille quippe inebriatus erat bona illa et divina Verbi ebrietate. Faxit autem Deus, ut nos cum illo annumeremur in regno cœlorum, in Christo Jesu. Amen.

[76] Cant. v, 1. [77] II Cor. v, 13. [78] Ephes. v, 18. [79] I Tim. v, 23.

MONITUM

IN SERMONES SIVE COMMENTARIOS IN MATTHÆUM.

—

An Athanasius sermones, sive commentarios in Matthæum *dederit, necne, re ex conjecturis solum ponderata, olim ambigere fas erat; siquidem catenæ* in Evangelium Matthæi, *Athanasii nonnulla circumferentes, notato solum Athanasii nomine, nec commentaria, nec sermones homiliasve memorabant. Et quia locorum hujusmodi, quædam erant ex operibus jam cusis excerpta, hinc mihi suboluit cætera, quæ in editis non exstabant ex amissis sancti Doctoris operibus deprompta fuisse. Jam vero omnis suspicandi vel ambigendi causa levatur: in codicibus enim cum Italicis tum Gallicis, in quos sub hæc incidimus, commentaria et sermones Athanasii* in Matthæum *diserte memorata deprehendimus; imo etiam ex sermone sexto et nono ad manuscriptorum fidem non pauca damus. Nec mirum, quod hæc commentaria, modo* ἑρμηνεῖαι, *sive* interpretationes, *modo* λόγοι *sive* sermones, *aut melius* libri *vocitentur. Hic enim mos Græcorum est, ut prolixa opera et* συντάγματα, *in* λόγους, *sive libros distribuant. Qua ratione illa* in Matthæum *interpretatio in multos libros sive sermones distincta fuit. Et vero videmus in sequentibus,* ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου λόγον ϛ', ex interpretatione Evangelii secundum Matthæum sermonem sextum *afferri. Quæ sane commonstrant iis vocibus,* ἑρμηνεία *et* λόγος, *quæ Athanasii interpretationibus præmittuntur, idem significari opus.*

Horum itaque commentariorum jam fragmenta aliquot ex manuscriptis et catenis sub finem Athanasii operibus edidimus, sed plerumque manca et lacera. Cum porro multa plura, inobservata pridem ex manuscriptis nuper accesserint, ad nativum ordinem omnia restituimus. Fateorque tamen me, quia compendio studere soleam, aliquandiu hæsisse, num isthæc recens eruta tantum, prætermissis aliis jam editis, sejunctim ederem; et lectorem subinde ad jam edita remitterem. At tum amicorum suasu, tum meopte consilio ac nutu, importunum scrupulum abegi; sive quia non satis cautum lectoris otio videbatur, si ad varia identidem loca, non enim simul omnia, inter legendum amandaretur; sive præsertim quia pauca illa jam publicata, ut plurimum initio, medio et fine mutila sunt, ac interdum duplo triploque auctiora ex manuscriptis prodeunt.

Quia vero solent, quæ peregrinis in locis exstant, peregrinum olere, fatemur nos de fragmento ex Athanasii commentario avulso, De novem insanabilibus morbis Herodis, *ac inter Athanasiana, quo fors tulerat conjecto, aliquando dubitasse. Verum ubi, proprio in loco positum, conferre licuit cum aliis* in Mathæum *interpretationibus eamdem in eo facile Athanasii manum agnovimus. Quæ porro hic de novem Herodis morbis narrat, ex Josepho ad verbum pene mutuatus est: aliaque de Herodis natalibus erudite ex eodem Josepho et ex Africano edisserit.*

Alius fortasse suboriatur scrupulus, quod ad interpretationem illius, « Beati mundo corde [80-81]*, » Athanasius illud Jobi, « Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei vita ejus sit super terram* [82]*, » de sordibus corporeis in-*

[80-81] Matth. v, 8. [82] Job xiv, 4.

telligendum pugnet, negetque contra hæreticorum quorumdam (sic ille) opinionem, infantium animis sordes, sive peccata inesse. Verum, ut ipse nec obscure interpretatur, de sordibus sive peccatis actualibus, ut vocant, agitur, quæ inesse pueris nemo sanus dixerit. Quod si quis reponat, cur Jobi dictum ad peccatum originale non referat Athanasius, huic regeram, Athanasium et si qui alii affinia locuti sunt, pro sordibus animæ propriis, delicta solum a quolibet homine admissa habuisse; neque tamen ignorasse, ex Adami lapsu, universos ejus posteros, debitum mortis tam animæ quam corporis contraxisse. Et alias non integer locus est, sed mutilus: quod si exstarent omnia, haud dubie hanc Athanasii mentem esse ex serie deprehenderemus. De his pluribus in præfatione.

Hic porro præclara multa occurrunt contra fatum et genethliacos; de abdicandis episcopis, presbyteris et diaconis improbe se gerentibus: de mysteriorum Christi sive sacræ Eucharistiæ distributione per diaconum agenda: qui intelligendum sit illud: Blasphemia in Filium hominis remittetur, in Spiritum sanctum secus: *contra eos qui lunam inter numina censerent, quo ævum Athanasianum indicatur, quando multiplicium deorum error adhuc vigebat in orbe. Et his similia bene multa.*

Quo tempore autem hæc commentaria edita fuerint, nonnisi ex loco illo augurari licet ubi sanctus Doctor arguit Apollinarium impietatis. Nam uti ex ipsius Athanasii in synodo Antiochena, anno 362, testimonio, nec non ex Procli loco in synodo Constantinopolitana exploratum est; postremis solum vitæ annis Athanasius cum Apollinario in apertum bellum prorupit, eumque ut hæresiarcham per hominum ora traduxit. Fortasse dici posset etiam Athanasium, cum hæc commentaria prius edidisset, clausulam illam in Apollinarium postea adjunxisse; quam rem non semel præstitisse sanctum Doctorem docuimus alias.

—

EX SERMONIBUS SIVE COMMENTARIIS IN EVANGELIUM MATTHÆI.

—

Liber generationis Jesu Christi.

Et sacerdos et rex Christus erat: sacerdos quidem, ut qui se obtulerit hostiam pro omnibus; rex vero, ut qui adversus peccatum et mortem regnaverit.

A

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

(4) Καὶ ἱερεὺς καὶ βασιλεὺς ὁ Χριστὸς ἐτύγχανεν· ἱερεὺς μὲν ὡς ἑαυτὸν προσαγαγὼν θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν, βασιλεὺς δὲ ὡς κατὰ τῆς ἁμαρτίας καὶ θανάτου βασιλεύσας.

Generationes quatuordecim.

Quæ causa est cur cum in hisce generationibus duodecim tantum personæ compareant, quatuordecim tamen generationes inveniantur [56]? Pro persona, arbitror, evangelista transmigrationem posuit; et pro alia persona, Christum.

Γενεαὶ δεκατέσσαρες

Καὶ πῶς ἐνταῦθα ἐπὶ τῶν γενεῶν, δώδεκα προσώπων κειμένων, δεκατέσσαρες γενεαὶ εὑρίσκονται; Οἶμαι, ὅτι καὶ τὴν μετοικεσίαν αὐτὴν ἀντὶ προσώπου ὁ εὐαγγελιστὴς τέθεικε· καὶ ἀντὶ τῆς ἑτέρας δὲ τὸν Χριστόν.

Athanasii Alexandrini liber interpretationis Evangelii secundum Matthæum.

Vidimus enim stellam ejus in oriente [57]. Si pro singulis hominibus stella in cœlo esset, quare tertia die cœlum infinitis innumerisque stellis repletum est cum tamen Adam sexta die efformatus sit?

(5) *Ἀθανασίου Ἀλεξανδ. βίβλος τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγ.*

Εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ. Εἰ δὲ ἦν καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον ἀστὴρ ἐν τῷ οὐρα-
B νῷ, πῶς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὁ οὐρανὸς κατέγεμε τῶν ἀπείρων καὶ ἀναριθμήτων ἄστρων, τοῦ Ἀδὰμ πλασθέντος τῇ ϛ' ἡμέρᾳ·

Et interjectis quibusdam ex Chrysostomo.

Quod autem neque fatum, neque genesis, id est ortus hora, neque cursus astrorum nostra dirigant, vel hinc palam est. Nam si inde omnia gesta pendeant, non ex hominum voluntate et electione, cur furti reum domesticum verberas? quid causæ est quod adulteram uxorem ad tribunal trahas? quare de improbis factis pudore suffunderis? quid est quod contumeliosa verba non feras; sed si quis te mœchum aut fornicatorem, aut ebriosum, aut quid simile appellet, id contumeliam vocas? Nam si peccatum non ex sententia prodiret tua, neque crimen

Ὅτι γὰρ οὔτε εἱμαρμένη, οὔτε γένεσις, οὔτε δρόμος ἀστέρων τὰ καθ' ἡμᾶς διοικεῖ, ἐντεῦθεν δῆλον. Εἰ γὰρ ἐκεῖθεν ἤρτηται τὰ γινόμενα πάντα, καὶ οὐ τῆς προαιρέσεως τῶν ἀνθρώπων, τίνος ἕνεκεν μαστιγοῖς τὸν οἰκέτην κεκλοφότα; τίνος ἕνεκεν μοιχευθεῖσαν τὴν γυναῖκα εἰς δικαστήριον ἕλκεις; τίνος ἕνεκεν αἰσχύνῃ πονηρὰ πράττων; τίνος ἕνεκεν οὐδὲ τὰ ῥήματα φέρεις ὀνειδιζόμενα· ἀλλ' ἐάν τίς σε καλέσῃ μοιχὸν, ἢ πόρνον, ἢ μέθυσον, ἢ τι τοιοῦτον,
C ὕβριν τὸ πρᾶγμα καλεῖς; Εἰ γὰρ μὴ τῆς σῆς γνώμης τὸ ἁμαρτάνειν, οὔτε ἔγκλημα τὸ γινόμενον, οὔτε

[56] Matth. I, 17. [57] Matth. II, 2.

(4) Edit. Athan., p. 1006, ex catena a P. Possino edita *in Matthæum*.

(5) Ex codice Regio 1993, x sæculi fol., 42.

ὕβρις τὸ λεγόμενον. Νῦν δὲ καὶ δι' ὧν τοῖς ἁμαρτάνουσιν οὐ συγγινώσκεις, καὶ δι' ὧν αὐτὸς αἰσχύνῃ τὰ κακὰ πράττων, καὶ λανθάνειν σπουδάζεις, καὶ δι' ὧν τοὺς ταῦτά σοι προσφέροντας ὑβριστὰς νομίζεις· διὰ πάντων ὁμολογεῖς, ὅτι οὐκ ἀνάγκῃ δέδεται τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ προαιρέσεως ἐλευθερίᾳ τετίμηται. Τοῖς γοῦν ἀνάγκῃ συνεχομένοις συγγινώσκειν οἴδαμεν· κἂν ὑπὸ δαίμονός τινος ὀχλούμενός τις τὸν χιτῶνα διαῤῥήξῃ τὸν ἡμέτερον, ἢ πληγὰς ἐπενέγκῃ, οὐ μόνον ουκ ὀνειδίζομεν, ἀλλὰ καὶ ἐλεοῦμεν καὶ συγγινώσκομεν. Τί δήποτε; ὅτι οὐχὶ τῆς προαιρέσεως ἐλευθερία, ἀλλ' ἡ τοῦ δαίμονος βία εἰργάσατο ταῦτα. Ὥστε, εἰ καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἐγίνοντο, συνέγνωμεν ἄν· ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάγκης, διὰ τοῦτο οὐ συγγινώσκομεν, οὔτε δεσπόται οἰκέταις, οὔτε ἄνδρες γυναιξὶν, οὔτε γυναῖκες ἀνδράσιν, οὔτε διδάσκαλοι μαθηταῖς, οὔτε πατέρες παισὶν, οὔτε ἄρχοντες ἀρχομένοις· ἀλλὰ πικροὶ τῶν τετολμημένων ἐξετασταὶ καὶ τιμωροὶ γινόμεθα, καὶ δικαστήρια καταλαμβάνομεν, καὶ πληγαῖς ὑποβάλλομεν, καὶ ἐπιτιμήσεσι χρώμεθα, καὶ πάντα πράττομεν ὅπως ἀπαλλάξωμεν αὐτοὺς τῶν κακῶν.

A id egisse, neque contumelia esset id prædicari. Nunc porro cum peccantibus non ignoscas, cum improba gerendo te pudeat, cum latere studeas, cum eos qui talia tibi proferunt pro contumeliosis habeas; sane fateris ex his omnibus, hæc nostra non necessitate quadam colligari, sed voluntatis libertate honorata esse. Iis sane qui necessitate tenentur, ignoscere solemus: ac si quis, compellente dæmonio, tunicam discindat nostram, aut plagas inferat, non solum illi non exprobramus, sed misericordia moti ignoscimus ipsi. Cur hoc? quia non ex voluntatis arbitrio, sed dæmonis impulsu id egit. Itaque si alia quoque peccata ex necessitate a fato inducta admitterentur, veniam daremus utique: quia vero scimus ea non ex necessitate provenire; B ideo non parcimus, non domini domesticis, non viri uxoribus, non uxores viris, non magistri discipulis, non patres filiis, non principes subditis; sed acerbi facinorum inquisitores, et ultores sumus; tribunalia adimus, plagis subjicimus, et castigatione utimur: nihilque non agimus ut a malis nos eripiamus.

(6) Τὸ, *Ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ*, σημεῖον τῆς τῶν μάγων ἐπιεικείας καὶ πίστεως. Οἱ γὰρ τοιοῦτον διάστημα διανύσαντες διὰ τὸ προσκυνῆσαι τὸν Χριστὸν, τί οὐκ ἂν ἐποίησαν, εἰ ἐν τῇ ἐκείνων χώρᾳ τὸ τοιοῦτον μυστήριον γεγένητο; Ἀποδεκτέοι οὖν οἱ ἄνδρες τῆς πίστεως, καὶ ἐπαινετέοι τῆς ἀρετῆς κατὰ πάντα τρόπον.

Illud, *Venimus adorare eum*, magorum probitatis atque fidei signum est. Qui enim tantum itinerit intervallum Christi adorandi gratia confecerunt, quid non facturi erant si in sua regione tantum mysterium editum fuisset? Commendandi itaque viri hujusmodi sunt propter fidem suam, atque omnino virtutis suæ causa laudandi.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς κατὰ Ματθαῖον ἑρμηνείας.

Περὶ τῶν ἐννέα ἀνιάτων παθῶν τῆς τοῦ Ἡρώδου τελευτῆς.

C *Athanasii Alexandrini ex interpretatione in Matthæum.*

De novem insanabilibus morbis, quibus Herodes afflictus interiit.

(*Vide tom. II, col.* 1251.)

(7) *Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον.*

Οὗτος ὁ λόγος ἔλεγχός ἐστιν ἀκριβὴς τῆς τοῦ Ἀπολλιναρίου ἀθεότητος, εἰπόντος μὴ λαβεῖν τὸν Χριστὸν ψυχὴν νοερὰν, ἀλλ' εἶναι σῶμα μόνον ἄνευ ψυχῆς καὶ λόγου.

(8) *Ἡ δὲ τροφὴ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.* Ὅτι δὲ καὶ ἡ βοτάνη τίς ἐστιν ἀκρὶς λεγομένη, ὁ Σολομὼν ἡμᾶς διδάσκει λέγων· *Ἀνθήσει τὸ ἀμύγδαλον, καὶ παχυνθήσεται ἡ ἀκρίς.* Ἀλλ' οὐδὲ πόα τίς ἐστι τὸ μέλι ἄγριον, ἀλλὰ μέλι ὄντως ἄγριον, πικρότατον ὂν, καὶ πάσῃ γεύσει πολέμιον.

Τὸ, *Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι καθαριεῖ ὑμᾶς· διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ, ὃς καὶ ἀφιέναι ἁμαρτίας ἐξουσίαν ἔχει.

Surgens accipe puerum [58].

Hæc loquendi ratio probe arguit Apollinarium impietatis: qui dixit, Christum non accepisse animam intelligendi vi præditam; sed solum corpus sine anima et ratione exstitisse.

Cibus autem ejus erant acrides, et mel silvestre [59]. D Quod herbæ genus quoddam sit *acris* dictum, id nos Salomon edocet his verbis: *Florebit amygdalum, et coagulabitur acris* [60]. Sed mel illud silvestre, non herba, sed mel revera silvestre, acerbissimum ac gustui ingratissimum est.

Illud: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto* [61], id denotat, quod ipse vos purgaturus sit: quia scilicet id præstare non valet Joannis baptisma; sed Christi, qui etiam remittendi peccata potestatem habet.

[58] Matth. II, 20. [59] Matth. III, 4. [60] Eccl. XII, 5. [61] Matth. III, 11.

(6) Edit. Athan., p. 1006, ex Possini catena *in Matthæum*.

(7) Ibid.

(8) Eamdem hujus vocis, ἀκρίς, interpretationem videsis apud Isidorum Pel., l. I, ep. 142 fusius enarratam.

Si Filius Dei es[62]. Qui ad singulas tentationes ita A diabolus interrogat: *Si Filius Dei es?* Id nimirum ait ad eorum similitudinem, quæ jam olim in paradiso dixit: Adamum enim sic alloquitur: *Qua die comederitis, aperientur oculi vestri*[63]; quo ostenderet illis, se a Deo fuisse deceptos. Quamobrem hic quoque ad singula dicta assidue repetit, *Si Filius Dei es;* id est, si vox quæ te Filium vocavit vera est, quare non confirmas eam, agendo quæ tibi dico?

Docens in synagogis eorum[64]. Palam Christus et cum fiducia docet; ut credant illi (Judæi) doctrinam suam non esse legi contrariam. Quod scilicet maxime omnium Judæos in furorem adversus eum concitabat. B

Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam[65]. Esurientes ac sitientes justitiam dicit eos, qui alacri ac fervido animo justitiam exercent. *Saturabuntur* enim, ait, et in hac vita, eo quod paucis contenti sint; multoque magis in futura, utpote cum Christo semper versaturi, ubi neque dolor neque luctus erit.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt[66]. Quia quisquis omni cupiditatis affectione cor suum purgavit, propria in pulchritudine divinæ naturæ videt imaginem. Apta enim est animæ puritas ad Deum per seipsam speculandum [*sive*, in seipsa exprimendum].

Athanasii Alexandrini.

C **Ex sermone sexto interpretationis in Evangelium Matthæi, in illud: *Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei fuerit vita ejus super terram*[67].**

At ignorant sane hæretici illud, *Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei fuerit vita ejus*, de naturali sorde quam ex utero matris egressus infans secum affert, dictum fuisse. Quamobrem ait legislator Moyses[68], mulierem enixam immundam esse, pro masculo quadraginta diebus, pro femina, octoginta, ob majorem scilicet naturæ humiditatem. Quod si non ita esset ut lex Moysis effert, vel ex ipsa naturæ ratione argumenta adversum mutuari liceret. Quod enim peccatum admittere infans valeat, cujus vita unius diei fuerit? Adulterium? minime gentium, cum non in voluptate vigeat. D Fornicationem? nihilo magis, cum non sit talis concupiscentiæ capax. Cædem? At mortifera tela gestare nequit. Perjurium? sed articulatim vociferari non valet. Avaritiam? sed neque alienam novit pecuniam, neque suam. Imo etiam injuriarum prorsus immemores parvuli sunt; nam donec ad virilem ætatem pervenerint, verberati precantur, atque pulsi non sese vindicant. Unde et Dominus iis qui in se credunt ait: *Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlo-*

[62] Matth. IV, 3. [63] Gen. III, 4. [64] Matth. IV, 23. [65] Matth. V, 6. [66] Matth. 8. [67] Job XIV, 4. [68] Levit. XII, 2-5.

(9) Ex codice Regio 1993, x sæculi, f. 319.

Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ. Διὰ τί καθ' ἑκάστην πεῖραν τοῦτο ἐρωτᾷ τὸν Χριστὸν ὁ διάβολος, λέγων· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ;* Καθ' ὁμοιότητα τοῖς πρότερον αὐτῷ λελεγμένοις ἐν τῷ παραδείσῳ ταῦτα φθέγγεται. Εἶπε γὰρ πρὸς τὸν Ἀδάμ· *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί*· δεικνύων αὐτοῖς δῆθεν, ὡς ἠπατημένοι εἰσὶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ συνεχῶς ἐπιφέρει ἐνταῦθα καθ' ἕκαστον τῶν ἑαυτοῦ λόγων, τὸ, *Εἰ Υἱὸς εἶ Θεοῦ*, τουτέστιν, εἰ ἡ φωνὴ ἀληθής ἐστιν ἡ καλέσασά σε Υἱὸν, τί οὐ ταύτην βεβαιοῖς τῷ πράττειν ἃ σοι λέγω;

Διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν. Φανερῶς ὁ Χριστὸς καὶ μετὰ παῤῥησίας διδάσκει· ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι ἃ διδάσκει, οὐκ ἐναντία τυγχάνει τῷ νόμῳ· ὃ δὴ καὶ τοὺς Ἰουδαίους μᾶλλον ἐξέμηνε κατ' αὐτοῦ.

Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. Πεινῶντας καὶ διψῶντας τὴν δικαιοσύνην λέγει τοὺς μετὰ προθυμίας καὶ ὀρέξεως τὴν δικαιοσύνην ποιοῦντας. *Χορτασθήσονται* γὰρ, φησὶ, καὶ ἐνταῦθα ὡς ὀλίγοις ἀρκούμενοι· πολλῷ δὲ πλέον ἐν τῇ μελλούσῃ ζωῇ, ὡς ἀεὶ μετὰ Χριστοῦ διάγοντες· ἔνθα οὔτε λύπη οὔτε στεναγμός ἐστιν.

Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ Θεὸν ὄψονται. Ὅτι ὁ πάσης ἐμπαθοῦς διαθέσεως τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἀποκαθάρας ἐν τῷ ἰδίῳ κάλλει τῆς θείας φύσεως καθορᾷ τὴν εἰκόνα. Ἱκανὴ γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς καθαρότης ἐστὶ τὸν Θεὸν δι' ἑαυτῆς κατοπτρίζεσθαι.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας.

(9) Περὶ τοῦ, *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς*, τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου λόγου ς'.

Ἀλλ' οὔτε ἴσασιν οἱ αἱρετικοὶ τὸ, *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ*· ὅτι ἐῤῥέθη περὶ τοῦ φυσικοῦ ῥύπου, ὃ ἐπικομίζεται τὸ βρέφος ἐξερχόμενον ἐκ τῆς νηδύος τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Διὸ καὶ ὁ νομογράφος Μωϋσῆς ἔφη τὴν τίκτουσαν γυναῖκα εἶναι ἀκάθαρτον, ἐπὶ μὲν τῷ ἄῤῥενι μ' ἡμέραις, ἐπὶ δὲ τῷ θήλει π' διὰ τὸ ὑγρότερον τῆς φύσεως. Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν οὕτως ὡς ἔχει ὁ νόμος Μωϋσέως, καὶ ἡ φυσικὴ ἀκολουθία δώσει λόγον ἐξεναντίας· ποίαν δύναται ποιῆσαι τὸ παιδίον ἁμαρτίαν, οὗ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ; Μοιχείαν; οὐ πάντως· οὐ γὰρ ἀκμάζει ἐν τῇ ἡδονῇ. Πορνείαν; οὐδὲ οὕτως, ὄντα ἐκτὸς τῆς τοιαύτης ὀρέξεως. Φόνον; ἀλλ' ἀμηχανεῖ βαστάσαι ὅπλον θανάτου. Ἐπιορκῆσαι; ἀλλὰ τέως λείπεται τῆς ἐνάρθρου φωνῆς. Πλεονεκτῆσαι; ἀλλ' οὐκ ἔχει γνῶσιν τῶν ἀλλοτρίων χρημάτων, ἀλλ' οὔτε τῶν ἰδίων. Τῆς δὲ ἀνεξικακίας εἰσὶ πεπληρωμένα τὰ νήπια· ἕως γὰρ ἀνδρυθῶσι, καὶ τυπτόμενα παρακαλεῖ, καὶ διωκόμενα οὐκ ἀμύνεται. Ὅθεν καὶ ὁ Κύριος ἔφη τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· *Ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Ἐπεὶ

οὖν τούτων τῶν ἁμαρτημάτων τὰ βρέφη ἀμύητα ὑπάρχει, ποίαν ἁμαρτίαν ἔχει τὸ ἀνθημερινὸν παιδίον, εἰ μὴ καθὼς ἔφημεν τὸν σωματικὸν ῥύπον· οὔτε μὴν ὁ λέγων ἔφη· *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας*, ἀλλ' *ἀπὸ ῥύπου*.

(10) Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

Πῶς νοητέον τὸ, *Ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ*.

Μοιχεύει γυναῖκα τῇ καρδίᾳ ἐκεῖνος, ὁ συνδιατιθέμενος τῇ πράξει, ἀπεκώλυσε δὲ τὸν τοιοῦτον, ἢ τόπος, ἢ χρόνος, ἢ φόβος τῶν Ῥωμαϊκῶν νόμων. Ὅτι δὲ πολλοὶ, μὴ δράσαντες τὴν ἀσέβειαν, ὡς μοιχοὶ ἐκολάσθησαν, ῥαδίως ἐστὶ τοὺς πάντας πληροφορηθῆναι ἐκ τοῦ Ὁλοφέρνους. Σπεύδοντος γὰρ δρᾶσαι τὸ μύσος, ἡ Ἰουδὶθ, ὡς νόμος δικαιοσύνης, σπασαμένη τὸ ξίφος ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, ἐπικαλεσαμένη εἰς βοήθειαν καὶ ὑπερασπισμὸν τὸν δοτῆρα τῶν νόμων Θεὸν, καὶ συνεργὸν τῆς σωφροσύνης. Ὡσαύτως καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι, εἰρηκότες τῇ Σωσάννῃ, *Ἰδοὺ ἐν ἐπιθυμίᾳ σού ἐσμεν*, καίπερ τοῦτο μὴ πράξαντες, ὡς μοιχοὶ ἐκολάσθησαν, καὶ τὴν ζημίαν ἔσχον θάνατον. Ἐὰν οὖν καὶ ἄρτι τίς ἐστι τοιοῦτος, ἀκόλαστος, ἀκρατὴς, ἐπιθυμῶν ἀλλοτρίων γυναικῶν, κατὰ διάνοιαν μοιχεύει· ὁ γὰρ ἡγεμονεύων τῶν παθῶν, καθαρεύων ἀπὸ ὀφλήματος, ἀπὸ αἰσχρολογίας, οὗτος οὐκ ἔστι μοιχὸς, ἀλλὰ παθοκρατορικός· ἀναστέλλων τὸ ἐπαχθὲς τῆς ἡδονῆς τῷ θεϊκῷ φόβῳ ὡς κῦμα θαλάσσιον ἀνακοπτόμενον ὑπὸ ἰσχυρᾶς καὶ στερεᾶς πέτρας.

(11) *Εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Βαδίζοντες τὴν ἀπλανῆ καὶ ζωηφόρον ὁδὸν, ὀφθαλμὸν μὲν ἐκκόψωμεν σκανδαλίζοντα· μὴ τὸν αἰσθητὸν (12)· καὶ γὰρ πηροὶ μοιχοί· ἀλλὰ τὸν νοητόν. Οἷον ἐὰν ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος, οἱ ὄντες ὀφθαλμοὶ τῆς Ἐκκλησίας, κακῶς ἀναστρέφωνται, καὶ σκανδαλίζωσι τὸν λαὸν, χρὴ αὐτοὺς ἐκβάλλεσθαι. Συμφέρον γάρ ἐστιν ἄνευ αὐτῶν συναθροίζεσθαι εἰς εὐκτήριον οἶκον, ἢ μετ' αὐτοὺς ἐμβληθῆναι, ὡς μετὰ Ἄννα καὶ Καϊάφα, εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ χεὶρ, ὁ διάκονος, ἐὰν ἀναξίως τι πράττῃ, χωριζέσθω τοῦ θυσιαστηρίου (13). Ὁ δὲ ποῦς, ὁ ὑπηρέτης, ἐὰν κακῶς τρέχῃ εἰς τὸ ψεῦδος, καὶ τὴν λῆψιν τῶν χρημάτων κατὰ τὸν Γιεζῆ, δεῖ καὶ τοῦτον τῆς λειτουργίας ἀποξενοῦσθαι ὡς χαλεπὸν καὶ ἀσύνετον ἄνθρωπον· ἵνα ἡ Ἐκκλησία ἀσκανδαλίστως συναγομένη διαφυλαχθήσηται.

(14) Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

Βιβλίου τῆς ἑρμηνείας τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου.

Προσέχετε δὲ τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Πα-

A *rum* [69]. Cum itaque delictorum hujusmodi prorsus imperiti parvuli sint; quod, quæso, peccatum admittat puerulus ipsa die natus, nisi, uti diximus, corpoream sordem? Neque enim ita dicitur, *Nemo mundus* a peccato, sed, *a sorde*.

Athanasii Alexandrini.

Quo pacto intelligendum illud: *Qui respicit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo* [70].

Mœchatur corde cum muliere, qui perficiendo operi consensit; sed ab illicito et pravo congressu, aut loco, aut tempore, aut metu Romanarum legum coercitus est. Quod autem multi, qui exterius in peccatum non proruperunt, quasi mœchi supplicio affecti fuerint, omnibus palam facere in promptu B est ex Holopherne. Nam cum fœdum opus peragere gestiret, Judith, ceu lex quædam justitiæ, districto gladio caput ejus abscidit, invocato prius ad opem et patrocinium legum datore et continentiæ opitulatore Deo. Eodem quoque modo senes duo, cum Susannæ dixissent: *Ecce in concupiscentia tui sumus* [71], etiamsi facinus non perpetrassent, ut mœchi plexi ac morte mulctati sunt. Si hoc ergo tempore quispiam sit hujusmodi, intemperans, lascivus, alienas uxores appetens, is animo fornicatur. Nam qui in affectus suos imperium habet, a quovis delicto purus et ab obscenis dictis, hic mœchus non est, sed cupiditatis victor; quippe qui voluptatis impetum divino metu, quasi decumanum maris fluctum C a solida et firma petra repressum, coerceat.

Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te [72], et cætera. Incedentes autem in via nulli errori obnoxia et vivifica, oculum eruamus si nobis offendiculo sit; non quidem sensilem illum, nam cæci quoque mœchi sunt, sed spiritualem; ut si, verbi causa, episcopus et presbyter, qui sunt Ecclesiæ oculi, improbe versentur, et populo lapsus occasio sint, abjiciendos oportet. Præstat enim in domo orationis, remotis illis, conventus agere, quam, velut cum Anna et Caipha, cum eis injici in gehennam ignis. Similiter si diaconus, qui pro manu habetur, indignum quid egerit, ab altari segregetur. Minister vero qui pro pede reputatur, si improbe ad mendacium, et ad munera, ut Giezi [73], accipienda decur- D rat; hunc quoque opus est, ut pravum et imprudentem hominem, a ministerio submovere; ut Ecclesia sine offensione congregata servetur.

Athanasii Alexandrini

Ex libro interpretationis in S. Evangelium.

Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cœlis est [74].

[69] Matth. XVIII, 3. [70] Matth. V, 28. [71] Dan. 13, 20. [72] Matth. V, 29. [73] IV Reg. V, 20-23. [74] Matth. VI, 1.

(10) Edit. Athan. ex codice Barociano, p. 1026.

(11) Edit. Athan., p. 1027, ex codice Vaticano 392. Verum auctiora et emendatiora prodeunt ex codice Reg. 1993, f. 320, et ex cod. Colbert. 504.

(12) Hæc desunt in edit., sed habentur in mss.

(13) Quæ sequuntur ad finem usque ex mss. deprompta, desiderantur in edit.

(14) Hæc prodeunt ex cod. Reg. 1993, X sæculi f. 134, longe auctiora iis quæ in edito leguntur, p. 503.

Hortatur itaque nos Unigenitus, ut ne eleemosynam faciamus coram hominibus; non ut cunctemur fratres nostros fovere, ac egenis bene facere; sed ut ne, vanæ laudis appetentium Pharisæorum exemplo, præsentem gloriam aucupemur: sed potius mercedem fidelis et accuratæ eleemosynæ a Deo in futuro exspectemus, qui non tantum de munere delectatur, quantum de opima et bona largientis voluntate, ut ex inopis viduæ, quæ duo minuta in gazophylacium misit, exemplo ediscere valemus.

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Id est, voluntates carnis Spiritus sancti consilium ne noverint. Qui vero fieri potest, ut dum quis facit eleemosynam, manus ejus sinistra in partem operis ac beneficii non veniat? Oportet enim ambas manus se invicem in præstando beneficio prorsus juvare. Nam læva manu pecuniam sive crumenam tenente, dextera bonum semen in agro cordis pauperum spargit, ut spicam metat, non culmo hærentem; sed vitam sempiternam et immortalem in cruce suspensam. Non vult autem Unigenitus sinistras carnalesque cogitationes scire quid faciat manus dextera sancti Spiritus, ne forte bono proposito et opimæ voluntati aversentur dicentes: Opus nobis est ad multos annos cibos sumptusque curare, vestes varias, ornatas domos, argenteum ferculum, depositum aureum, mancipia ad ministerium, vicos et agros ad proventus. Dextræ enim partes sancti Spiritus nihil horum omnino curant vel concupiscunt, huic Dominicæ voci fidem habentes: *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis*[75]. Sic certe non noverit sinistra quid faciat dextera. Cum enim mens puro Deo placendi desiderio affecta, totisque nitens viribus ne ab officio recedat, legitime decertat; tunc sane nullius neque membri alicujus recordatur, nisi ejus quod ad præsens opus usu veniat; haud secus atque artifex, qui quovis tempore solum sibi necessarium instrumentum respicit. Insuper, si nulla incredulitatis in fide ratio subsit, nec lux possit esse tenebrarum causa, nec cum Christo diabolus commonstrari valeat; manifestum sane est neque cum ratione esse posse, id quod rationi omnino contrarium est. Quod si cum ratione prorsus esse non possit id quod est rationi contrarium; qui ad virtutum rationem evectus est, situm rationi contrarium nescit, sed unam virtutem cognoscit; atque ideo neque dexteram quoad excessum, neque sinistram quoad defectum novit. Utrobique enim occurrit quod rationi aperte contrarium est.

Orantes autem ne multum loquamini[76]. Longas hic orationes, sed non frequentes aversatur. Jubet enim sine intermissione orare.

A *τρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Συμβουλεύει δὲ ἡμῖν ὁ Μονογενὴς μὴ ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· οὐχ ἵνα μέλλωμεν περιστέλλεσθαι τοὺς ἀδελφοὺς ἐν τῷ εὖ ποιεῖν τοῖς δεομένοις· ἀλλ' ἵνα μὴ μέλλωμεν θηρεύειν παροῦσαν δόξαν κατὰ τοὺς κενοδόξους Φαρισαίους· ἐκδέχεσθαι δὲ μᾶλλον παρὰ Θεοῦ τὴν ἀμοιβὴν ἐν τῷ μέλλοντι τῆς πιστῆς καὶ περισπουδάστου ἐλεημοσύνης, ὃς καὶ χαίρει οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τῷ δόματι, ὅσον ἐπὶ τῇ πλουσίᾳ καὶ ἀγαθῇ προαιρέσει τοῦ μεταδιδόντος, ὡς ἔστι πληροφορηθῆναι ἐκ τῆς πενιχρᾶς χήρας βαλούσης τὰ δύο λεπτὰ εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.

Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω, φησὶν, *ἡ ἀριστερὰ χεὶρ τί ποιεῖ ἡ δεξιά.* Τουτέστι μὴ εἰδέναι τὰ τῆς σαρκὸς θελήματα τὴν σκέψιν τοῦ
B ἁγίου Πνεύματος. Πῶς δὲ καὶ οἷόν τέ ἐστι τοῦ ποιοῦντος τὴν ἐλεημοσύνην, τὴν ἀριστερὰν χεῖρα μὴ συνεργεῖν εἰς τὸ ἔργον τῆς εὐποιίας; Χρὴ γὰρ παντὶ πάντως τὰς ἑκατέρας χεῖρας συνεργεῖν ἀλλήλαις εἰς τὴν εὐποιίαν. Τῆς γὰρ ἀριστερᾶς χειρὸς κατεχούσης τὸ χρῆμα, ἤτοι τὸ βαλάντιον, ἡ δεξιὰ χεὶρ σπείρει τὸν καλὸν σπόρον εἰς τὴν χώραν τῆς καρδίας τῶν πενήτων, ἵνα θερίσῃ στάχυν μὴ καλάμῃ προσανατεταμένον, ἀλλὰ τὴν προηρτημένην τῷ σταυρῷ ἀΐδιον καὶ ἀθάνατον ζωήν. Οὐ βούλεται δὲ ὁ Μονογενὴς εἰδέναι τοὺς σαρκικοὺς λογισμοὺς τί ποιεῖ ἡ δεξιὰ χεὶρ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἵνα μή ποτε τῇ ἀγαθῇ προθέσει καὶ τῇ πλουσίᾳ προαιρέσει προσεμποδίζωσι λέγοντες· Ὀφείλομεν ἔχειν πολλῶν ἐτῶν τροφὴν καὶ
C ἀναλώματα, ἱμάτια διάφορα, οἴκους κεκαλλωπισμένους, παράθεσιν ἀργυρέαν, χρυσίον ἐναπόθετον, ἀνδράποδα εἰς ὑπηρεσίαν, χωρία καὶ ἀγροὺς εἰς προσόδους. Τὰ γὰρ δεξιὰ μέρη τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐδὲν τούτων φροντίζουσιν ἢ ἐνθυμοῦνται τὸ σύνολον, πιστεύοντα τῇ δεσποτικῇ φωνῇ· *Ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.* Καὶ οὕτω δ' ἂν οὐ γνώσεται ἡ ἀριστερὰ τί ποιεῖ ἡ δεξιά. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ἀμετεωρίστῳ καὶ τεταμένῃ ἐπιθυμίᾳ τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, ἐξ ὁλοκλήρου ἀγωνιῶν μὴ ἐκπέσῃ τοῦ προσήκοντος, ἀγωνίζεται νομίμως· τότε οὐδενὸς οὔτε μέλους ἑτέρου λαμβάνει ἔννοιαν, εἰ μὴ μόνον τοῦ χρησιμεύοντος εἰς τὸ προκείμενον, ὡς ὁ τεχνίτης καθ' ἕκαστον καιρὸν, ἐμβλέπων μόνῳ τῷ χρησιμεύοντι αὐτῷ σκεύει.
D Ἔτι εἰ οὐδεὶς ἀπιστίας ἐν τῇ πίστει λόγος, οὐδὲ σκότους αἴτιον κατὰ φύσιν ὑπάρχει τὸ φῶς, οὐδὲ Χριστῷ συνενδείκνυσθαι πέφυκεν ὁ διάβολος· δῆλον, ὡς οὐδὲ τῷ λόγῳ συνυπάρχει τὸ παρὰ παντὶ παράλογον. Εἰ δὲ τῷ λόγῳ συνεῖναι παντελῶς οὐ δύναται τὸ παράλογον, ὁ πρὸς τὸν λόγον τῶν ἀρετῶν ἀναχθεὶς τὴν παρὰ τὸν λόγον οὐκ ἐπίσταται θέσιν, μόνην δὲ γινώσκει τὴν ἀρετήν· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε δεξιὰν διὰ τῆς ὑπεροχῆς, οὔτε ἀριστερὰν διὰ τῆς ἐλλείψεως ἐπίσταται. Ἐπ' ἀμφοῖν γὰρ θεωρεῖται σαφῶς τὸ παράλογον.

Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε. Μακρὰς ἐνταῦθα ἀποτρέπεται εὐχάς· ἀλλ' οὐ πολλάς. Ἀδιαλείπτως γὰρ κελεύει προσεύχεσθαι.

[75] Matth. VI, 33. [76] Matth. VI, 7.

(15) *Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,*

A *Περὶ τοῦ μὴ θησαυρίζειν ἐπὶ γῆς*, βίβλος τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον, λόγος Θ'.

Μὴ θησαυρίζητε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, φησὶν ὁ Χριστὸς, *ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι. Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανοῖς· ὅπου σὴς καὶ βρῶσις οὐκ ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν, οὐδὲ κλέπτουσιν*. Οἱ δὲ ἐπακούσαντες τούτων τῶν ῥημάτων εἶπον· Καλή ἐστι σφόδρα ἡ συμβουλία καὶ ἀπόδεκτος ἡ γνώμη, τοῦ παρὰ τὴν γῆν μᾶλλον ἐν οὐρανοῖς ἀποθησαυρίζειν τὰ παρόντα τοῦ βίου. Ἀλλὰ πῶς θήσομεν τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἐν οὐρανοῖς, ἀμηχανοῦμεν. Ἔστι γὰρ σφόδρα ὑψηλὸς ὁ οὐρανὸς, καὶ οὐ δυνάμεθα τῇ χειρὶ ἐφικέσθαι αὐτοῦ. B Οὔτε δὲ ὁρῶμεν ἐκείνην τὴν κλίμακα, ἣν ἐθεάσατο ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ, ἵνα δι' αὐτῆς ἀνελθόντες ἀποθησώμεθα ἐν τῷ οὐρανῷ τὰ ὑπάρχοντα ἡμῶν. Ὁ δὲ Κύριος· Κἂν ὁ οὐρανός ἐστι σφόδρα ὑψηλὸς, δύνασθε εἰς αὐτὸν ἀποθησαυρίσαι τὸν ἀσυλαγώγητον θησαυρὸν τῆς δικαιοσύνης. Δὸς πτωχῷ καὶ πένητι ὧν χρήζει, καὶ εὑρήσεις αὐτὰ ἀποκείμενα ἐν τῷ οὐρανῷ σῶα, ἀμόλυντα, ἀδιάφθορα. Ἔχεις δὲ καὶ κλίμακα διήκουσαν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν, τὸν σωτήριον σταυρόν· ἀναβαθμίδας δὲ τὰ δόγματα τῶν ἀχράντων Εὐαγγελίων. Ἀνάβηθι οὖν δι' αὐτῶν εἰς τὰς ἐπουρανίους μονὰς, ἵνα δοξασθῇς εἰς τὸν αἰῶνα. Πρόσεχε δὲ καὶ τῷ λεγομένῳ παρ' ἐμοῦ· *Ὁ λύχνος τοῦ σώματός σου ἐστὶν ὁ ὀφθαλμός σου. Εἰ ὁ ὀφθαλμός σου* C *ἁπλοῦς ἐστιν, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται· ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται*. Γίνεται δὲ τὸ σῶμα σκοτεινὸν, τοῦ ὀφθαλμοῦ πονηροῦ ὄντος, οὐ παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ δημιουργοῦ· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς καλὰ λίαν· ἀλλὰ παρὰ τὸν μοχθηρὸν καὶ ἐθελόκακον τρόπον τοῦ κεκτημένου αὐτόν. Ὀφθαλμὸν δὲ πονηρὸν ἀκούων, συνετὲ ἀκροατὰ, νόει εἶναι μὴ τὸν ὄντα ἐν τῇ κεφαλῇ, ἀλλὰ τὸν ὑπάρχοντα πονηρὸν λογισμὸν ἐν τῇ ἀφωτίστῳ καρδίᾳ. Εἰ δὲ καὶ συμβαίη τὸν σωματικὸν ὀφθαλμὸν σκοτισθῆναι ἐκ πολλῆς φορᾶς ῥεύματος καὶ ὀδύνης τοῦ κρανίου· ἀλλ' οὔτε ἡ σωματικὴ τύφλωσίς τινα ἀποξενοῖ τῶν μελλόντων καὶ ἀϊδίων ἀγαθῶν.

Athanasii Alexandrini,

Quod *non sit thesaurizandum in terra*, liber interpretationis Evangelii secundum Matthæum: sermo IX.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, inquit Christus, *ubi ærugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlis: ubi neque ærugo, neque tinea demolitur; et ubi fures non effodiunt, nec furantur* [77]. Qui porro hujusmodi verba audierunt, dixere: Probum utique consilium, probabilisque sententia, ut in cœlis potius quam in terra bona præsentia recondantur. Verum quo pacto aurum argentumve reponamus in cœlis, nulla sane ratio subest. Nam sublime admodum est cœlum, ut ipsum manu contingere nequeamus. Neque enim scalam illam conspicimus, quam vidit patriarcha Jacob, ut ea conscensa, bona nostra reponamus in cœlo. Ad hæc Dominus: Etiamsi admodum excelsum sit cœlum, potestis tamen ibi thesaurum justitiæ nunquam expilandum reponere. Da pauperi et inopi quæ opus ipsi sunt, et ea ipsa in cœlo reposita invenies, salva, immaculata, incorrupta. Habes quoque scalam, quæ a terra ad cœlum usque pertingit, videlicet salutarem crucem; gradus vero, intemeratorum Evangeliorum dogmata. Per ipsa igitur ad cœlestes mansiones conscende, ut æterna gloria afficiaris. Animadverte illud a me dictum: *Lucerna corporis tui est oculus: si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; sin autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit* [78]. Corpus vero tenebrosum efficitur, si oculus nequam est, non opificis vitio: omnia enim quæcunque fecit Dominus admodum bona sunt; sed ob improbos perversosque mores ejus, cujus est oculus. Cum porro nequam oculum audis, prudens auditor, ne oculum capiti hærentem intelligas, sed pravam cogitationem in tenebroso corde latentem. Quod si contingat corporeum oculum ex copioso fluxu ac dolore cranii obscurari; at corporea cæcitas a futuris ac sempiternis bonis nullum amovet.

D (16) *Ἀθανασίου,*

Εἰς τό· *Οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;*

Διαφέρει δὲ ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καθὸ αὕτη μέν ἐστι πνεῦμά τι ζωτικόν· ἡ δὲ τροφὴ γηΐνη καὶ εὐδιάλυτος· τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος, ἐπεὶ τὸ μέν ἐστιν ἔργον θεϊκῶν χειρῶν, τὸ δὲ πόκος ἀλόγου βοσκήματος. Πολλοὶ δὲ, ἀκούοντες ψυχὴν ἐσθίουσαν, ξενίζονται ἐπὶ τῷ λόγῳ, ὁρῶντες τὴν χεῖρα τῷ στόματι κομίζουσαν τὰ σιτία. Ἀλλὰ σὺ, ἀγαπητὲ, μὴ ξενισθῇς ψυχὴν ἀκούων ἐσθίουσαν. Καὶ γὰρ οὕτως ἐστὶ καὶ

Athanasii,

In illud: *Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum* [79]?

Differt autem anima ab esca, quatenus hæc quidem est spiritus vivificans; illa vero terrena est facileque solvitur. Corpus vero præstat vestimento, quia illud quidem divinarum manuum opificium est, hoc vero, vellus pecoris irrationabilis. Multi porro audientes comedentem animam, ob vocis insolentiam stupent, dum vident manum ori alimenta admovere. At tu, dilecte, ne mireris, dum animam

[77] Matth. VI, 19, 20. [78] Matth. VI, 22. [79] ibid 25.

(15) Hæc prodeunt ex cod. Reg. 1993.
(16) Prodeunt hæc ex codice Reg. 1993, fol. 86, editis multum absimilia et longe auctiora.

A comedere audis. Ita sane neque alio modo res se habet. Comedit porro anima quæ ori immittuntur: quia ex natura sua calida est, juxta Sapientiæ verbum: *Anima calida est ut ignis accensus* [80]. Sicut ergo ignis immissa in lebetem concoquit; eodem modo ignea anima, alimenta in ventrem inducta digerit et absumit. Etiamsi porro ψυχή, id est anima, vocetur; non ita dicitur quod sit natura sua ψυχρά, id est frigida, ut ex simplicioribus quidam arbitrati sunt; sed quia ex multo calore, humida exsiccat; quod etiam ex solis vi et efficacia planum evadit: nam cum calidus igneusque sit, lutum exsiccat, humidumque omne in vaporem solvit. Quod autem anima ex natura sua calida sit, vel mortuorum exemplo, frater, persuasum habeas.
B Etenim, cum anima a corpore separata est, rigent omnia membra, nihilominus quam hiberna glacies, niveque frigidiora evadunt. Ex iis item quæ tempore famis contingunt, potes quoque rem propositam comprobare: donec enim anima cibi copia fruitur, corpus viget sane valetque viribus; at deficiente cibo, ipsum corpus absumit et corrumpit. Neque enim potest corpus absque cibo animæ calori obsistere, quemadmodum neque vas æneum clibano impositum ignis vehementiam sine aqua ferre valet; prorsus enim funditur et liquescit. Eodem prorsus modo lebes corporis, deficiente cibo, ab ignea anima absumptus omnino pessumdatur. In summa autem eo maxime spectat illud Domini
C effatum: *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini* [81]; quia plus est anima quam esca, et corpus plus quam vestimentum [82]. Si itaque Dei gratia præstantioribus majoribusque bonis affecti sumus, multo magis hisce minoribus vilioribusque replebimur.

Quærite primum regnum Dei [83]. Regnum Dei nihil aliud est quam futurorum bonorum possessio; id est, Dei contemplatio ac cognitio, quantum humanæ est facultatis.

S. Athanasii, quod non judicandum sit, ex Evangelio secundum Matthæum.

Nolite judicare, ut non judicemini; in quo enim judicio judicabitis, judicabimini: et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis [84]. Ait vero Dominus
D ea ipsa atque æqualia iis accidere qui judicant, atque iis qui metiuntur: non quemadmodum aiunt hæretici, se ipsos in errorem deducentes, *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant* [85]. Ili namque per insanos atque perniciosos pœnitentiæ ritus pecuniæ quæstum aucupantes, aiunt non judicandum sive damnandum esse eum qui peccata mortalia admittit: ait quippe Dominus: *Nolite judicare ut non judicemini.* Quod si ita se res habet ut affirmant ipsi, Noe sane vir justus damnatus fuit, quod derisorem Chamum judicave-

οὐκ ἄλλως πως. Ἐσθίει δὲ ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα τῷ στόματι· ἐπεί ἐστι τὴν φύσιν θερμὴ κατὰ τὸν λόγον τῆς Σοφίας· *Ψυχὴ θερμὴ ὡς πῦρ καιόμενον.* Ὥσπερ οὖν τὸ πῦρ τὰ βαλλόμενα εἰς τὸν λέβητα ἕψει, οὕτως καὶ ἡ πυρώδης ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα σιτία τῇ κοιλίᾳ λεπτύνει καὶ δαπανᾷ. Κἂν δὲ ψυχὴ λέγηται, οὐ λέγεται διὰ τὸ εἶναι ψυχρὰ τῇ οὐσίᾳ, ὥς τινες τῶν ἁπλουστέρων ᾠήθησαν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκ πολλῆς θερμότητος ἀναξεραίνειν αὐτὴν τὰ ὑγρά, ὡς ἔστιν πληροφορηθῆναι καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἡλίου· ὢν γὰρ θερμὸς καὶ πυρώδης, πηλὸν ξηραίνει, καὶ πᾶν ὑγρὸν ἀνιμᾶται. Ὅτι δὲ ἡ ψυχὴ θερμή ἐστι κατὰ φύσιν, πείθου, ἀδελφέ, καὶ ἐκ τῶν ἀποθνησκόντων. Ἢ γὰρ ἀποχωρισθῇ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ σώματος, πάντα τὰ μέλη εὑρίσκονται κρυσταλλώδη, καὶ οὐδὲν ἧττον πάγου χειμερίου ἢ χιόνος ψυχρότερα. Καὶ δὴ ἀπὸ τῶν λιμῶν ἔστι δοκιμάσαι τὸ λεγόμενον· ἕως γὰρ ἔχει ἡ ψυχὴ τὴν τροφὴν εἰς ἀφθονίαν, τὸ σῶμα θάλλει καὶ ἁδρύνεται· ὁπηνίκα δὲ ἀπορήσει σιτίων, αὐτὸ τὸ σῶμα κατεσθίει καὶ φθείρει. Οὐ γὰρ δύναται τὸ σῶμα ἄνευ τροφῆς ἀντέχειν πρὸς τὴν θερμότητα τῆς ψυχῆς, ὡς οὔτε ἀγγεῖον χαλκοῦν ἑστὼς ἐπὶ κλιβάνου οὐ δύναται ἄνευ ὕδατος φέρειν τὴν σφοδρότητα τοῦ πυρός· ἐκφρύγεται γὰρ καὶ διαλύεται τέλειον. Οὕτω γοῦν καὶ ὁ λέβης τοῦ σώματος, μὴ ἔχων τὴν τροφήν, παρὰ τῆς πυρώδους ψυχῆς ὑπολιχμώμενος ἀπόλλυται παντάπασι. Κεφάλαιον δὲ πᾶν ἐπὶ πᾶσι τὸ λεχθὲν πρὸς τοῦ Κυρίου· *Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, ἢ τῷ σώματι τί ἐνδύσησθε·* ἐπὶ πλεῖόν ἐστιν ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος. Εἰ τοίνυν τῶν κρειττόνων καὶ μειζόνων ἠξιώθημεν τῇ χάριτι τοῦ κρείττονος, πολλῷ μᾶλλον τῶν βραχυτέρων καὶ καταδεεστέρων ἐμπλησθῶμεν.

Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Βασιλεία Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις· τουτέστιν ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία τε καὶ γνῶσις, ὅσον ἐφικτὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ.

(17) *Περὶ τοῦ μὴ κρίνειν, τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου.*

Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Λέγει δὲ ὁ Κύριος τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ἴσα πάσχειν τὸν κρίνοντα καὶ τὸν μετροῦντα, οὐ καθὼς φασιν αἱρετικῶν παῖδες ψευδόμενοι ἑαυτούς, καὶ *μὴ εἰδότες τί λέγουσιν, ἢ περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται.* Οὗτοι γὰρ ἐμπορευόμενοι τὰ χρήματα διὰ τῶν ἀνοήτων καὶ ἐπιζημίων μετανοιῶν θέλουσι λέγειν, ὅτι οὐ δεῖ κρίνειν τὸν δράσαντα θανατικὰς ἁμαρτίας. Εἶπε γὰρ ὁ Κύριος· *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε.* Εἰ δὲ οὕτως ἦν καθὼς ἐκεῖνοι διισχυρίζονται, πάντως ἂν ὁ δίκαιος Νῶε κατεκρίθη κρίνας τὸν χλευαστὴν Χὰμ τοῦ εἶναι δοῦλον τῶν ἀδελφῶν. Ὁ δὲ Μωϋσῆς, κρίνας τὸν συλλέξαντα τὰ ξύλα ἐν τῷ

[80] Eccli. xxiii, 22. [81] Matth. vi, 25. [82] ibid. [83] ibid. 33. [84] Matth. vii, 1. [85] I Tim. i, 7.

(17) Ex codice Ambrosiano 27, x sæculi egregiæ notæ; et ex Reg. 1993, item x sæculi

σαββάτῳ, ἐκέλευσεν ἔξω τῆς παρεμβολῆς λίθοις αὐτὸν ἀποθανεῖν· ὁ δὲ διάδοχος αὐτοῦ Ἰησοῦς κρίνας καὶ τὸν Ἄχαν διὰ τῆς κλοπῆς πανοικὶ ἐξωλόθρευσεν. Ὁ δὲ Φινεὲς διὰ τὴν πορνείαν τὸν Ζαμβρὶ κρίνας, σειρομάστῃ ἐξεκέντησε. Καὶ ὁ Σαμουὴλ τὸν Ἀγὰγ τὸν βασιλέα τῶν Ἀμαληκιτῶν ἀνεῖλεν ἐνώπιον Κυρίου. Ὁ δὲ Ἠλίας κρίνας τοὺς ψευδοπροφήτας, ὡς χοίρους ἐν τῷ χειμάῤῥῳ ἀπέσφαξεν. Καὶ ὁ Ἐλισσαῖος, κρίνας τὸν Γιεζῆ διὰ τὴν λῆψιν τῶν χρημάτων, λεπρὸν ἀνέδειξεν. Ὁ δὲ Δανιὴλ, κρίνας τοὺς ἀκολάστους γέροντας ἕνεκεν τῆς συκοφαντίας, νόμῳ Μωσαϊκῷ ἐτιμωρήσατο. Καὶ ὁ Πέτρος, λαβὼν τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τὸν Ἀνανίαν μετὰ τῆς γυναικὸς νοσφισαμένους ἐκ τοῦ ἰδίου κτήματος, κρίνας, παραυτὰ ἐποίησεν αὐτοὺς ἀποψύξαι. Καὶ ὁ Παῦλος ἔκρινεν Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα εἰπών· *Ἀποδώσει αὐτῷ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Ὑμεναῖον δὲ καὶ Φιλητὸν παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῇ μηκέτι βλασφημεῖν. Αἰτιᾶται δὲ καὶ μὴ κρινούσας Ἐκκλησίας τῶν Κορινθίων φήσας· *Οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς ὃς δυνήσεται κρῖναι ἀναμέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; ἢ ὅτι οὐκ οἴδατε, ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν;* Εἰ τοίνυν πάντες οἱ δίκαιοι, κρίναντες, οὐ κατεκρίθησαν, μᾶλλον δὲ ἐκλεγέντες εἰς τὴν πνευματικὴν διακονίαν ἐξελέγησαν· πῶς οὐ δεῖ κατ' αὐτοὺς κρίνειν; Εἶπεν οὖν ὁ Κύριος· *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε·* οὐχ ἵνα μέλλωμεν ἀκρίτως τι πράττειν ἢ ποιεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ τοὺς Φαρισαίους καὶ Γραμματεῖς κρίνειν μὲν ἀλλήλους, ἑαυτοὺς δὲ μὴ διορθοῦσθαι. Οἷον ἔκριναν τὸν φονέα ἀποθανεῖν κατὰ τὸν νόμον, αὐτοί τε καὶ προφήτας παρανόμως θανατοῦντες· ἔκριναν τὸν μοιχὸν ὡς μοιχὸν κολασθῆναι, καὶ αὐτοὶ ὡς ἵπποι θηλυμανεῖς ἐχρεμέτιζον ἐπὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας· ἔκριναν τὸν κλέπτην, αὐτοὶ ὄντες συλωταὶ τῶν ἀλλοτρίων χρημάτων. Ἦσαν δὲ καὶ *κώνωπα διυλίζοντες καὶ τὴν κάμηλον καταπίνοντες.* Ὅτι δὲ τοιοῦτοι ἦσαν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, φανερὸν ἐκ τοῦ λέγειν τὸν Κύριον διὰ τῶν ἑξῆς πρὸς ἕνα ἕκαστον αὐτῶν· *Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου οὐ κατανοεῖς; Ἢ πῶς λέγεις τῷ ἀδελφῷ σου· Ἄφες ἐκβαλῶ τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου; Ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου τὴν δοκὸν, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου.* Εἰ δὲ αὐτὸς ἔχεις τὴν δοκὸν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου τῆς ἀκολασίας, ὢν τυφλὸς, πῶς δύνασαι ἀποστρέψαι τὸν πλησίον σου ἀπὸ τοῦ κάρφους τῆς μικρᾶς ἁμαρτίας; Ὁ δὲ θεσπέσιος Παῦλος, γράφων Ῥωμαίοις, καὶ αὐτὸς λέγει περὶ τῶν τοιούτων ὑποκριτῶν, καὶ σχηματιζομένων τὴν εὐσέβειαν· *Ὁ διδάσκων τὸν ἕτερον, ἑαυτὸν οὐ διδάσκεις· ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις· ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις· ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς· ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου, τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις·* καὶ πάλιν· *Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνεις τὸν*

A rit damnaveritque, ut esset fratrum servus [86]. Moyses, item lato judicio in eum qui ligna collegerat die sabbati, jussit eum extra castra lapidibus necari [87]. Ejus quoque successor Jesus, sententia in Achan ob furtum prolata, cum domus supellectile tota exterminavit ipsum [88]. Phinees etiam Zambri fornicationis causa damnans, ipsum hasta confodit [89]. Samuel Agag regem Amalecitarum interemit in conspectu Domini [90]. Elias falsos prophetas damnatos, quasi porcos in torrente jugulavit [91]. Elisæus Giezi acceptæ pecuniæ reum damnavit, effecitque leprosum [92]. Daniel vero lascivos senes sycophantiæ causa ab se damnatos, juxta legem Mosaicam ultus est [93]. Petrus autem, qui accepit claves regni cœlorum [94], Ananiam cum uxore, quod partem pecu-
B niæ ex vendita propria possessione subduxissent, damnans, exstinctos subito cadere fecit [95]. Et Paulus quoque Alexandrum fabrum judicavit dicens: *Reddet illi Dominus secundum opera sua* [96]. Hymenæum vero atque Philetum tradidit Satanæ, ut ediscerent non ultra blasphema effari. Arguit autem Ecclesias Corinthiorum, quod non judicaverint, his verbis: *Non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? An nescitis quia angelos judicabimus* [97]? Si itaque omnes justi, qui judicaverunt, non ideo condemnati, imo vero ad spirituale ministerium allecti et cooptati sunt, quare non ut illi judicandum esse censeamus? Ait itaque Dominus: *Nolite judicare, ut non judicemini*, non
C ideo sane ut quid faciamus vel admittamus, de quo judicium non feramus; sed quia Pharisæi et Scribæ se mutuo judicabant et damnabant, ipsi vero non sese emendabant. Sic homicidam illum, secundum legem, capitis damnarunt, cum ipsi interea prophetas inique trucidarent; mœchum adulterii causa pœnas luere decreverunt, cum ipsi ceu equi lascivi hinnirent ad alienas uxores [98]: sententiam in furem tulerunt, ipsi raptores pecuniæ alienæ. Erantque *excolantes culicem, et deglutientes camelum* [99]. Quod autem tales fuerint Pharisæi atque Scribæ, palam est ex iis quæ singulis eorum in sequentibus ait Dominus: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere*
D *fratri tuo: Sine ejiciam festucam de oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui* [1]. Quod si tu in oculo tuo habes intemperantiæ et libidinis trabem, ita ut cæcutias, qui possis proximum tuum avertere a festuca levis cujusdam peccati? Divinus autem Paulus ad Romanos scribens, de hypocritis hujusmodi, qui pietatem ementiuntur, talia fatur: *Qui alium doces, teipsum non doces; qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mœchandum, mœcharis; qui abominaris idola, sacra expilas; qui in lege gloriaris, per præ-*

[86] Gen. IX, 26. [87] Num. XV, 35. [88] Josue VII, 25. [89] Num. XXV, 8. [90] I Reg. XV, 33. [91] III Reg. XVIII, 40. [92] IV Reg. V, 27. [93] Dan. XIII, 62. [94] Matth. XVI, 18. [95] Act. V, 1-10. [96] II Tim. IV, 14. [97] I Cor. VI, 5, 3. [98] Jerem. XV, 8. [99] Matth. XXIII, 24. [1] Matth. VII, 3-5.

varicationem legis Deum inhonoras [1]. Et rursum : *In quo enim judicio judicas alterum, teipsum condemnas : eadem enim agis qui judicas* [2]. Sicut et transgressores Paschalis, per Paschalis prævaricationem Christum inhonorant, cujus est Pascha. In qualibet igitur re, qui alium judicat, siquidem is idipsum peragat, seipsum judicat; velut duo illi senes, qui cum de Susanna quasi adultera judicium tulissent eamque damnassent, secundum Mosaicam legem, adulterii ipsi quoque damnati sunt. Pharao autem in qua mensura mensus est, remensum est ipsi : qui enim pueros in fluvio demergi ac suffocari jusserat, ipse quoque submersus periit in mari Rubro. Sacerdotes vero qui Zachariam ad altare trucidarunt, ipsi quoque sub altari a Romanis jugulati sunt : ut ediscas quod in qua mensura quis mensus fuerit, in eadem remetietur ei; et per quæ quis peccaverit, per hæc et punietur.

A *ἕτερον, ἑαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων.* Ὡς καὶ οἱ παραβάται τοῦ Πάσχα διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ Πάσχα τὸν Χριστὸν ἀτιμάζουσιν, οὗ ἐστι τὸ Πάσχα. Ἐν ᾧ οὖν τις κρίνει τὸν ἕτερον, καὶ δρᾷ τὰ αὐτὰ, ἑαυτὸν κρίνει· ὡς καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι· κρίναντες γὰρ τὴν Σωσάνναν ὡς μοιχαλίδα, ἐκρίθησαν ὄντες αὐτοὶ μοιχοὶ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον. Ὁ δὲ Φαραὼ ἐν ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησεν ἀπεμετρήθη αὐτῷ· ἀποπνίξας γὰρ τὰ βρέφη ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ αὐτὸς ὑποβρύχιος ἀπώλετο ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, φονεύσαντες τὸν Ζαχαρίαν παρὰ τὸ θυσιαστήριον, καὶ αὐτοὶ ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐσφάγησαν· ἵνα μάθῃς, ὅτι ᾧ μέτρῳ τις μετρεῖ, τούτῳ καὶ ἀντιμετρεῖται αὐτῷ· δι' ὧν δὲ καὶ τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων καὶ κολάζεται.

Athanasii,

De incontaminatis mysteriis.

B

Nolite sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ait Christus [4]. Id sane recti judicii est. Neque enim Dominus indiscriminatim ac sine distinctione dixit: Date sancta et margaritas omnibus ; sed, *Nolite dare sancta canibus*, id est malis operariis, dicente Apostolo : *Videte canes, videte malos operarios, videte porcos* [5] ; quo significantur libidinosi homines. Neque abs re sane, sed admodum congruenter porcis libidinosi comparantur. Quemadmodum enim si quis porcum ex cœno eduxerit, id sibi porcus damno esse arbitratur ; ita si quis libidinosum ex cœno voluptatis avertat, is temperantiæ consiliarium non amici, sed adversarii loco habet. Ne projiciamus ergo nostras incontaminatorum mysteriorum margaritas ante homines porcis similes. At dicet quispiam : Sacrorum participes esse volunt, et sunt tamen canes impudentes, et porci volutati in cœno voluptatis : tu vero ne dederis. Nam ægri quoque aquam postulant, sed medici vetant ; tyranni regiam purpuram expetunt, sed illius custodes, periculum suspicantes, non concedunt. Vide ergo tu quoque, diacone, ne indignis purpuram impeccabilis corporis præbeas ; ne rationi reddendæ, non secundum Romanas leges, sed secundum Domini dicta, obnoxius sis. *Nolite*, igitur, *sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis*, inconsideratis scilicet cogitationibus, *et conversi dirumpant vos* [6], schismata hæresesque facientes.

(18) *Ἀθανασίου,*

Περὶ τῶν ἀχράντων μυστηρίων.

Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλλετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, φησὶν ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ τοῦτο κρίσεώς ἐστιν ὀρθῆς. Οὔτε δὲ ἔφησεν ὁ Κύριος ἀδιορίστως ἢ χωρὶς διαστολῆς· Δότε τὰ ἅγια καὶ τοὺς μαργαρίτας τοῖς πᾶσιν· ἀλλά· *Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ*, τοῖς κακοῖς ἐργάταις, λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου· *Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τοὺς χοίρους*, οἵτινές εἰσιν οἱ ἀκόλαστοι. Τοῖς δὲ χοίροις παραβάλλονται οἱ ἀκόλαστοι οὐκ ἀπεικότως, ἀλλ' οἰκείως καὶ προσηκόντως. Ὥσπερ γὰρ τὸν χοῖρον ἐάν τις ἀποσπάσῃ τοῦ βορβόρου, καὶ νομίζει ζημιοῦσθαι· οὕτω καὶ τὸν ἀκόλαστον ἐάν τις ἀποστρέψῃ ἀπὸ τοῦ βορβόρου C τῆς ἡδονῆς, λογίζεται τὸν συμβουλεύοντα τὴν σωφροσύνην εἶναι ἐχθρὸν, ἤπερ φίλον. Μὴ βάλωμεν οὖν τοὺς μαργαρίτας ἡμῶν τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἔμπροσθεν τῶν χοιροτρόπων ἀνθρώπων. Ἀλλά φησι· Θέλουσι μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων· καί εἰσι κύνες ἀναιδεῖς, καὶ χοῖροι ἐγκαλινδούμενοι τῇ ἡδονῇ. Ἀλλὰ σὺ μὴ δῷς. Καὶ γὰρ οἱ νοσοῦντες ὕδατος ἐπιθυμοῦσιν· ἀλλ' οἱ ἰατροὶ οὐκ ἐπιτρέπουσι· καὶ οἱ τύραννοι ποθοῦσι τὴν βασιλικὴν πορφύραν· ἀλλ' οἱ φυλάσσοντες αὐτὴν οὐ παρέχουσιν ὑφορώμενοι τὸν κίνδυνον. Βλέπε οὖν καὶ σὺ, διάκονε, μὴ ἀναξίοις ἐπιδώσῃς τὴν πορφύραν τοῦ ἀναμαρτήτου σώματος· ἵνα μὴ εὐθυνθῇς οὐ κατὰ τοὺς Ῥωμαϊκοὺς νόμους, ἀλλὰ κατὰ τοὺς δεσποτικοὺς λόγους. *Μὴ δότε* οὖν *τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε* D *τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς τοῖς ποσὶν αὐτῶν*, τοῖς ἀλογίστοις λογισμοῖς, *καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς*, ποιήσαντες σχίσματα καὶ αἱρέσεις.

Athanasii Alexandrini,

De falsis prophetis.

Ait Dominus : *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimento ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces : a fructibus eorum cognosce-*

(19) *Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,*

Περὶ ψευδοπροφητῶν.

Εἶπεν ὁ Κύριος· Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύματι προβάτου, ἔνδοθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες·

[1] Rom. II, 21-23. [2] ibid. I. [4] Matth. VII, 6. [5] Philipp. III, 2. [6] Matth. VII, 6.

(18) Ex codice Reg. 1993, x sæculi. (19) Edit. Athan. p. 1026, ex codice Barociano.

ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Ἐὰν οὖν τινα ἴδῃς, ἀδελφὲ, ὅτι ἔχει σχῆμα σεμνοπρεπὲς, μὴ πρόσχῃς, ὅτι ἐνδέδυται κώδιον προβάτου, ὅτι ὄνομα ἔχει πρεσβυτέρου, ἢ ἐπισκόπου, ἢ διακόνου, ἢ ἀσκητοῦ· ἀλλὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ περιέργασαι· εἰ ἔστι σώφρων, εἰ ἔστι φιλόξενος, ἢ ἐλεήμων, ἢ ἀγαπητικὸς, ἢ ἐν προσευχαῖς καρτερικὸς, ἢ ὑπομονητικός· εἰ ἔχει κοιλίαν θεὸν, καὶ τὸν φάρυγγα ᾅδην, νοσῶν χρήματα, καὶ καπηλεύων τὴν θεοσέβειαν, ἄφες αὐτόν. Οὐ γάρ ἐστι ποιμὴν ἐπιστημονικὸς, ἀλλὰ λύκος ἁρπακτικός. Εἰ δὲ οἶδας τὰ δένδρα δοκιμάζειν ἀπὸ τῶν καρπῶν, ποῖά ἐστι τῇ φύσει, τῇ γεύσει, τῇ πιότητι· πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἔργων ὀφείλεις δοκιμάζειν τοὺς χριστεμπόρους· ὅτι, φέροντες φημάριον εὐλαβείας, ψυχὴν κέκτηνται διαβολικήν. B Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ ἀκανθῶν οὐ συλλέγεις σταφυλὰς, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα, τί ὑπολαμβάνεις, ὅτι ἀπὸ παραβατῶν ἔχεις τι ἀγαθὸν ἀκοῦσαι, ἢ ἀπὸ προδοτῶν μαθεῖν τι χρήσιμον; Ἐκείνους τοίνυν ἀποστρέφου ὡς λύκους Ἀραβικοὺς, καὶ ἀκάνθας παρακοῆς, καὶ τριβόλους ἀδικημάτων, καὶ δένδρα πονηρά. Ἐὰν ἴδῃς συνετὸν, κατὰ τὴν συμβουλεύουσαν Σοφίαν, ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, καὶ σταθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ πούς σου, ἵνα παρ' αὐτοῦ διδαχθῇς νόμου σκιαγραφήματα καὶ χαρίτων δωρήματα. Οὔτε δὲ λόγος σοφιστικὸς, ἢ σχῆμα ἐπιθετικὸν εἰσάγουσιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ πίστις τελεία καὶ ἀπερίεργος μετὰ τῆς ἐναρέτου καὶ διαλαμπούσης προνοίας.

(20) *Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.*

C *Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.* Ἐντεῦθεν ὠφελημένος ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ὀγκώδη* τὴν ἁμαρτίαν ὠνόμασε *καὶ εὐπερίστατον.* Τί γὰρ βαρύτερον καὶ βλαβερώτερον ἁμαρτίας; ὥσπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τί τῆς ἀρετῆς ἐλαφρότερον; *Ἡ μὲν γὰρ ἁμαρτία*, ὡς ἐν Παροιμίαις γέγραπται, *πολλοὺς τρώσασα, καταβάλλει τῷ βάρει, Σειραῖς τε τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται·* ἡ δὲ ἀρετὴ τοὺς ἀντιποιουμένους αὐτῆς ζωοποιεῖ καὶ εἰς ὕψος αἴρει, λέγοντος τοῦ Παροιμιαστοῦ· *Ξύλον ζωῆς ἐστι τοῖς ἀντιποιουμένοις αὐτῆς·* τοῦ δὲ Ψαλμωδοῦ· *Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος.* Διὰ τοῦτο ἡ μὲν ἁμαρτία συμβολικῶς ἐπὶ ταλάντου διαμολίβδου καταιρομένη θεωρεῖται· ἐπειδὴ τοὺς χρωμένους αὐτῇ βυθίους D καταφέρει εἰς τὸν ᾅδην· καὶ οἷς ἐνυπάρχουσιν οἱ σαρκικοὶ ὄγκοι καὶ αἱ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαι, καὶ οὓς ἡ ἁμαρτία περίσταται, τούτοις οὐκ ἔστιν ἐλεύθερον πρὸς τὸν Θεὸν τὸ ὄμμα. Ὁ ζυγὸς τοίνυν τοῦ Σωτῆρος χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρόν. Καὶ πῶς, φησὶν, ἐλαφρὸν, ὅταν λέγῃ· *Ἐὰν μή τις μισῇ πατέρα ἢ μητέρα·* καὶ, *Ὃς οὐκ αἴρει τὸν σταυρὸν, καὶ ἀκολουθεῖ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος·* καὶ, *Ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς ὑπάρχουσιν,*

